IOANNIS DRIEDONIS A TVRNHOVT

Sacræ Theologiæ professoris apud Louanienses, de captiuitate & redemptione humani generis, liber vnus.

Dextera domini exaltauit me, dextera domini fecit virtutem, non moriar sed viuam, & narrabo opera domini. psal.117.

Cum gratia & priuilegio Cæsareo in sexennium.

Louanij ex officina Rutgeri Rescij
.1534.

INDEX TRACTATVVM LBRI DE CAPTIuitate & redemptione humani generis.

¶ Liber diuisus est in sex tractatus.

TRactatus primus hæresim detegit cōtra humanæ redemptiōis mysteria, simul cū argumētis quatuordeci, quib⁹ Sathanas humani gñis inimic⁹ per suos satellites hæreticos semper molitus est in cordib⁹ hoim impedire saluberrimā huius mirificę redēptionis fidē. Tractat⁹ secundus cōmonstrat qualis sit human igeneris captiuitas, qualis captiuandi modus, quis carcer, quę tenebræ, quę vincula, quæ potestas detinens, secundum quem item modum dominus noster Iesus est ab his malis liberator, bellater, & per modum iudicij & iustitiæ victor, vinculorum & carceris diruptor, quibus item armis pugnauerit, quali iudicio nos liberauerit, & inter quas personas fuerit hoc iudicium. Et quemadmodum item in huiuscemodi liberatiōe fuerit in sanguine Christi lotio & purgatio animarum nostrarum, sanatio, illuminatio & viuificatio, emptio,, redemptio, satisfactio, meritum, reconciliatio, sacrificium, & quonam pacto modus hic redimendi fuerit humano generi conuenientissimus, & diuinæ sapientię congruus. Incipit tractatus, pagina decimaquinta. Tractatus tertius ostendit inualidissima esse quatuordecim argumenta in superiori tractatu recitata contra sacratissima humani generis mysteria, Pagina 211. In hoc tractatu lucidissime ex scripturis sacris, argumentis & rationibus demonstratur dominum nostrū Iesum non venisse solummodo in carnem mortalem ad instructionem scientiæ & doctrinæ nostræ, & ad ostensionē virtutum, atq; exemplaris vitæ suęq; erga nos charitatis cōmendationem. Neq; illum etiam venisse ad intimandum, aut tradendum nobis leges per quas meremur remissionem peccatorum, iusticiam & vitam æternam, sed eum venisse ad merendum & dandum remissionem peccatorum nobis gratis, id est, absq; meritis nostris, & ad vincendum diabolum, & ad liberandum nos miseros sub potestatē illius iu-

sto

ſto dei iudicio traditos. Item ad ſoluendum deo patri preti-
um pro nobis, & ad reconciliandum nos illi, atq; ita Chri-
ſtum factum eſſe nobis hæc omnia, hoc eſt propugnatorem,
victorem, liberatorem, redemptorem, reconciliatorem, me-
diatorem, viuificatorem, medicũ, magiſtrum, doctorem, illu
minatorem, ſuſceptorem, adiutorem & protectorem.

Tractatus quartus docet, cur fructus paſſionis Chri-
ſti perueniat in quoſdam Adæ filios, in quoſdam non per-
niat, Pagina. 247. Pro cuius reſolutione primum recitantur
argumenta quinq; ſolã fidem commendantia, quibus proba
ri videtur, fructũ paſſionis Chriſti trãſire in vnũquemq; p
ſolam fidem. Subijciuntur & ibidem quatuor de fide erro-
res, quibus reprobatis ex ſcripturis ſacris ſoluuntur ſupra
dicta argumenta. Deinde capite ſecundo diſſeritur, an hoc
quod fructus paſſionis Chriſti perueniat in quoſdam Adæ
filios, in quoſdam non perueniat, pendeat ex ſola voluntate
dei, aliorum, quorum vult miſereri, miſerentis, aliorum ve-
ro, quorum non vult miſereri, non miſerentis, an etiam ex
diligentia, vel negligentia hominis ſacroſanctum ſangui-
nis Chriſti pretium aut acceptantis, aut repellentis, de quo
ponuntur ibidẽ vtrinq; argumenta, pagi. 303. Deinceps re
citanẽ errores de præparatione ad participandũ fructũ paſ
ſionis Chriſti. Deinde ſubiciũtur documenta multa de præ
paratione ad initia interioris fidei ac interioris pœnitẽtię,
Pagina. 315. Adijciũtur poſt hęc documẽta multa, quibus o-
ſtẽdiẽ timor diuini iudicij, metuſq; ſęcularis poteſtatis eſſe
vtilis ad perueniendũ in fructũ paſſiõis Chriſti. Poſtremũ
per ꝓpoſitiones & ſentẽtias reſpondeẽ quæſtioni ꝓpoſitæ,
Cur videlicet fruct⁹ paſſiõis Chriſti nõ pueniat in oẽs A-
dę filios, Pręſetim cũ Chriſt⁹ ſit redẽptor vniuerſalis & ꝓpi
tiatio pro peccatis toti⁹ mũdi. Pag. 363. Tractatus quin
tus, in quo ſciſcitaẽ, Vtrum cuilibet hoĩ in hac mortali vita
ſufficiẽs adſit auxiliũ, q̃ adiut⁹ valeat ſe facere participẽ fru-
ctuũ paſſiõis Chriſti, Pa. 389. & recitãẽ ꝓ vtraq; quæſtiõis
parte ex ſcripturis ſacris argumẽta. 5. pro q̃rũ ſolutiõe reca
pitulãẽ errores qdã, tradũẽq; ꝓ itellectu ſcripturaꝝ cõſide-
ratiões ad rectã & catholicã fidẽ ptinẽtes, & ſẽtẽtię multæ
notatu digniſſimę. Poſtremum adijciuntur ſupradictorum
quinque argumentorum ſolutiones.

Tractatus sextus de gratia simul & libero arbitrio tradit generalia quedam fidei documenta, premittens quadruplex genus argumentorum, quibus probari videtur nullum esse liberum arbitrium hominis, tum ppter hoc quod omnia opera bona sunt in homine dei dona, tum propter captiuitatem & seruitutem peccati & miseriæ, quæ intrauerunt per Adæ peccatum, tum propter præscientiam & prouidentiam dei infallibilem atque immutabilem, tum propter electorum prædestinationem æternam, & æternam damnatorum hominum reprobationem, Pagina quadringentesima sexagesima prima. Deinde subijcitur quadruplex genus rationum, quibus ex scripturis sacris demonstratur liberum hominis arbitrium, & respōdetur sufficienter supra dictis quatuor argumentis, pagina quadringentesima sexagesima nona. Deinceps declaratur liberū arbitriū simul cū gratia esse, et deum sua gratia ipsum liberum arbitrium adiuuare, Pagina quadringentesima octogesima septima. Postremum declarantur ex similitudinibus corporalium rerum modi multi, secundum quos deus suæ gratię auxilijs iuuat liberum hominis arbitrium, Pagina quadringentesima nonagesima quarta. Adijciūtur in calce libri significationes nominis grę, ipsumque nomen gratiæ multis dici modis, ac diuidi multifariam.

In æternum domine non obliuiscar iustificationes tuas, quia in ipsis uiuificasti me.

REVERENDISS.

IN CHRISTO PATRI D. CAROLO
Croyo, Episcopo Tornacensi,
Ioannes Driedo a
Turnhout.
S.P.D.

COmpulerunt me Reuerendissime pater quotidianæ flagitationes amicorum, qui ex publica vtilitate fore crediderunt, vt emitterem opus theologicum aptum nostræ professioni, in quo tractatur de captiuitate & redem ptione humani generis, de mysterijs incarnationis, passionisq; domini nostri Iesu Christi, in quibus consistit totius fidei nostræ summa. In quam sententiam cum essem addu ctus, non diu apud me reputaui, cui meos labores dedicarē. Quandoquidem inter plurimos tua reuerendissima celsitudo mihi sic occurrit, vt omnem de aliorum patrocinio cogitationem prorsus adimeret. Video enim quæ ab alio quouis possint desiderari, mihi in tua humanitate cumulatissime suppeditari. Perspecta est mihi domestica consuetudine insignis tua comitas & candor erga omnes, quo fit vt nihil metuam ne munusculum, quantumcunq; sit infra tuam dignitatem, sis recusaturus, pręcipue cum nihil magis ecclesiarum pastorem deceat, quam zelus & eximius ardor in religionem Christianam propagandam, ac vehementissimum desiderium illarum rerum cognoscendarum, sine quibus vere Christiani esse non possumus. Proinde etiā si te nō moueret quondam præceptoris tui authoritas, raperet tamen pietatis amor, & Episcopi munus, ne hanc curam veluti leuem aspernareris, nostrumque studium contra maleuolorum obtrectationem, & calumniam defenderes, pręsertim cum eam assequutus sis authoritatem, vt quod uelis possis, ac me semper tali beneuolentia sis prosequutus, vt si quid adolescentiæ tuæ informatori debes, id non modo volueris, verum etiam præstiteris liberalissime. Non fama, quę nonnunquam fallere solet, sed ego ipse oculata fide perspexi iam inde a prima adolescentia, cum ad instituendam teneram ætatem in familiā

tuam essem accitus, quod in te esset ingenium facile, quod docilis animus, quod de omnibus bene merendi studium, quod propensa voluntas ad omne officium. Et, vt paucis dicam, plane illa indoles iam tum non mihi solummodo, verum & cunctis te spectantibus visa est prę se ferre, quod tanquam generosa arbor fructus prudentię, grauitatis, ac religionis ętate, & usu rerum corroborata esset æditura. Proinde ornatissime Præsul cum adolescentiæ tempora iam prope transieris, & in virilem crescas ætatem, sic age, vt effulgeat probitas virilis vitę, quam generosa illa indoles tua tum videbatur indicare; Non dubito quin celsitudo tua, quæ est animo mansueto atque lenissimo, admonitionem meam in optimam partem sit acceptura. Siquidem perspecta est mihi iam olim animi tui lenitas, atque facilitas in admonitionibus salutaris vitæ capiendis, qui quoties te nunc blande, nunc duriuscule ad literarum studium, ac salutis tuæ curam adhortarer, vt in adolescentibus fieri consueuit, admonitioni meę non procaciter, non pertinaciter reluctari, sed vel culpam, vel negligentiam agnoscere, & polliceri meliora consueueras. Obseruandissime D. factus iam vir, habes quos imiteris, generosos viros, spectatissimos principes, omni honestate, prudentia, consilio, animi magnitudine clarissimos, quibus semper nobilissima illa tua Croyanorum familia effulsit. Quibus rebus motus illustrissimus Burgundię dux Philippus ille cognomento bonus, fœlicissimi nostri Augusti Caroli Quinti, qui nunc rerum potitur, abauus, in administratione suarum ditionum, quas sapientissime est moderatus, neminem vel belli, vel pacis tempore, aut in consilio capiendo, aut in his, quæ recte consuluit, exequendis, Croyanis solitus sit anteferre. Eandem autoritatem apud reliquos principes, sed semper cum incremento clarissimæ famæ maiores tui obtinuerunt. Inter hos pręcipuum locum obtinet non aliter, quam sol ipse inter sydera eminet; Clarissimus vir Guilhelmus a Croy. D. Ceruianus, de cuius laudibus pro merito dicere, non est nostræ tenuitatis. Illud tamen pretereũdum non est, in illo vno fuisse omnes virtutes, quibus retro sæculis omnes, qui reipublicæ tenuerunt gubernacula, fuerũt illustrati. Quid illo grauius, quid

animo

animosius, quæ maior prudentia, quæ autoritas in rebus ge rendis? Quamq̄ autem illius ingenium valeret vbicumq̄ ipse siue domi, siue foris, siue in bello, siue in pace inten- disset, tamen omnia consilia, veluti salutare quoddam sidus ad publicam vtilitatem conferebat, id præcipuo studio la- borans, vt principes, quos moderandos susceperat, ditiones suas perpetua pace quietas, ac compositas haberent. Primū sub Philippo Austrio Diui Maximiliani filio, ac rege Ca- stellæ. Quo deinde rebus humanis sublato, idem filio eius Carolo tum adhuc impuberi, nunc totius orbis gubernacu- la fœlicissime moderanti, primus fuit a cubiculis, primus a consilijs, ipsius principis (vt ita dicam) auris, manus, & ocu lus. In quo munere sic enituerunt omnes animi dotes, vt tot ditiones, quæ auspicio Caroli principis gubernantur, vix vnquam fœliciora habuerint tempora, tametsi princi- pia fuerint parum pacata, viciniq̄ principes nacti occasio- nem morte Philippi regis Castellæ, & Caroli teneram æta tem non reformidantes, infestis armis vndiq̄ imminerēt, sed incredibili solertia, prudentiaque, hostium conatus o- mnes repressit. Nusquam tamen maiorem vim animi, & prudentiæ, ac authoritatis declarauit, quam cum mortuō Diuo Maximiliano Augusto, principes Germaniæ, quorū munus est nouum Imperatorem designare, variarent sentē tijs, & studiorum fauore in diuersa raperentur. Alijs Caro lum Austrium Hispaniarum regem, vt clementissimo auo nepos optimus, & pari clementia præditus succederet desi gnantibus, alijs alio sua studia conferentibus. Hic a patruo tuo incredibili diligentia, & consilio aduigilatum est, licet tum procul abesset, agebat enim per id temporis cum Hispa niarum rege in intima Hispania, cum apud Germanos de signandi noui Imperatoris cura perageretur, aduigilatum est, inquam, vt maximo reipublicæ & Christianę reli- gionis bono, orbis monarchia, & summum Imperium Ca rolo, repulsis competitorum votis, deferretur, quæ res, q̄ sa- lutaris fuerit orbi & religioni Christianę, norunt omnes. Quoniā nisi rebus humanis contigisset huiuscemodi prin ceps, in q̄ cū summa potentia & pietate fuisset copulata sum ma autoritas, actū uidebatur de religiōe Christiana, quā in

extremas

extremas angustias compulit hæreticorum tot cateruis impiorum vallata vesania. Quis præterea princip̃ũ est inter Christianos, qui Thurcam cęde & incẽdio omnia populantem, omnibus præsens exitium intentantem, potuisset a Christianorum ceruicibus, quas durissimo iugo deprimebat, in foedam fugam conuertere? Huius laudis portionem, quæ quidem debetur Caroli Cęsaris August. fortitudini & pietati, non paruam sibi uindicat patrui tui prouidẽtia, quę nihil non fecit, quo ille ad tantum rerum fastigium proueheretur, qui propter summã pietatem optima uellet, & quæ vellet propter amplitudinẽ regnorum & diuitiarum etiam præstare posset. Neq; vero nos hic quicq̃ honoris detrahimus amplitudini Cęsaris, aut illius maiestatem minuim⁹, patruo tuo meritam laudem tribuentes. Agnoscit enim ipse Cæsar gratissimo animo, q̃tum ille de sua maiestate sit promeritus, idq; iam olim & adhuc viuo patruo, & vita defuncto, summis honorib⁹ & amplissimis fortunis in Croyanã familiam collatis est testificatus. Siquidem reuerendissimo D. Guilhelmo Croyo fratri tuo Germano, iuueni quidem, sed in quo esset senilis prudentia & grauitas, Primo Episcopatum Cameracensem, Deinde, quo in omnibus ditionibus suis, & tot Hispaniarum regnis nihil habet ampli⁹, Archiepiscopatum Toletanum superiori munificentiæ adiunxit, in quo munere sese ita gessit tuus ille frater, vt non solum primatu Hispaniæ, qui illi dignitati est coniũct⁹, videretur dignissimus, verum etiam vt Leo Decimus Pontifex maximus, ob excelsas animi dotes illum galero Cardinalicio decorandum censeret. Habuit per id tempus vestra familia duo quasi lumina, quibus q̃ latissime illustraretur. Verum dum vterq; Cæsarem in Germaniam comitatur in susceptione Diadematis Imperialis, fata, si ita fas est dicere, non ferentia tantos fœlicitatis successus, paruo interuallo temporis interiecto, utrumq; rebus humanis exemerunt, maximo omnium, & præcipue Cæsaris Augusti dolore, qui in fratre non minora prudentiæ, dexteritatis, reliquarumq; virtutũ seminaria deprehenderat, expectaratq;, q̃ in patruo esset expertus, magna familiæ vestræ iactura, & totius Reip. detrimento. Porro Cęsaris gratitudo, & beneuolentia summa in uestram familiam, patruo, fratreque

subla-

sublatis, nihilo fuit restrictior, aut parcior, sed quod suum iudicium de viuis, non obscure testatus est in vita defunctos, cum familiam Croyanam non secus putaret honoribus afficiendam, quam cum illi essent incolumes, aut etiam eo magis, quanto maiores columnas in duobus illis clarissimis viris amisisset. Proinde in Episcopatu Cameracense nemine succedere voluit tuo fratri, præter alterum fratrem, D. Robertum Croyum, cuius cura ille Episcopatus in præsentia foeliciter gubernatur, te non solum opima Abbatia Affliginiensi, verum etiam Tornacensi præsulatu decorauit. Nec minus tertium fratrem tuum maximum natu, generosum D. Philippum Comitem a Porsenis, Marchionem Arschoten, omnibus benignum ac beneficum virum maturi consilij, spectatissimi animi, tum in bellicis, tum in ciuilibus officijs, qui in amplissima dominia patruo tuo liberis orbo, iure proximitatis successerat, honorandum nouis titulis atque muneribus existimauit. Nam præter reliquos summos honores illi habitos, Marchionatum Arschotensem in Ducatum commutauit. Adeo vt Cæsaris insigni clementia & pietate, fauoreque in uestram familiam, non minus videamini ac cepisse, quam olim in duobus summis viris patruo & fratre per[d]idistis. Proinde quum tot semper fuerint in Croyana do[m]o nobilitatis & virtutis ornamenta, nec hoc tempore, quam [h]is magna clade accepta, videantur diminuta, sed potius fa[u]ore Cæsaris amplificata, fac vt tibi nunquam e memoria excid[a]nt exempla maiorum tuorum. Id fiet si mediteris, quam [p]ersonam tot clarorum virorum successor sustineas, & si ti[bi] quotidie succurrat non modo, quibus succedas, & quod [p]er ad honestatem tibi a maioribus sit relictum, verum etiam [pr]æcipue apud animum tuum assidue reputes, quod sit illud [m]unus, ad quod in administranda ecclesia vocatus es. Non [en]im vt sæcularibus negotijs, non ut prælijs & armis tuea[ri]s Remp. sed vt pastor sis & episcopus, vt pascas dei gregem [ver]bo, & conuersationis exemplo, assidue contra vulpes & [lup]os hæreticos inuigiles super ecclesiam tibi commissam, [qu]am suo sanguine acquisiuit Christus, qui describens bo[ni] pastoris officium Bonus pastor, inquit, educit oues suas, [&] ante eas uadit, & oues audiunt vocem, & sequuntur illum. [Sin]gula ponderanda sunt verba domini nostri Iesu, educere oues

re oues, & ante eas ire. Summus honor, ſummū onus. Quo ſublimior in eccleſia gradus, eo grauior eſt caſus. Quo alti⁹ dignitatis nomen, eo grandius ſcandalum puſillorum, ſi nō vita reſpondeat nominis dignitati. Qualem oporteat eſſe Epiſcopi vitam, Pauli Apoſtoli pręſcripſit authoritas, vt ſit ſine crimine, ſicuti dei diſpenſator, non ſuperbus, non iracū dus, non vinolentus, non percuſſor, non turpis lucri cupidus, ſed hoſpitalis, benign⁹, ſobri⁹, iuſtus, ſanctus, contīnēs, amplectens eum, q ſecundum doctrinam eſt, fidelem ſermonem, vt potens ſit adhortari in doctrina ſana, & eos, qui cō tradicunt, arguere. Hactenus ſi forte quid minus pręſtitit adoleſcentia, condonari poteſt ętati. Cæterum iam in Epiſcopum conſecratus, quia ipſe omnibus locis, in tam ampla ditione præſens eſſe non potes, non minor cura & ſolicitudo eſt impēdenda, vt ſubiectis tibi populis, iuxta deſcriptionem domini noſtri Ieſu Chriſti, bonos paſtores præfectos habeas, qui non ſemetipſos paſcant, ſed gregem domini. Veriſſima, indubitataq; ſententia eſt, paſtorem a deo eſſe iudicandum, non pro ſuis ſolummodo peccatis, ſed & p peccatis ſubditorum, quibus curam debitam non impendit. In hoc malo uitando, tuæ diligentiæ eſt, ne iuxta Pauli admonitionem, cito alicui manum imponas, ne pro paſtoribus eccleſia accipiat lupos, qui non paſcant, ſed improbæ vitæ exemplo, oues dilanient, aut certe canes non valentes latrare, quibus aduerſus inſidias, & rapacitatem luporum, fruſtra creditur ouilium cuſtodia. Neq; illos audias vnquā, neq; imiteris, qui ſibi blandiētes, dicūt. Habeo miniſtros, habeo vicarios, quibus commiſi, vt cuncta circūſpecte agāt, ego interim ſecurus viuens fruar pace mea, donec pertranſeat flos iuuentutis meæ. Nouit enim R. P. tua, quod ſic interim otiari, non eſt paſtorem agere, ſed in pace huius mūdi viuere, & ſemetipſum paſcere de patrimonio crucifixi, & non iuxta præſcriptum domini noſtri Ieſu, oues educere, & ante illas ire. Laudabilis certe & pia eſt paſtoris voluntas, quod ea ſaltem cura quantulacumq; ſibi eſt, vt oues interim paſcantur, ſed in hoc non laudo, quod interim ipſe paſtor ſua pace & quietē frui velit, tanquam ad perſonam ſuam de ouibus non pertineat, nempe q̄ diu de lacte gregis manducat, paſtor manet, neceſſeq; eſt, vt eccleſi

am dei

am dei pascat, & totum ipse facit, quicquid in vniuersa sua pastorali cura fit per ministros, quibus faciendi munus delegauit, requiretq; dominus deus oues suas de manu pastoris, non sic de manu eorum, quibus pastor ipse semetipsum pascens, oues illas comendauerit. In hoc ergo officio dignissime presul, si tu ipse pergas ac vigiles, licebit tibi alto animo contemnere, si quis iniquus rerum existimator, ętatem obijciat. Non enim tam refert ad pietatem Christianā longa ætas, quam purus animus. Aduersus huiusmodi accusationes, diuus Paulus confirmat discipulum suum Timotheum, admonens illum adhuc adolescentem, iam tū erectū in episcopum, ita uitam componere, vt nemo posset episcopalem dignitatē propter iuuentutem cōtemnere. Nemo (inquit) adolescentiam tuam contemnat, sed exemplum esto fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ. Hęc enim omnis ætatis, non tantum senectutis sunt officia. Nec est numerator annorum, sed cordium scrutator dominus. Neq; enim putamus, inquit Bernardus, quamcunque ætatem, dei gratia, præmaturam, sicuti nec seram, cum multos videamus iuniores super senes intelligere, & quod ętati deest, compensari maturitate vitæ & virtutum. Meliores bonę indolis sunt adolescentes, inueteratis dierum malorum. Puer centum annorum maledictus est. Est & e regione senectus venerabilis non diuturna, neq; annorum numero computata. Bonus puer Samuel, qui loquenti deo promptus aderat, dicens, Loquere domine, quia audit seruus tuus. Interim ergo Reuerendissime Præsul, omni studio vigilandum est, vt quod ætati deest, morum grauitas compenses, orandusq; ille omnium bonorum largitor dominus Iesus, vt quod humanis viribus deest, sua gratia, & benignitate suppleat, et in te ipso, & in cęteris, quos tuę moderationi & curæ habes subiectos. Aderit procul dubio tibi suppliciter deprecanti, modo non alto glorieris pastoris nomine, & te cognoueris, non quasi dominantem in clero, sed vt pastorem in populo, vt ministrum dei, qui oues illius custodiendas susceperis. Opes, honor potentiæ, gloria, generosa familię tuę nobilitas, bona sunt externa, quę neq; ex te, nec in te sunt, neque possunt animum vere facere beatum.

Propter

Propter quorum amorem multi magna fecerunt, qui fuerũt in sæculo sublimes, non apud deum, sed apud homines gloriam, quę in puluere deducitur, semper anxie quęrẽtes, neglectis veris animi bonis, in verbo salutis æternæ, dicente Esaia propheta, Omnis caro fœnum, & gloria eius, tanquã flos fœni, Aruit fœnum, decidit flos. Verbum auten domini manet in æternum, hoc est, verbum factum caro pro nobis, verbum euangelij, id est, verbum annũciationis omnis boni, omnis gaudij, omnis consolationis & lęticiæ, verbũ salutis æternæ, verbum plenum gratię, misericordię, & veritatis, verbum pacis æternę, verbum quod si ignoraueris, etiam si cætera omnia cognoueris, misera est vita. Verbum secundum quod si vixeris, etiam si cętera ignorentur vniuersa, vita est felicissima. Zelus erga te meus multa dicere compellit, neq; enim quoad vixero, possum non gerere salutis tuę curam, qui & propter hoc præcipue dicaui reuerendissimę paternitati tuę librum hunc de captiuitate, & redẽptione humani generis. Primum, vt perspectis miserijs, & periculis huius vitæ, intellectoq; q̃ diris hostibus miser vniuscuiusq; hominis animus quotidie oppugnatur, & captiuus, si non Christum habeat ducem, laceratur, atq; ad interitum trahitur, confugias ad eundem Medicum Iesum. Deinde, vt hoc saltem argumento scias, & te hactenus a me amari & coli, honoremq; tuum, atq; salutẽ me coluisse semp, neq; vnq̃, quod sciã, prætermisisse ęqui præceptoris officium. Quod si his documẽtis, de quibus iste noster liber tuę celsitudini dicatus pertractat, curaueris institui, spero futurum, vt neq; me admonuisse, quę in publicam utilitatem fore existimaui, neq; te obtemperauisse pœniteat, & vt tibi, consummato huius vitę cursu, tandem audire cõtingat, Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super magna te constituam, intra in gaudiũ domini tui, cuius pariter nos compotes faciat, a quo omne bonum descẽdit, domin⁹ in sęcula benedictus. Vale

Presul dignissime, ex Louanio quinto Cal. Septemb.

1533.

AD LECTOREM

CVM inter omnes sapientiæ, & scientiæ disciplinas oporteat solam Christianam philosophiam haberi in summo dignitatis culmine, tum dignitate authoris, qui spiritus sanctus est, uerus deus, & ueritas ipsa loquens in patribus, in prophetis uirisq; Apostolicis, tũ excellentia rerum, de quibus pertractat, quæ sunt opera gratiæ & misericordiæ erga hominum genus, cõgruum est mihi uisum studiose lector in libro hoc declarare quænã sint redemptionis nostræ opera. Sunt nempe hæc eiusdem Christianæ philosophiæ ueluti elementa quædam atque totius Christianæ fidei exordia, de quibus & patres nostræ fidei tractatores locuti sunt non per opiniones, non per coniecturas uerisimiles, neq; item per sententias inter sese contrarias, sed unus fuit omnium cõsensus, eadẽ in omnibus fidei sentẽtiæ. Proinde neq; hãc prouintiã scribendi de sacratissima humani generis redẽptione suscepi, ut aut noui aliquid adferrem, aut cũ illis de laude & gloria certarem. Absit, ut hac in re aliud tradam, q̃ habeat antiquæ fidei regula. Absit ut quicq̃ euacuet gloriam meam quam debeo a solo expectare deo, præsertim in tã magnificis domini Iesu operibus, ubi totũ quod actum est ab hora incarnationis suæ in hominem usq; passionis in cruce plenum est humiliationis, plenum paupertatis, plenũ patiẽtiæ, mãsuetudinis, & charitatis, q & propterea descẽdit ad miseriã carnis nostræ, in qua humiliaret semetipsum usq; ad mortẽ, ut nos a miserijs æternæ mortis liberaret, cordaq; nostra superba ad humiliationẽ erudiret. Cuius ne liberatio ac eruditio nihil proderit nobis q̃tumuis miseris, si perseueret uis superbiæ in abdito cordis. Quis magis esse miser potest, q̃ is q captiuus est sub tyrannide mortis æternæ, & tanto magis est miser quanto minus suam miseriam sentit, atque intelligit. Deinde quis magis opus habet misericordia, quam is qui reuera omnium est miserrimus. Econtrario quis magis indignus est misericordia, quam superbus miser. Siquidem abominabilis coram deo & hominibus superbia in miserijs. Miseri ergo homines omnes siue reges, siue principes, siue duces, siue populi, quid superbimus, qui sumus puluis & cinis, omnes Adæ filij nati de muliere, breui uiuentes tempore, repleti multis miserijs, captiui, & rei mortis æternæ, humiliemur sub potenti manu dei & domini nostri iesũ Christi, q tantũ p nobis miseris sese humiliauit, ut magis sese humiliare nõ posset, destruamus supbiã, agnoscamus miseriã, & dominus deus ex fide in Iesum, orantibus nobis dabit gratiã p eundem dominum Iesũ, q uenit in terram, ut faceret misericordiam & doceret omnem ueritatem, quam neq; in alijs artibus ullis neq; in philosophicis disciplinis possim⁹ inuenire. Cæterum ego susceptam prouinciam hãc fateor longe esse supra uires meas, nisi deus sua gratia suppleat, quod uiribus deest. Magnã studiorum meorum partẽ, posthabitis uerbi dei studijs, absumpsi in philosophicis artibus atque

atq; scietijs, quæ nihil potuerunt me beatiorem facere. In iuuenili ætate dum post susceptũ in artibus magisteriũ, philosophicis studijs insudarẽ, oẽm Academicam, & Peripateticã philosophiã, tã naturalẽ, q̃ moralẽ iterũ atq; iterũ diligenter inuestigabã, mathematicis etiã artibus, de cœlorum uelocitatibus, de siderũ accessibus & recessibus, de multiplicibus planetarum cursibus, de ueris ac medijs eorum motibus, de statiõe et directione, & retrogradatione ipsorum, de concentricis & eccentricis circulis, atq; epicyclijs, strennuam dedi operam, neq; quiescere poterat animus, donec intelligeret, qd̃ inuestigabat, delectatus solius ueritatis cognitione, sed oẽm talem laborẽ meũ, oẽ studiũ, omnẽ operã atq; diligentiam, nõ eo conferebã quo debebã, ut alijs prodessem, & Christianis moribus assuescerẽ, proficerẽq; de die in diem in charitate domini nostri Iesu. Et ideo arefactũ erat cor meũ, & ossa mea sicuti cremiũ erãt exiccata, hoc est destituta adipe & pinguedine cõsolationis cœlestis gratiæ, qa obliuiscebar comedere panẽ meum, qui est panis uiuus, uerus, cœlestis alimoniæ cibus, p quo mãducabã cinerẽ terrenæ sapiẽtiæ, quæ nõ poterat animæ meæ cœlestẽ dare uitã, & potũ meũ cũ fletu miscebã, dũ quicqd temporalis cõsolatiõis habebã, fuerat fletui cõmissũ in hac lachrymarũ ualle, in quã deiecti sumus oẽs a facie iræ indignatiõis diuinæ, & ideo tũ mihi erat insipidus & insuauis in lege, in pphetis, sacræ scripturæ cibus, dũ nihil magis, q̃ cognitio ueritatis uisibiliũ rerum animum meum oblectaret, putabã me cõsummatũ esse theologũ, et in sacris literis nihil mihi deesse, dũ hisce in rebus, quæ uarie, uel ad utrãq; partẽ disputari possũt de habitibus, de uirtutũ moraliũ cõnexiõe, ac distinctionibus, de animarum potẽtijs, et id genus alijs, quæ p ingeniũ in philosophicis rebus eruditũ pbabiliter defendi possunt, uidebar sufficere mihi. Putabã rursus in studijs meis nihil esse periculi, si non gloriã uanã, si non fauorẽ humanũ, si deniq; non tẽporale lucrũ aut commodũ constituerem mihi sudoris mei finem, uidebarq; mihi attigisse scopũ si res ipsas intelligerẽ ad fruendũ earundẽ rerum ueritatibus; quibus nihil mihi iucũdius, nihil gratius uidebatur. Super quibus dũ obseruandissimus meus in theologicis studijs præceptor Adrianus, qui me in filium eruditionis susceperat, & præsidens mihi pileum magisterij in theologia imposuit, anno a natiuitate domini. M. D. xii. die 17. mensis Augusti, (qui et usq; in tẽpus ferme illud Louanij resederat totius nostræ academiæ lumen & decus, postea illius nominis Põtifex sextus) me interdum admonuisset, ut hisce in rebus ne quid nimis, paululum retraxi animum, nimis tũ in rebus philosophicis studiosum, non quod ignorauerim philosophiam utcũq; decere talẽ ætatẽ iuuenilẽ, quæ liberaliũ artiũ studijs occupata, interim nõ solũmodo a carnis illecebris sese ablactat atq; auellit, uerum & instrumenta quædã proficiendi in sacratissima theologia sibi præparat, sed quod intellexerim tales esse artes, quas usq; ad tempus discere oporteat, & ridiculũ esse, penitus uelle immorari illis, quibus uti oportet tanq̃ sacræ theologiæ famulis, atq; an-

alis. Est quædam in uerbis philosophorũ ueritas, traditur & uirtus, & moralis quædã uita in Ethicis, sed non talis, quæ nos a peccatis potest facere liberos, nõ talis, quæ ad uitã æternã potest pducere. Geometria, Musica, et Arithmetica, habent in doctrinis suis ueritates, quarũ cognitio delectat ad præsẽs. Verũ earũ sciẽtia nõ est cognitio ueritatis iuxta pietatẽ in spẽ uitæ æternæ, de qua ueritate loquutus est Christus, Si mãseritis in uerbo meo, cognoscetis ueritatẽ, & ueritas liberabit uos, quã & Paulus Apost. expressit ad Titũ. 1. Neq; ob id deus aut odit, aut reprobat philosophorũ huius mũdi naturaliũ rerũ scientiã uerã, quã ipse docet p naturale lumẽ rationis internæ, transeuntis ex tã pulchra cœlorũ, astrorũ, ac totius mũdi fabrica, ad intelligendũ dei inuisibilia, sed eam quã sibi ex illa philosophi arrogãt, nolẽtes credere quicq̃ supra naturales mundi causas, quorũ arrogãtiã p Apostolũ suũ Paulũ coercet, q ignorãtes dei iusticiã, suam uoluerũt cõstituere, arbitrantes se suis uiribus posse iuste, recte, & absq; peccato uiuere, qa liberi, ut inquiunt, sunt arbitrij, & naturã humanã nõ indigere ullo liberatore & medico, qa liber & absq; peccato, ut inquiũt, nascitur omnis hõ. Atq; ita uerbũ crucis, ut inquit Paulus, stultitia est pereuntibus, hoc est uerbũ euangelij de redẽptore Christo p nobis crucifixo, uidetur esse stultitia sapiẽtibus huius mũdi, quoniã Iudæi signa petunt, Græci aũt sapientiã, nos aũt prædicamus Christũ crucifixũ, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiã, ipsis autem uocatis Iudæis, atq; Græcis Christum dei uirtutẽ, & dei sapientiã. pri. ad Corin. 1. Ex doctrina hac apostolica, liquido cõstat triplex hominũ genus, unũ Iudæorũ, qbus Christus crucifixus. ẽ, scandalũ, dũ credentes deũ multa posse supra mũdi causas, no luerunt recipere Christũ in lege & pphetis ipsis designatũ, petẽtes signa, hoc ẽ, miracula grandiora, tanq̃ ea quæ uiderant signa nõ fuissent. Alterum genũ, qbus crux Christi stultitia reputatur, q nõ habẽtes neq; legẽ, neq; pphetas, quærũt crucis rationẽ, secundũ humanæ ratiõis indaginẽ. Tertiũ genus est Christianorũ ex utroq; populo electorũ, qbus Christus æstimatur, ut dei uirtus & sapientia, dum a patre cœlitus attracti captiuant intellectum in obsequium fidei, intelligentes iam ueram iusticiam, uerãq; salutẽ nõ humana ratiõe credibilẽ, sed p mediatorẽ Iesum, efficacia spiritus sancti possibilem.

Accipe igitur nũc cãdide lector hunc, qualiscũq; sit, libellũ de captiuitate & redẽptione humani generis. Nõ dubito, si Christianus tibi sit animus, nõ poterũt ea quæ in illo tractãtur, nõ esse tibi gratissima. Quis enim est, cui nõ potest placere gratia dei & misericordia sup uniuersum genus humanũ. Porro de gratia dei, inquit beatus Paulinus, disserere iucundissimum est, simul & saluberrimum. Nam cæcis atq; surdis quid potuit esse iucundius gratia, qua uisus ipsis aperitur, atq; auditus, ut uideant uitæ cœlestis uiã, & deũ iam audiant intus loquentẽ, cuius uox dulcis, eloquia suauia sup mel & fauum. Deinde infirmis & languidis, qd salubrius gratiæ medicina, qua sanãtur

sempi-

sempiternæ mortis uulnera. Quid insup uinctis & captiuis optatius, magisq; desiderabile gratia domini nostri Iesu, q de manu Amorræi infernalis, in gla dio uerbi oris sui, & in arcu crucis acquisiuit eos sibi, ut efficeretur cœlestis patriæ ciues. Pigris demū ac somnolentis quid utilius gratia, qua excitatur, ut sint alacres & feruentes spiritu. Nō fastidias igitur studiosissime lector no strū qualemcūq; libellū, huiusmodi gratiæ beneficia declarantē, sine qua neq; ueram possimus habere humilitatem, neq; ueram gratiarum actionē, neq; orationem acceptabilem, sine qua deniq; nulla uota, nulla ieiunia, nulli gemitus, nulla pro peccatis suspiria, nulla opera sunt deo placita & accepta. Sed hic imprimis te exoratum uelim, ne tibi sit tædio aut prolixitas, aut fræquens eorundem beneficiorum redemptionis nostræ repetitio, sæpe exaggerata atq; inculcata. Neq; enim facile potest esse repetio prorsus inutilis, quæ est earum rerū, quibus ceu quotidianis alimentis anima pascitur atq; reficitur, quas & iugi memoria custodire, & de quibus semp gratias agere, & deū benedicere necessarium est ad salutem. Deinde & hoc scias, quod compendiosus & breuis sermo, fœcundus sententijs multis, rebusq; magnis, plærūq; est plenus difficultatū, qui & si forsitan tā fuerit artificiose compositus, ut uerbis pau cis secum adferat suarum difficultatū solutiones, nō facile tamen intelligitur ab omnibus, & tantū oportet plærūq; laboris impendere ad intelligendū difficilem sermonis breuitatem, qtū ad cognoscendū res ipsas intellectu difficiles, etiam planissimo eloquio expressas. Magnus est mihi labor, ut qđ ex scri pturis sacris mihi uideor intelligere, sic tradam, sic eloquar, et tam plano stylo depromam, ut & alios hoc ipsum faciam intelligere. Ego igitur ex æque cupiens pdesse cunctis ad lucrū & custodiam Christianæ pietatis, eadē fræquentius iterum atq; iterum inculcaui & repetiui, ac id præcipue alijs atque alijs scripturæ testimonijs adiectis, quibus exponēdis & interpretandis, me spiritus rapiebatur. Postremū & hoc scias, neq; ulla esse in lege, in psalmis et pphetis, in Paulinisq; epistolis, ac cæteris scripturis, quæ toties inculcantur, toties repetuntur iterum atq; iterū, sicuti hæc redemptionis nostræ beneficia. Quod certe diuino spiritu factum est ad eruditionem nostrā, ut sciamus hæc tā magnifica, et tā grādia beneficia, tenaci, iugiq; memoria nobis esse obseruā da. Quod si cuipiam prouectioris ætatis & in sacris literis intelligendis erudi to placeat abbreuiatus sermo, poterit ex multis illic collectis segregare pauca; & pro sua uel aliorum memoria compendium facere, interim tamen non poterit diuersarū scripturarū intellectus tali breuitate succingi. Verū utcūq; sit, non dubito futuros, q hāc meā diligentiā, hunc laborē atq; plixitatem sint ca uillaturi, sed ueniā obsecro, si quem ignorans offenderim, sciens neminē taxaui, neminem designaui nominatim, nisi sit quem oportet innotuisse cæteris, ut euitetur sermo illius, q uelut cancer serpit, cui & ex animo cupio saniorē men tem, nō desperans interim de reuersione illius in rectā fidē, adiuuās illum orationibus, si tamen dignus sim orare, & orans exaudiri. Vale.

K

Index sententiarum ex libro de captiuitate & redemptione generis humani.

¶ A.

¶ L

¶ N.

¶ O.

&

¶ Q.

In epistola dedicatoria pag. 4. lin. 23. pro, Episcopum Cameracensem, lege, Episcopatum Cameracensem. In eadē epistola, pag. 5. ꝑ ampliss. familia, lege ampliss. dominia. Pag. 49. ꝑ statuisse sub, lege latuisse sub. Item pag. 72. ꝑ concidisti sanctū, lege conscidisti saccū. Pa. 83. ꝑ secundū imitationē, lege mutationem. Pa. 131. ꝑ fœderis peccati, lege fœderis pacti. Item pag. 147. ꝑ gratia suffulta, lege gratia suffultus. Item pag 183. ꝑ subsistentia & hypostasis, lege subsistentia & persona. Pag. 190. ꝑ, multa insuper conuenire eidem humanæ naturæ, lege, Insuper multa conuenire eidem Christo, ratione humanæ naturæ. Ibidem linea penultima, pro, hoc factus est deus, lege, homo factus &c. Pag. 191. ꝑ, quibus est tota humanæ natura, lege, quibus subiecta est tota huma. &c. Pag. 193. dedit eis potestatem, lege, dedit ei potestatē. Ibidem lin. 6. a fine, non scit iudicare, lege non sic iudicat. Pa. 199. in lin. penultima. pro, tamen utrumq;, lege, non tamen utrumq;. Pag. 200. linea. 4. ꝑ ad quod ex iusticia, lege, id qđ ex iusticia. Pa. 216. lin. ult. ꝑ, quia liberatione, lege, qua liberatione. Pa. 266. ꝑ, si cognoscamus maximū, lege, si nō cognoscamus. Pa. 293. lin. ult. ꝑ, in Christo, le. in ipso. Pa. 308. ꝑ, cū non uoluerit, lege, non cum uoluerit. Pa. 312. lin. 3. ꝑ, neq; iniuste peccatum dici, le. neq; iniuste factū dici. Pa. 359. lin. 1. ꝑ generalem fidem, le. generalis fides. Pa. 373. ꝑ bonitatē congruissimam, lege, bonitatē congruissimū. Pa. 376. ꝑ, ex adultis æqualiter res, le. reis. Pa. 269. lin. 2. ꝑ ex quibusdam Iudæis, dele quibusdā. Pa. 380. ꝑ, postremam quod si nulla fuisset, dele si, & lege, postremū quod nulla, &c. Ibidem lin. sequenti, ꝑ. & quod si nulla in carne procliuitas, dele si, & lege, & quod nulla fuisset, &c. lin. sequenti, nulla fuisset culpa. adde si, & lege, si nulla fuisset culpa. In eadem linea habes, & quod si nulla fuisset culpa, non fuisset uoluntas, lege, & quod nulla fuisset culpa, si non fuisset uoluntas. Item pa. 381. ꝑ, perinde atq; figulus ad lutum, lege, perinde atq; lutum ad figulum. Pa. 417. ꝑ, post lapsum Adæ relictum sibi, lege, post lapsum Adæ neminem relictum sibi. Pa. 473. pro, & inclinando gratiam, lege inculcando gratiam. Pa. 513. lin. 1. pro ostēdemus, lege, ostēdens. & ibidē lin. tertia a fine, pro, ut finē quendā, lege, ut funiculum quendam.

Glorificabo nomen tuum in æternum, quia misericordia tua magna est super me. ps. 85.

C*Aeterum candide lector scias me superiori anno in lucem aedidisse uolumen quatuor librorum de scripturis & dogmatibus ecclesiasticis, qui multis in locis mendose impressi sunt, quos castigare non potui correptus infirmitate lõga. Sūt quidē in principio uoluminis illius errata quaedā designata, sed praeter illa ibidē castigata, alia quaedam illic praetermissa hic annotantur. Oro igitur te, illos ne legas priusq̃ eos ex hac simul & illa erratorum tabula correxeris.*

Primum inter errata designata ex primo lib. linea octaua, habes. 61. *lege* hi. *Et lin. sequēti pro etiam lege, enim. In epistola ad lectorem. pa.* 2. *in principio li.* 9. *a fine pro quae lege, qua. In.* 4. *pa. eiusdem epistolae. li. ix post accusatiuum fidem, omissum est, nunc, sic enim legendum est, nunc fidem, nūc charitatem. Itē. pa. sequenti lin. vii. a fine, pro libertatis, lege, liberalitati. Item lin. xii. pa. ultimae eiusdē epistolae pro, per libros, lege, qui libros. Item. pa.* 57. *in. lin. xxxii. pro anno quadragesimo septimo, lege, circiter annum septuagesimum septimum. Et ibidē li. sequenti pro* Achior *lege* Iair, *sed hoc erratum in.* 1. *uolumine designauimus, hic solum designamus ea quae illic omissa sunt. Item lin. ix. a fine. pa.* 63. *pro conueniunt, lege conuenerint. lin. xii. pa.* 82. *pro Genesis.* 17. *legendum. Gene.* 27 *Deinde & illic ne turbetur lector, sciat numerum marginalem indicantem. pa. saepe esse mēdosum, quamobrem oportet illum uerificari ex numero paginarū antecedentium, & sequentium. Vnde a. pa. quae in margine designatur* .96. *usq; in paginam designatam per.* 121. *numerus ille est mendosissimus, A pa. uero illa sic designata, Per* 121. *cōsequēter seruatur ordo numeri in li. assignati, Item in ultima pa. ternionis* k. *linea sexta a fine pro montes exaltari, lege mortes exultore.*

Item in pa. 164. *p dilectionē secum, lege, delectationē secum. Itē pa* 189. *li.* xv. *ubi praetermisso nomine* Archilaus, *legendū ē. secundus fuit* Herodes *tetrarcha superioris filius, q nō rex, sed quartae partis, &c. omissum ē, totius Iudaeae, ut sic legatur, q nō rex totius Iudaeae, sed quartae, &c. Nā & Lucae* 6 *iste* Herodes Tetrarcha, *q & decollauit Ioannē, & illusit Christū, etiam rex appellatur. Caetera errata in eadē pag. habes in principio uoluminis illius castigata.. Pa.* 197. *p spiritualiter, lege spiritu, aliter. in ultim. lin pa.* 210. *pro eius ergo, dele eius. In pa.* 227 *pro, si cognoueris temetipsam, lege, si ignoraueris temetipsam. In li. septima a fi. pag.* 248. *pro, mortuo liberatur, legendū, mortuo uero liberatur. Pa.* 256. *habes, fecit in nobis in brachio, dele in primū. Itē pa.* 260. *lin. xviii. a fine, p, nihil sui operis, aut uestigij, dele nihil. pa.* 272. *lin. xxiii. p, discessio prima, lege discessio primū. In prima li. pa.* 275. *pro capite* 3. *lege cap.* 22. *& in eadē pa. p permittens sapientiam, lege promittens. & ppe finē pa. pro diuisae sunt in insulis gentiū, lege, diuisae insulae gentiū. Itē pa.* 279. *p uetus intellectus, lege uerus. pag.* 299. *li. ii. p illis, aut illis, lege illis aut ullis. pa.* 311. *pro, propositio, lege propositiōe. pa.* 315. *p Matt. secundo lege.* 20. *Pa.* 334. *p anteq̃ facerent, lege fierent. pa.* 336. *p psalmi trigesimi, lege tertij. pa.* 357. *in principio secūdae partis capituli, p in scripturis, le. in figuris. In pri. li. pa.* 365. *p desistit, lege deficit. Ibidē li. v. p eadem inter scribe, eadē inter se. pa.* 379. *li.* 8. *a fine. p quae futura sunt sub aduētu, le. quae futura erāt sub aduentu. Li.* 2. *pa.* 386, *p stātis, stātē. li.* 6. *pa.* 392. *p, fortitudinē,*

solitudinẽ. pa.417.ante cõclusionẽ tertiã, ꝑ.44.lege.48.pa.sequẽti.lin.16.ex Act. Apost.citatur,m de tractaõũt eos annis quadringẽtis & triginta,hoc posui, quẽadmodũ legerã in duobus codicibus meis.postea deprehẽdi alios codices castigatiores,nõ habere triginta.Verũ si nõ habeatur,supplẽdũ erat,et idcirco nihil officit sentẽtiæ.Li.ult.pa.419.ubi hab.ex scriptura q̃ diu hi præfuerũt nõ patet,omissũ est,ueteris testamẽti,sic enim legendũ est,ex sacra aũt scriptura ueteris testamẽti, q̃ diu &c.Nam Paulus Act.xiii.regno Saul tribuit annos.40.sequutus supputationẽ.70.interp.q Archialon iudicẽ Israel cũ suis.10.annis prætermittẽtes principatui ipsius Samuelis,& Saul plures annos,q̃ iuxta ueritatẽ Hebraicã oporteat,tribuerũt quatenus ab egressu filiorũ Israel ex Aegypto,usq; in tertiũ an.regni Salomõis haberẽt integrã annorũ.480.summã in.3.Reg.designatã.Pa.428.lin.xvii a fine, ꝑ a diluuio,lege a Nino.pa.439. ꝓpe mediũ ꝑ post Ioathã,post Ioadam. pa.443.lin.xix.a fi. ꝑ 71.anno lege.73.et li.2.sequẽti ꝑ anni.552.lege.554. pa.451.li.xix.a fine ꝑ illius Darij,lege,ille Darius.& in eadẽ linea, ꝑ annos, anno,& sequẽti lin. ꝑ Darij Medi,lege Darius Medus.Itẽ pa.455.lin.xxiii. ꝑ in ultima, hoc est,in septuagesima,lege ante ultimam,hoc est, ante septuagesimã hebdomadã,in sexagesima enim nona hebdomada,natus est Christus. Quarta li. a fine.pa.473. ꝑ aliqd, aliud.Item lin.xviii.a fine,pa.499. post huius mundi, omissum est nomẽ, dogmatibus.Li.xxi.a fine pa.500.habes,nõ didicerũt,dele nõ. Item lin.xi.a fine,pa.508.secũdum carnem circũcisus,incircũcisus.Item lin.x.pa. .521 habes,premiũ aũt huius ecclesiæ,sic distingue & legas,uile ac tẽporale premiũ,huius aũt ecclesiæ dicũtur. In ultima li.paginæ sequẽtis,omissum est,quæ erat perfecit,ut sic legatur,sed eam quæ erat,perfecit in eadẽ uite, quæ dicit, Ego sum uitis.Itẽ pa.530 pro Apostolus & Bernardus, lege Apostolus & Barnabas.pa. .558.prope finem pro Paulus.pretatum,lege Paulus primatum,& pagina sequenti pro,& obuiandum,lege, ad obuiandum.Item lin.tertia a fine pa.577.pro sanctum,lege sacramentũ.Linea. v. a fine,pa.597.pro per,lege propter,& pro deuitando,legas deuitanda.pa.sequenti,pro biennio uel triennio,lege,biduo,uel triduo.pa.599. ꝑ hinc suscepisse.lege,hanc suscepisse.pa.602. ꝑ Christianis a presbyteris,lege Christianis aut presbyteris.pag sequenti pro,baptismus postmod, lege baptizatus postmodũ.pa.606.pro sanctimonie,lege humillime,& in eadẽ pagina,pro,dormitionem eius,lege dormitionis eius.in fine paginæ sequẽtis, ꝑ ignominiam,lege ignorantiã.Pa.611.pro,priora atria,lege puriora atria.pa.616. ꝑ custoditũ,legas custoditus,& pro datur baptisma, lege dari baptisma.Et pro,eidẽ populus immolatur,lege omni die populus immolatur.Et pa. sequenti, ꝑ locũ primũ,lege locũ suũ.Et prope finẽ eiusdem pa.nõ nisi autoritate,adde concilij. Et in eo q ł sequitur,sanari non posse,dele nõ.& linea tertia a fine pro data,lege dari. pa.622.lin.11.pro celebrant,lege celebrabant.& prope finem pa.pro & idcirco æstimãt,lege & idcirco æstimare.pa.sequenti,pro diuersa opinantẽ, lege opinantur.Li.i.pa.632.pro exemplorũ,lege ex Apostolorũ.Et lin.11.omissum est, qui, sic enim legendum,propter Iudæos,q erant.Item pa.sequẽti,quod scribitur,uiginti duos & quatuor,dele quatuor.Sunt præter hæc alia quædam minuta, quæ studiosus lector facile ex se considerabit.

¶ *Recapitulatio breuis quatuor librorum, quos superiori anno in lucẽ aedidi, de ecclesiasticis scripturis & dogmatibus, hic interiecta.*

QVamuis sit una Christi ecclesia tanq̃ inconsutilis Christi tunica desuper contexta per totũ, est tamẽ et ipsa polymita, circumamicta uarietatibus, quibus fit ut inter sancta ecclesiae membra sit pluralis quaedam unitas, & una sancta quaedam pluralitas, statuumq; ecclesiasticorum ac ordinum distinctio, & secũdum externa quaedam opera, diuersus quidam uiuendi modus, sed cum pace catholica ad eundem finem beatificum, per eundem mediatorẽ Iesum, seruata in regulis ac praeceptis fidei, in consilijsq; euangelicis eadem intelligentia, una quoq; in diuersitate statuum, graduum & uirtutum concordia, in sancta hac pluralitate unus aduersus alterum nõ gloriatur. Laicus syncero pectore Christianus sacerdotiũ nõ contemnit, sed colit & ueneratur, tanq̃ membrum in corpore Christi necessariũ diuinitus institutũ. E regione sacerdos quisq;, si uiuũ sit in Christi corpore membrũ non alto pectore superbit in populum, sed fouet illum, & orat pro illo. Religiosus item, qui se se castrauit propter regnũ coelorum, non inflatur aduersus sanctum coniugiũ, sciens diuisiones gratiarum esse, eundẽ autem spiritum. Inter religiosos item est uestimentorum ac alimentorum, atq; statutorum approbata quaedam uarietas, pia ratione a sanctis patribus instituta. Ad hunc uel illum ordinem nemo compellitur, sed unusquisq; suo relinquitur arbitrio, ut considerans semetipsum, uel statum suae conditiõis congruum, uel medicinam suo morbo conuenientẽ accipiat. Atq; ita cum pace & unitate catholica, unus dicit, ego sum Eenedicti, alter, Ego sum Francisci, alius autẽ tem, Ego dominici, sed non quemadmodum Corinthij, facientes inter se dissidia, dicebant, Ego sum Pauli, Ego sum ipsius Apollo, alius, Ego sum Cephae. In Corpore hominis nulium membrum sibi uiuit soli, neq; unum aduersus alterum seĩpsum erigit, sed pro seinuicẽ, ut inquit Apost. sollicita sunt membra. Si patitur unũ membrũ, cõpatiuntur omnia, Ita & in corpore Christi, quod est ecclesia inter membra, oportet nõ esse ulla dissidia aut schismata, quibus unus ordo aut status cõtra alterũ superbiat aut glorietur. Vnusquisq; suum donum habet, unus sic, alius autem sic. Qui districtius uiuere possunt, eos qui non sic uiuunt, nõ aspernãtur, scientes regnũ dei, non in corporalibus illis obseruantijs, non in uestimentis, aut alimentis consistere, sed in uirtutibus interioris hominis, iuxta Pauli doctrinam, Nõ est regnum dei esca & potus, sed iusticia & pax, & gaudium in spiritu sancto. Freinde & iustus quisq; in ecclesia, quo districtius uiuit, hoc alterum ordinem, ubi pie & iuste secundum praescripta patrum uiuitur, minus iudicat, magisq; sollicitus est seruare unitatem spiritus in uinculo pacis, sciens diuersis morbis diuersa conuenire medicamenta. Quamobrẽ & Paulus Corinthios uolens esse admonitos, coarguẽs illos, supplex orat. Obsecro uos fratres p̃ nomen domini nostri Iesu Christi, ut idipsum. i. unum & idem dicatis omnes, & non sint schismata in uobis, sed sitis perfecti in eodẽ sensu, & in eadem scientia. Nullius Reip. paci adeo infestus est satanas, quemadmodum paci ecclesiae Christianae. Nam super omnium aliarum nationum fidem cum

sola

sola Christianorum fides sit uera salutis æternæ fides spiritu sancto cœlitus data. hinc ut inquit beatissimus Athanasius, actum est ut Satanas inimicus salutis huma ni generis nullam aliarum nationum fidē ita dissipare, itaq; euertere ac in hæreses, & schismata diuidere conetur, sicuti fidem Christianā. Neq; enim curæ est ipsi, ut expugnet falsam Iudæorum aut Samaritarun ac gentium idololatrarum fidem aut schismata, dissidia, rixas, uel sectas faciat super suis ipsorum superstitionibus, cum iam omnes illæ gentes suæ sunt, quas suis laqueis captiuas detinet, secundum suam ipsius uoluntatem. Ipse autem ea quæ sua sunt, quæq; in pace iam possidet, nunq̃ ex pugnare molitur. Satanas si Satanam eijcit, inquit Christus, quomodo stabit regnum eius. Vnde & ex hoc ipso possumus discere non esse aliam in terris fidem piam atq; diuinam regno diaboli contrariam præter eam solam, quæ est in Christū, dominum, quæ & in medio gentium seu luporum exposita creuit indēnis & inuulnerabilis. Hoc quoq; erga nos præcipuum diuinæ, pietatis, dilectionis atq; protectionis indicium est, quod non inueniamus ab initio aliam gentem ullam tot ac tantis temporibus impugnatam, & tamen nō deletam, præter hanc solam ab initio mundi Christi fidē, quæ certe nō mansisset indelebilis, sic ab omni natione impugnata, nisi manus dei protexisset, atq; assidue illam custodijsset, Satanas igitur habens mille nocendi artes, cum per uim & persecutiones apertas non potuit aduersus hanc fidem præualere, nomenq; domini nostri Iesu extinguere, hæresis & schismata adinuenit, quibus sub prætextu nominis Christiani, & sub uelamento charitatis domini nostri Iesu Christi, scindat ac diuidat ecclesiæ membra, qua sane fallēdi arte, lōgo iam temporis usu aucta, nulla est in ecclesia uis perniciosior, minus enim ecclesiæ unitati nocent hostes aperti a Christiano nomine prorsus alieni, quam schismatici, & hæretici, qui in ecclesia sub uestimentis ouium uersantur.   Porro his nostris sæculis, quia Christianæ fidei religio nimium extuit, schismatibus & hæresibus perturbata super rebus quibusdam fidei in dubium reuocatis, de quibus iam inde a multis sæculis non dubitauit tota Christianorum schola, quas schismatici, atq; hæretici paucis iam annis grassantes, machinati sunt, malignis sensis ipsorum libris in publicum euulgatis destruere, tollere, atq; euertere calumniantes res illas non haberi, neq; in scripturis canonicis, neq; apud ueteres ecclesiæ patres, sed humanitus aut inuentas, aut confictas. Proinde ego secundum ingenij mei tenuitatem dei adiutorio cōfisus sudoribus magnis & laboribus, de hisce rebus supradictos libros quatuor, quorum errata iam designaui, anno superiori in lucem ædidi in unum uolumen, cui titulum inscripsi, de ecclesiasticis scripturis & dogmatibus, in quibus fidei nostræ antiquitates demonstraui uarijs & multis medijs. Et quia satis prolixe de singulis disserui, ut forsitan sit lectoribus tediū illos a principio in finem usq; legere, hinc uisum est mihi consultum esse utileq;, Zelatoribus Christianæ fidei post castigationē erratorum hic adijcere breuem recapitulationem, ut habeat lector compendium paucis secundū ordinē eorundē librorū cōplectens articulos quib⁹ fuit his nostris sæculis ecclesia perturbata, cōmonstransq; eisdē in rebus esse antiquæ fidei regulas.

¶ Ex libro primo de libris canonicis, quos oportet in canonē bibliorū recipere.

Fa:t hoc tumultuante seculo ingens hæreticorum uesania, audaxq; præsumptiō quorundam hominum arrogantium, qui neglecta ueneranda patrum antiquitate, pertinaciter reiecerint libros sapiētiæ, Ecclesiastici, Iudith, Tobiæ, et Machabæorū. Itē epistolam Pauli ad Heb. epistolam Iacobi, Petri secundā, Ioannis tertiā, & Apocalypsim. Contra istorum hominū pertinaciam, in primo libro demonstraui sanctos patres iam hinc ab annis mille & ferme quadringētis usos fuisse supra dictis libris tanq̃ canonicis scripturis, & ex eisdē sumpsisse testimonia tanq̃ ædita diuino spiritu, pa. 7. 8. & sequentibus. Item. 43. & . 48. & duabus sequentibus.

Ex Sapientia Salomonis, & Ecclesiastico, tanquam ex libris canonicis citant testimonia Anacletus, Alexander, Euaristus, Irenæus, Clemens Alexandrinus, Ter. Orig. Athana. Basil. Cyp. Am, Ioannes Damas. pag. 7. & sequentibus. Itē 42. et 43. 44 ac sequenti. Ex Tobiæ & Machabæorū libris tanq̃ scripturis sacris, Ori. Cyp. Chryso. Augus. citant testimonia tanq̃ plata diuino spiritu, pa. 9. & . 10. ac sequentibus pa. quadragesimaquarta & sequent. De autoritate libri Iudith, quē & Nicena synodus, ut ait Hieron. in numero sanctarū scripturarū legitur cōputasse, uide pa. xxv. & xli. & . xliiii. De hymno triū puerorū, de historia Susannæ, & Belis, atq; draconis, quæ libro Danielis inseruntur, an canonicā habeant autoritatē, uide pag. xli. & . 49. De libro Baruch uide pag. 12. Ex epistola ad Heb. tanq̃ ex scriptura canonica sumunt testimonia, Clemens Alexandrinus uicinus Apostolorū temporibus, Orig. Chrys. Hiero. Augu. & reliqui posteriores omnes. Deinde præfati Clemens atq; Orige. palā asserunt epistolā illam esse Pauli Apo. uide pa. 9. & . 10. & 48. Ex epistola Iacobi tanq̃ ex scriptura canonica sumūt testimonia beati martyres Anacle. Euaris. Alexander pontifices Rom. proximi Apostolorū tpibus. Itē Chrys. Amb. Hiero. cæteriq; posteriores uniuersi. ibidem. Itē hanc epistolā in catalogo librorum scripturæ sacræ, una cū duabus Petri Apostoli, & tribus Ioannis, & Apocal. recensent Ioan. Damas. Hieron. Augu. Epistolā Petri secundā, & tertiā Ioannis, una cū Apoc. & epistola ad Heb. concluserunt intra canonē Bybliæ, Ori. Ioan. Damas. Hiero. & Aug pa. 10. 11. & . 12. ac sequenti, & xlviii. & . l. li. Ex Apocal. Ioan. tanq̃ ex scriptura ædita diuino spiritu, sumunt testimonia Dion. Areopa. Iren. & Orig. qui & asserunt illā æditam a beatissimo Ioan. Apostolo. Ex hac quoq; tanq̃ ex diuina scriptura sumūt testimonia Chrys Damascen. cæteriq; Græci. Itē Cyp. Amb. & Hier. Aug. cæteriq; post hos uniuersi, pa. 8. 9. et 10. itē 33. & 48. En uides candide lector patres sanctos, ante mille & quadringentos ferme annos & citra semp usos fuisse libris Sapiētiæ, Ecclesiastico, Iudith, Tobiæ, & Machab. epistola ad Heb. epistola Iacobi una; & duabus Petri, & Apocal. Ioan. Proinde & ecclesia circiter annū domini centesimū supra millesimū, iusta ratione mota, ut super autoritate librorū istorū tolleret schismata atq; dissidia, expresse censuit supradictos libros canonicis scripturis esse connumerandos in concilijs Laodiceno & Carthaginēsi. Deinceps ergo patres san

cti Hier

ri Hiero. Aug. Damas. reliqui posteriores numerātes libros scripturæ sacræ, & supra dictos libros uniuersos intra canonē cōcluserūt, ut patet ex Aug. lib. 2. de doct. Christiana, uide pa. 7. & nouē paginis sequentibus, Itē pa. 50. & 51. Quæstiones multæ difficiles, & argumenta multa, quæ contra supradicta possunt obijci, in lib. 1. recitātur atq; soluūtur, a pa. decimaquinta, usq; in finem libri.

¶ Ex lib. 2. de æditiōib⁹ seu trāslatiōib⁹, & de multis scripturæ sacræ sensibus.

Hac nostra ætate temeraria quorundā hominū arrogantiū, suggerente uesania, magna fuerunt dissidia ac schismata sup uarietate translationū, atq; æditionū librorū scripturæ sacræ, quibusdā prsus aspernantibus æditionē nostrā latinā, conātibus eā reddere contēptibilē ac odiosam, alijs uero mordicus asseuerantibus eā esse diuinā, diuinoq; spiritu ita æditatā, ut nec in apice quidē liceat amplius dubitare, an sit consona scripturæ sacræ in suo fonte. Ego igitur secundum tenuitatem ingenij mei, cupiens hæc in re schismata atq; dissidia deo adiutore, iacere sepulta, seu suppressa, ordine cogruo post librum de catalogo scripturarum sanctarum, hūc secundū librū ædidi, in quo primum disputaui, utrum scripturæ sacræ textus ex originali lingua etiā ab interprete q̄uuis erudito æditus, sit eiusdē autoritatis cū textu scripturæ sacræ descripto in suo fonte ab Euangelista uel propheta, ubi & argumēta recitaui, qbus probari uidetur scripturæ sacræ textū in ueteri lege p. 72. interpretes ex Hebraica lingua Græce æditum, esse trāslatum ex spiritu sancto, eūq; esse autenticū omnibus æditionibus alijs anteponendū ad faciendū ueræ translationis fidē, pa. 53. & 54. & sequentibus, ubi & tractaui de uarietate linguarū & æditionū, in quas scriptura sacra est uersa, differui quoq; utrū textus Latinus, quo nunc utitur ecclesia in utroq; testamēto, sit uera ipsius Hier. æditio, dissoluēs quæstionē difficilē, si 72. interpretes sint ex spiritu sancto interpretati. qua ratione Hier. fuerit ausus suā æditionē illis præponere. si uero nō ex spū sancto, sed deuiauerint a uero scripturæ sensu, qua ratiōe Christus & Apostoli horū interpretione fuerint usi, prætermisso Hebraico textu, qua itē ratiōe omnis antiquorū patrū chorus tradit illos ex spiritu sancto esse interpretatos, pa. 66. & 67. & 70. Cæterū cōmonstraui Hieronymum, Ambr. Bedā, Lyranū, cæterosq; multos latinū sacræ scripturæ textum, quo nunc utitur ecclesia, multis in locis arguisse atq; emendasse, et ideo nō oportere dānare, aut a cōmunione separar e, tanq̄ hæreticos eos, q ex scripturis sacris in suo fonte æditis, asserūt in textu latino quædā posse corrigi atq; emendari, neq; oportere propter hāc rē in ecclesia dei habere schismata atq; dissidia, & neq; Hier. uoluisse translationē suā ecclesiæ dare tanq̄ autēticā atq; diuinā in omnibus sic cōsonā scripturæ sacræ. qppe q diuersis in locis arbitrio lectoris relinqt. si sic uel aliter uelit interpretari. Et neq; sedē itē Apostolicam, quæ usq; in Gregorij tpa est usa æditiōe utraq;, cēsuisse eandē Hiero. æditorē in omnibus sic esse recipiendā tanq̄ in nullo a sensu authoris deuian, & ecclesiam hactenus non curauisse de solæcismis quibusdam in æditione nostra latina, per interpretem admissis, quibus & usi sunt sanctissimi & eloquentissimi patres citantes textum iuxta formā uerborū

æditionis nostræ hæc omnia & id genus alia, uide pag. 70. & 84. usq; in pa. 96. & infra, usq; ad cap. secũdum eiusdem libri. Habes & in eisdem pag. multarũ quæstionum, ac perplexitatũ difficiliũ, argumentorũq; multorũ, quæ in contrariũ obijciuntur, solutiones ac resolutiones ex patribus notatu dignas. In secundo autem capite eiusdẽ libri habes de multitudine sensuum designatorum per eundem scripturæ sermonẽ, in quo & dissoluuntur quæstiones & perplexitates multæ, traduntur q; documenta utilia quibus probatur sensuum scripturarum multiplicitas, & quod hæresis est asserere prophetas in scripturis sacris præter sensus naturales, neq; intẽdisse, neq; intelllexisse ullos sensus mysticos, sed hos a solis patribus nouæ legis esse adinuẽtos ad instructionem fidei & morum pa. 121. In ca. 3. eiusdem libri cõmonstratur uia secundum quam inuestigandus est uerus scripturarum intellectus. pa. 129. Item quod scripturæ sacræ multis in locis sint obscuræ & difficiles quarum obscuritas ex spiritu sancto profecta est pa. 142. Dissoluũtur itẽ in hoc capite questiões difficiles & perplexitates suborte ex diuersis & plerumq; contrarijs magistrorũ ac sanctorum patrum sententijs, ostenditur quoque propter huiusmodi diuersas magistrorum expositiones non oportere turbari fidem nostram, neq; schismata, aut dissidia facere in ecclesia Christi, quandoquidem & ipsi patres sancti cum pace et unitate catholica diuersas & nonnunq̃ contrarias habuerint inter se sententias. pa. 137. & 154. Tertius liber regulas quasdam compendiosas tradit quibus iuuantur studiosi ad intelligendum locos scripturæ, tum propter res ipsas, intellectu difficiles, tum propter signa incerta, uel ambigua, obscuros. Diuisus est autem hic liber in tres tractatus, quorum primus est recapitulatio quædam seu compendiũ quatuor librorum Augu. de doctrina Christiana. Regula Augu. notabilis ad cognoscendum an locutio aliqua sit propria an figurata. pa. 174. 175. Septem Tichoni regulas utiles ualde ad intelligendum scripturas commemorat Augu pa. 178. Tractatus huius libri secundus aperit obscuritates scripturarum multas primum eas quæ contingunt propter equiuocationem uocabulorum tam propriorum, q̃ communium. Apud Aegyptios multi pharaones reges Apud Persos & Medos, multi darij & Xerxes reges, Apud Babylonios, multi Nabucbodonosor, Apud Syrios multi Antiochi, apud Aegyptios, multi item Ptolæmei apud Iudæos sub Babylonijs multi Ieconiæ, apud Iudæos imperio Romano subiectos, multi Herodes. Item multi Assueri, multi Artaxerxes. Vide. pa 190. Vocabula multa in scripturis posita exponuntur, ut funus, con fessio, solicitudo, hebdomada, auris oculus, frigidum esse, aut calidum, aut tepidum, mors peccatum, lex, iudicium, iustitia, ueritas, regnũ cœlorum, Zelus, emulatio, Zelari, emulari, necessitas, impossibilitas, tollere, Spiritus, item de uerbis imperatiui modi, & de præpositionibus, & coniunctionibus uarie in scriptura sacra acceptis, Vide in capite primo huius tractatus usq; in caput secundum a. pa. 183. usq; ad paginam 242. Secundum caput tractat de orationibus in scripturis sacris ambiguis propter incertitudinem casuum, temporũ, numerorum, modorum suppositorum, ac appositorum, aut antecedentium ad quæ fit relatio aut propter

pter incertitudinẽnominũ,quæ eisdẽ scribũtur literis, Vide pa.243.usq; in pa.352. D4
Item de locutionibus reciprocis per omnes casus & de ambiguis orationibus propter uarietatem distinctionum & pronunciationum. Vide in pa.254. & in duabus sequentibus habes & ibidem locum scripturæ difficilem, super quo præclarissima ecclesiæ luminaria Hiero. Augu. & Chryso. diuersas habuerũt sententias propter diuersos pronũciandi modos pa. 258. Tertio capite traditur quonã pacto sint accipiendæ locutiones uniuersales aut secundum certum numerum expressũ in scripturis sacris. Vide. pa. 259. & sequentibus & de septenario nũero quomodo sit factus etiam secundum secularem philosophiam, & medicorum libros pa. 263.
Item de locutionibus p hyperbolen, aut ironiã pronunciatis, & delocutionibus ordine præpostero recitatis, Vide pa. 260. & sequentibus. Item de uocibus & orationibus tropologicis aut translate acceptis regulas utiles ualde ad intelligendum scripturas, habes, pa. 278. usq; in pa. 308. Item regulas utiles ad intelligẽdũ pphetarũ & euangeliorũ parabolas, Vide pa. 309. usq; in pa. 320. Itẽ ad intelligendũ scripturas obscuras propter mutatiõem temporum aut personarum, aut numerorũ, Vide documẽta multa pa. 321. & sequentibus usq; in pa. 344. & ibidẽ de mutationibus affectuũ. Tertius huius libri tractatus est de obscuritatibus cõtingẽtibus propter res ipsas intellectu difficiles etiã quãtũuis plano eloquio expressas, pa. 349. Documẽta ad intelligẽdũ scripturas de mysterijs trinitatis & incarnationis domini nostri Iesu Christi, Vide pa. 349. & sequẽtibus usq; in pa. 366. Documenta ad intelligẽdũ scripturas obscuras, in quibus sit transitus de literali historia in sensũ mysticum, Vide pa 367. & sequẽtibus. Documẽta ad intelligẽdũ scripturas obscuras pter res multas pmiscue positas in eodẽ scripturæ loco, utpote propter geminum aduẽtum, etiam plærumq; in eodẽ scripturæ capitulo, pter ecclesiam Christi duplicẽ militantẽ scilicet & triumphantem, propter geminã desolationẽ Hierusalem, utpote per Babylonios, & per Romanos, propter geminã Babylonẽ terrenã & ecclesiã diaboli quæ in terrena Babylone figuratur, Vide pa. 378. & sequentibus. Documẽta ualde utilia ad dissoluẽdũ apparentes scripturarũ cõtrarietates, pa. 394. & sequẽtibus. Documẽta utilia ad intelligendũ scripturas difficiles & obscuras propter supputationes annorũ, hebdomadarũ, dierum & temporum a principio mundi usq; ad ætatem quamlibet, & usq; ad Christum, & de teporibus nouissimis sub Antichristo, Vide pa. 413. usq; in finem libri. ¶ Ex libro quarto.

Hac nostra ætate uidimus quorundam hominũ arrogantiã qui temere reiecerunt quicquid ex scriptura sacra demonstrari non potest aspnantes omnem ecclesiæ & conciliorum & canonum ac decretorũ pontificũ authoritatẽ, nihili facientes patrũ doctorũq; ecclesiæ elaboratissimas scripturarum interpretationes saluberrimas q; sẽtentias. Ego igitur secundũ ingenij mei uires congruo libro tertio qui est de regulis & dogmatib⁹ cõpẽdiosis p scripturis sacris intelligẽdis subiũxi librũ quartũ, qui tractat de dogmatibus extra canonẽ scripturæ sacræ constitutis de traditionibus ecclesiæ, & cõciliorum & canonũ atq; decretorum pontificũ, authoritate & libris

sanctorũ patrũ seu doctorũ ecclesiæ & de scripturis aprocryphis, In quo primum differui hæreticũ esse reijcere omnem fidei ac morum doctrinam quæ ex scripturis sacris efficaciter demonstrari nõ potest recitans & dissoluens aduersariorum argumenta cæteraſq; perplexitates ac quæstiones multas, Vide pa. 477. in principio libri usq; ad sinē eius. De autoritate librorum quos ædiderũt ecclesiasticici patres & de libris apocryphis habes pa. 485. Apocryphorũ ab ecclesiasticorum patrum dogmatibus differentiam pag. 488. Censuram Gelasij de opusculis patrum, Vide pa 493. Censuram Hieronymi de libris Tertul. Lactan. Origenis, uide pa. 494. et 496. Censuram de ecclesiastica historia quam uocamus tripartitam, de Apostolorũ canonibus ibidem. Censuram de quorundam martyrum gestis quæ publice in ecclesijs quibusdam leguntur. ibidem. De quatuor Synodis seu concilijs ecclesiæ generalibus quæ tanq̃ quatuor dei euangelia sunt uenerandæ, habes, 494. Regulã generalē obseruãdã lectori in legendis omnibus sanctorum patrũ libris, habes 497. Hæretici huius temporis animositate superba inflati indignas struxerunt contumelias Chryso. alijsq; sanctis patribus de libero arbitrio scribentibus, corrũpentibus eorũ libros annotationibus prauis Vide pa. 498. Censuram Hiero. de libris philosophorum gentilium, habes pa. 500. Opuscula Papiæ, Irenæi, Tertul. & Origenis non merentur habere locum cum Hiero. Amb. Aug. cæterorumq; sanctorum patrum libris. 502. Ecclesia ab initio mundi, que sit & qua uia internoscitur una & quonam modo Christi ecclesia dicitur incepisse ab Hierusalem cum ipsi fuerit prius q̃ terrena Hierusalem esset & quid sit in ecclesia & extra eam neminẽ fieri saluum & omnes ecclesias subesse pontifici Romanæ ecclesiæ, & Petrum a Christo esse constitutũ uniuersalis ecclesiæ pastorem, Iesu Christi uicarium, Petri aũt nõ uicarium, sed successorem, omnesq; successores in cathedra Petri habere uigorem & potestatem super omnium ecclesiarum pontifices sine cuius authoritate iuxta decretum Niceni concilij non possunt, uniuersalis ecclesiæ concilia celebrari, Vide a pa. dxiii. usq; in pa. dxlviii. Christũ cũ ecclesia & cathedra, atq; Episcopatu Petri permansurum usq; in consummationem sæculi est ex scripturis sacris manifestum, Vide pa. 549. Vtrũ fides Christi et primatus ecclesiæ Ro. uniuersalis sint ab ecclesia inseparabiles, differitur pa. dl. Soluuntur quoq; ibidem argumenta multa usq; in paginã. 559. Authoritas scripturæ sacræ, utrum maior sit quam authoritas ecclesiæ, an econtrario, differitur pagina 560. usq; in paginam 564. Vsq; ad Moysi ortum a principio mundi sunt anni. 2373. secundum æditionem ex Hebraica ueritate, secundum æditionem .72 interpretum sunt anni. 3610.

Ratio differentiæ huius, quæ est in. 1237. annis, declaratur in tertio libro in capite de supputatione annorum, uide pag. dlxi. & ibidem habes, quod annorum mundi millenarius quartus completus est anno Tyberij 16. quemadmodum notauerunt Eusebius & Beda. Ecclesia quæ nunc est in remittendis & retinendis peccatis est eiusdem autoritatis ac potestatis cum Apostolorum ecclesia, uide pagi. 564. Papa quomodo subiectus est iudicio uniuersalis ecclesiæ seu potestati generali

neralis concilij, 567. Hæreticorum pertinacia in sua perfidia usque ad mortem, antiqua res est pa. quingentesima sexagesimanona. & sequenti.

Sententias multas orthodoxa fide tenendas, quæ ex scripturis sacris demōstrari nō possunt, habes pag. 567. usq; in finem libri. Hæreses arrogantium hominū reprobantium, aut negantium uenerationem sanctorum, suffragia uiuorū pro defunctis, uoluntaria uota, & solennia quadragesimæ ieiunia, purgatorium ignem post mortē, baptismum paruulorū irreiterabilem, matrimonij indissolubilitatem, corpus Christi uerum in sacramento altaris, missæ officium ac sacrificium, primatum cathedræ Petri, sacramentum confirmationis & sacri ordinis, imaginē domini nostri Iesu Christi, picturas seu figuras, sanctorum martyrum, merita iustorū hominum, liberum hominis arbitrium, fuerunt iam inde a temporibus Apostolorum ecclesijs notæ, & ante annos mille euentilatæ, tritæ, atq; damnatæ, pa. 568. Hæreses istas recitat Bernar. 66. homilia sup Cantica, uide pa. 570. Sanctos martyres defunctos, esse uenerandos, colendos, atq; orandos, eosq; in cœlo p nobis ueros esse intercessores, docuerunt Cypri. Hiero. Amb. Augu. uide pa. 570. 582. 589. & 604. Vnde Hiero. Augu. suis sæculis habuerunt Vigilantium tanq̄ hæreticum, propterea quod negauerit cultum sanctoꝝ defunctorū, et merita uirginitatis, solenniaq; ieiunia & abstinentias, pag. 569. & sequēti. Purgatorium ignem esse post mortē, suffragiaq; ac orationes uiuorum prodesse defunctis, docuerunt ante Christū Iudas Machabæus, & sub ipsis Apostolorum temporibus Dionysius Areop. Tertul. Cyprianus, Magnus Basilius, Ambro. Chryso. Aug. Philippus presbyter beati Hier. discipulus, & cæteri ecclesiæ patres posteriores uniuersi ad hæc usq; tempora, uide pag. 602. & 605. & sequentibus. Augustini sæculis erat consuetudo per uniuersam ecclesiam pro defunctis orare, Volūtaria uota castitatis ac religionis deo placere, & esse obligatoria ex scripturis sacris docuerūt sancti patres ab initio Cyprianus, Basi. Chrys. Hiero. Amb. Augu. cæteriq; uniuersi ad hæc sæcula, uide pa. 582. & de hoc Hieronymi sæculo fuit detectus Vigilantij error. 582. Vota perpetui cœlibatus extitisse in ecclesia Apostolorū primitiua, patet ex scripturis, uide pagina. 589. Cœlibatum sacerdotū ab initio fuisse ipsis Apostolorum temporibus docet Hieronymus contra Iouinianum tradens Apostolos quidem habuisse uxores, sed quas ante Apostolatum acceperāt, post Apostolatū relinquentes officium coniugale, uide pa. 589. Quadragesimam, solenniaq; ieiunia docuerūt patres ab initio, uidelicet Tertul. Orig. Ambro. Hiero. Chryso. Augus. cæteriq; posteri uniuersi, pag. 583. Animas ex corpore hinc demigrantes, aut iam in cœlo esse beatas cum latrone, sancta in cruce, aut in inferno sepultas cum diuite epulone, aut cū Machabæis in purgatorio, fide tenendum est, hæresisq; est pertinaciter contrarium asserere, pa. 582. Infantes baptizandos, baptismumq; esse irreiterabilem docuerunt patres ab initio, Irenæus, Cypria. Hiero. Amb. Aug. uide pag. 604.

Sacramentum Eucharistiæ plane tradiderunt omnes quatuor euangelistæ, & Apostolus.

stolus Paulus, uide pag. 574. Corpus Christi uerum esse in altaris sacramento ab initio ex scripturis sacris docuerunt patres uniuersi, Tertul. 604. Irenæ. 604. Itē Cyprianus, Hieron. Chrysos. Ambro. Ioannes Damascenus, Augus & cæteri post illos, ad hæc usq; tempora, uide ibidem. Sacramentum Eucharistiæ esse fræquentandum, non in locis prophanis, sed & ieiuno stomacho panem illum esse manducandū ex scripturis docuit Augus. uide pa. 581. & . 596. & sequenti. Missæ officiū in primitiua ecclesia agnouerunt Dionysius, Ignatius, & Irenæus. Constantinus imperator circiter annum a passione domini. 290. dedit ecclesiæ facultatem publice celebrandi festorum solennitates, templorum dedicationes, & celebrandi missas, immolandi sacrificium, & prædicandi euangelium sanciens in uniuerso suo imperio diē post sabbatum esse solenniter celebrandum, & in illo oportere cessare a iudicijs causisq; pfanis ad uacandum orationi, diem ueneris honorandum, supplicium quoq; crucis consuetum contra maleficos deputatum, prohibuit, uoluitq; signum crucis honorari, et tāq uexillum uictoriæ Christi triumphantis in cruce, iussit deferri in cœtu populi, pag. 586. Consuetudo antiqua etiam ab ipsis Apostolorum tpibus fuit, imagines domini nostri Iesu, & sanctorum martyrum in templis, in oratorijs, & in cubiculis salubriter & cum magna utilitate custodire a populo Christiano, uide ibidem. Imaginem domini nostri Iesu Christi Iulianus apostata deijciens cōfunditur, ibidē. Missæ sacrificiū agnouerunt patres ab initio, ut Ignatius, Irenæus, Cyprianus, cæteriq; uniuersi, & oportere aquam misceri uino, uide pa. 587. Corpus domini ieiuno stomacho manducare, baptizari quoq; infantes p uniuersam ecclesiam, in totum terrarum orbem diffusam fuit custoditū ab ipsis Apostolorum temporibus, pa. 628. & . 681. Liberum arbitrium simul cum gratia docuerūt ab initio uniuersi patres, pa. 630. sed de his in libro hoc de captiuitate, & redemptione, & in sequentibus libris latius. Primatum super oēm ecclesiam a Christo esse Petro datā, atq; ita successorem in cathedra Petri esse uniuersalis ecclesiæ pastorē, ex scripturis sacris intellexit omniū sanctorū patrum tū Græcorum, tū Latinorum antiquitas, q inde a tēporibus Apostolorum ad hæc usq; sæcula id crediderunt, docuerunt, factisq; gestis seruato illi cathedra honore debito custodierunt beatus Anacletus successor Clemētis, martyr Euaristus, martyr Alexander, martyr Marcellus, martyr Irenæus, Cyprian. Magnus Basilius, Athanasius, Chryso. Hiero. Amb. Augu. cæteriq; posteriores uniuersi, uide pa. 535. usque in pa. 548. Habes & ibidē ab hac cathedra fidem non deficere usq; in consummationē sæculi. Beati Ignatij Ioannis euangelistæ discipuli ante mille & quadringentos annos habes sentētias notatu dignissimas de sacrosancta eucharistia, de missa celebranda, & de sacrificio missæ, & de distinctione sacrorum ordinum, & de obedientia a diaconis & plebe episcopis debita, de quadragesima, de hebdomada passionis Christi honoranda, de dominica post sabbatū celebranda, de uirginitate, matrimonio præferēda, de relapsis ad pœnitentiā recipiendis, de trinitate personarum in unitate deitatis, de numero annorum, quibus prædicauit Christus, habes pagina. 600. & sequentibus.

Tertul-

Tertullianus scribens ante mille & trecentos annos quãuis in errores quosdam sit relapsus, tamẽ omnia ferme tradit antiquitatis documenta quæ in hodiernum diẽ seruat ecclesia uidelicet de abrenũciatione satanæ ante baptismũ, de baptismi trina mersione in aquam, sub inuocatione trinitatis, & de pœnitentia prioris uitæ, de eucharistia quod ipsa sit sacrificium, & uerum corpus Christi sumendum de sola sacerdotis manu, de purgatorio igni, & de orationibus pro defunctis, & de orationibus defunctorum martyrum pro uiuis, in quot diebus neq; sit ieiunandum, neq; geniculis adorandum a die paschæ usq; in diem penthecostẽ, sed quod tum gaudendum sit, de mersiõe Ioannis euangelistæ in oleum & de morte Petri per crucem & de morte Pauli per gladium in urbe Roma & de pœnitentia rituq; pœnitendi & confitẽdi, & pro relapsis post baptismum, de loco humillimæ pœnitẽtiæ dan do pa. 605. 606. Origenis ante. 1300. annos sententiæ sunt de eucharistia quã appellat sanctissimũ sacrificiũ & uerũ Christi corpus, de intercessiõe martyrũ defunctorũ pro uiuis. De baptismo in aqua uisibili, & in chrismate uisibili, de quadragesima & de festo innocentiũ martyrũ & de celibatu sacerdotũ. 606. & 607.

Cypriani ante .1300 ferme annos sententiæ de infantibus ante octauum diem baptizandis, de sacramento confirmationis, pœnitentiæ, & ordinis ecclesiastici, de confessione, de satisfactione per opera pœnitentiæ de eucharistia, de missæ sacrificio, & de aqua in calice miscenda uino cõsecrando, de purgatorio, de cultu sanctorũ & de primatu ecclesiæ Romanæ, & de statuto in concilio Episcoporũ Ne quis tutorem uel curatorem ex clericis uel ministris ecclesiæ testamento suo cõstituat, de commemorationibus sanctorum martyrum celebrandis de pace non danda pœnitentibus ante legitimum tempus satisfactionis, de cõfessione occulti peccati apud sacerdotem, de actu fidei sito in libero hominis arbitrio de uirginitate præferenmda coniugio. pa. 606. 608. & 609 & sequentibus.

Basilij ante mille & centum annos sententiæ de multis traditionibus non scriptis in Apostolorum & Euangelistarum libris, utpote de signaculis crucium, quibus Christiani sese, & sacrificia offerenda consignant, de oratione uersus orientem, de uerbis inuocationis, cum ostenditur panis eucharistiæ, de aqua baptismatis, & oleo consecrando, de abrenunciatioue satanæ, de terna immersione, & de inunctionis oleo, de purgatorio, & suffragijs uiuorum pro defunctis, de uotis perpetuæ castitatis, pa. 611. & .612. Antiquæ legis regula ante. 1200. annos etiam ante concilium Nicenum, ut morituri accipiant sacro sanctam encharistiam, pag. 610. Hieronymi ante mille annos sententiæ de Eucharistia & uero Christi corpore ac sanguine in altaris sacrificio, de oratione sanctorum martyrum pro nobis, de ossibus cæterisq; reliquijs sanctorum martyrũ honorãdis, de cereis pleno die accendendis, in honorẽ euãgelij dũ cãtatur, & in honorẽ dei ac sanctorũ, de sãctoꝝ martyrũ animabus, semper cum domino existentibus, de hæresi eorum, qui contemnunt Basilicas sanctorum martyrum, de quadragesima, & de uoto perpetui cœlibatus, de symbolo Apostolorum ab Apostolis ædito, pa. 612. & in sequentibus.

Ambrosij ante .1000. annos sententiæ de sacramentis ecclesiæ, de sacrificio missæ, de corpore Christi uero in eucharistia, de cultu sanctorum martyrum, de purgatorio, & de suffragijs uiuorũ pro defunctis, de celibatu sacerdotũ, & de uotis, & de quadragesima, pa. 614. Ioannis Chrysostomi sententiæ, de corpore Christi uero in altaris sacrificio, de eleemosynis faciendis pro defunctis, de quadragesima, de sancta hebdomada honoranda ante pascha, & cur uocetur magna, de confessione peccatorum hoc tempore facienda, de foribus iudiciorum hac hebdomada claudẽdis, de Paulo Romæ detruncato, de Petro crucifixo capite deorsum uerso, pa. sexcentesima decima quinta. Augustini sentẽtiæ de baptismo paruulorũ, de sacrificio corporis Christi in altari, de consuetudine qua ecclesia per uniuersum orbem pro defunctis orabat, de Christianorum defunctorum corporibus honorandis per exequias, & de sepulturis eligendis in sanctorum martyrum basilicis, & de apparitionibus defunctorum, corã uiuis, de gemina commemoratione defunctorum in officio missæ, una sanctorum martyrum ut ipsi orent pro nobis, altera aliorum quos nostris orationibus iuuamus, de celebrandis festis sanctorum martyrũ, de abusibus utpote cõmessatiõibus & ebrietatibus fieri solitis in cœmeterijs, de differentia baptismi sacri ordinis, & pœnitẽtiæ, de triplici pœnitẽtia, de uotis ꝑpetuæ cõtinẽtiæ seruãdis, de recõciliatione adulterorũ per ecclesiæ claues, quibus non dubitatur fieri peccatorum remissio, de indissolubilitate tam uoti perpetuæ castitatis quã matrimonij, de officijs tã sæcularium principum, q̃ & Episcoporum, de intercessione Episcoporum pro reis traditis iam in potestatem principum, de furibus, raptoribus, & adulteris per Episcopos priuandis communione altaris donec male ablata restituant, & de loco humilimæ pœnitentiæ semel tantum cõcedendo in ecclesia, pagina. 616. & sequentibus.

Ioannis Damasceni Græci ante mille annos sententiæ de libero arbitrio, de beata uirgine, quod ipsa sit uera mater dei, de baptismate in aqua & unctione cum oleo, de sanctorum & reliquiarum & imaginum ueneratione, de transmutatione panis & uini in uerum corpus & sanguinem Christi, per operationem spiritus sancti, & quod pura conscientia, & indubitabili fide accedere oportet ad hoc sacramentum, & quod panis iste consecratus non solum est figura corporis Christi, sed est ipsum uerum corpus Christi, hostiaq; pura & incruenta, quam ab ortu usq; ad occasum ipsi offerri dominus per prophetam loquitur, quæ a nobis sumpta non in secessum iens, sed in nostram substantiam, ut sit stabilimentum animæ nostræ, omnis nocumenti reparatio, omnis sordis purgatio in animæ & corporis nostri custodiam. pa. sexcentesima decima nona & sequentibus.

Ex libris patrum, qui post tempora Augustini suis dogmatibus ecclesiam illustrauerunt, de quorum numero sunt beatus Gregorius, Isodorus, Beda, Ancelmus Bernardus, & reliqui, non est opus adducere testimonia de sacrificio missæ, aut de cultu sanctorum, de purgatorio, de suffragijs uiuorum pro defunctis, de uotis monasticis, & id genꝰ alijs. Nã & hæc & cetera, quæ per uniuersas Christi ecclesias custodiuntur iam ab hinc annos pene mille secundum successionem temporum fuerunt

runt in consuetudinem per uniuersam Christi ecclesiam recepta pa.621. Sancti Bernardi sententiae de sacramentis ecclesiae, de baptismo infantum, de sacrosancta Eucharistia, de clauibus ecclesiae, de primatu ecclesiae Romanae, de purgatorio, de cultu sanctorum, de uotis monasticis, pa.570.621. Sententijs sanctorum patrũ, ut pote Ignatij, Irenaei, Tertul. Cypr. Chrys. Am. Aug. aliorumq; patrum docentium ecclesiae Ro. primatum, sacrificium missae, & officium eius, baptismumq; necessariũ esse infantibus, & pium esse colere & orare sanctos martyres, & uiuorum suffragia pdesse defunctis in purgatorio, & de caeteris id genus alijs supra designatis, immutabili fide adhaeremus, nõ qa ipsi ex suis opinionibus ita dixerunt, sed qa uniuersalẽ ecclesiã sic tenuisse semp, sic docuisse, & sic credidisse ex horum testimonijs discimus, pa.627.&.628. Enuides studiose lector, q̃ta fuerit hoc nostro saeculo arrogantiũ hominum insania, & q̃ superba temeritas, qui euulgatis pestile ntissimis libellis, etiam in sermonẽ Gallicũ aut Germanicũ aliumq; uulgarẽ conuersis atq; aeditis cõtempserũt clarissima fidei dogmata, quae ueneranda nobis tradit tota sanctorum patrum antiquitas. Obsecro uos Christianissimi uiri, ut hisce in rebus una cũ caeteris certissimis fidei nostrae regulis, nõ diuellamur unq̃ ab ecclesiae columnis sanctissimis patribus, & martyribus, q oẽs in unitate fidei pmanentes suo sangine, suisq; sudoribus studuerũt Christi ecclesiã dilatare, ampliare, et in eadẽ ecclesia p uniuersum orbẽ diffusa custodire semp eiusdẽ fidei unitatẽ. Vnum ergo & idem sentiamus omnes, & non sint in nobis schismata, cessent liuor, & inuidia, cessent rixae & dissidia, pcul abeant indignae contumeliae, caninique latratus, & iuxta Pauli monita, idem sapiamus in alterutrum secundum Iesum Christum, ut uno animo, uno ore honorificemus deũ, & patrem domini nostri Iesu Christi. Cum super omnia peccata deus odiat superbiam, omnemq; animi arrogantiam, praecipue tamen, omniumq; maxime displicet illi superbia, qua quispiam sibi arrogans fidem domini nostri Iesu singularis prae caeteris uult uideri & inflat⁹ supra caeteros haberi doctior, nouas fidei regulas cupiẽs adinuenire, tanq̃ hacten⁹ a sancta ecclesia patribusq; sanctis ex scripturis sacris, aut praue aut male aut prorsus nõ intellectas. Sed de his hactenus. Si cui cognoscendi omnium supra dictorum dogmatum antiquitates, & studiũ & otium competat, in supradictis quatuor libris superiori anno in lucem aeditis, secundum ingenij mei exilitatem tractatũ, & explanatum inueniet. Porro ut ad institutum nostrum ueniamus, librumq; De captiuitate & redemptione humani generis exordiamur.

Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam, super misericordia tua & veritate tua. psal.113.

Vniuscuiusq; libri doctrina, suum debet habere ordinē, suā sententiarum seriē, vt vnūquodq; suo cōgruo tradatur loco. Sunt quę primo tradēda sunt, deinde alia loco secūdo, cætera vero deinceps, & sic singula quæq; per ordinē, quæ vtiq; si per consequentiam tradantur, vt ex cōmunioribus, & nobis notiorib⁹ fiat ascensus ad ignotiora seu difficiliora, citius fient quæ docentur manifesta. Extra ordinem uero si proferantur, confunduntur studiosorum ingenia, multaq; pręter rationem dicta videbuntur

Librum autem hunc de captiuitate, & redemptione humani generis visum est nobis ordine congruo præponere cæteris libris, qui de gratia & libero arbitrio, de captiuitate, seruitute, ac libertate eiusdem arbitrij, de hæresibus item seu erroribus contra illa de natura & gratia, de cōcordia itē prædestinatiōis diuinæ & liberi arbitrij ptractant, qa neq; gratiā, neq; libertatem arbitrij, neq; captiuitatē ac seruitutem eiusdem recte & secundū catholicam fidē possumus intelligere, nisi cognouerimus captiuitatem & redemptionē gn̄is humani. Deindę & in libro isto cōgruus ordo seruari videbitur, si primum de captiuitate & redēptione humani generis cōmunes afferātur sententiæ.

Atq; ita librū eundē secundū ordinē quēpiā visū nobis congruum lectoribus, diuisimus in sex tractatus. In quorum primo errores ac hæreses cōtra mysteria huiusce sacratissimę redemptionis delegemus, subijcientes paganorū & hæreticorum argumēta, vt quisq; sacrę theologię studiosus in ipsis fidei nostrę fundamentis sit prę munit⁹ cōtra aduersariorū iacula. In secundo ostēdem⁹ qualisnam sit & vn̄ venerit hęc humani generis captiuitas a qua sum⁹ per Christum liberandi, simul commonstrātes opera magnifica ac multiplicia beneficia p Christū redēptorē nobis impēsa. In tertio dissoluem⁹ supradicta hęreticorū ac paganorū prolixitates & argumēta, qbus ipsi vtūt contra huius redēptionis sacramenta. In tractatu quarto assignabim⁹ rationes & causas propter quas fructus passionis Christi pueniat in q̄sdā Adę filios, in q̄sdā non pueniat. In quinto differem⁹, vtrū cuilibet hōi in hac vita adsit sufficiēs auxiliū, q̄ valeat fructū passiōis Christi particeps fieri. In sexto gn̄alia q̄dā pricipia sum⁹ tradituri de gr̄a et libero arbitrio, scrutātes, sit ne liberū arbitriū an nō sit, subijciētes p vtraq; parte coīa q̄dā argumēta, quib⁹ hīc inde cōsideratis aperitur via ad dissoluēdū quæstiōes difficiles.

IOANNIS

DRIEDONIS A TVRNHOVT SACRAE THeologiæ professoris apud Louanienses, De captiuitate, & redemptione generis humani, Liber vnus.

¶ *Tractatus primus in quo deteguntur errores & hæreses contra humanæ redemptionis mysteria, simul cum ipsorum argumentis.*

FVERVNT iam olim Pelagiani hæretici, q iniuriã facientes diuinæ gratię, docuerunt Christum non liberasse genus humanum ab vlla captiuitate, non ab vllo carcere, aut vinculis, non ab vlla seruitute, sed eundem solum in hoc venisse, vt demonstraret nobis viam salutis & vitæ eternę traderet documẽta, pręberetq; salutaris vitę exempla, doceretq; nos euangelium vitę ęternæ & voluntatem patris sui, seipsum proponens nobis in humilitatis & patientiæ exemplum, quod spectemus, quod imitemur, in quo & erudiamur vt caueamus elationem atq; superbiam. Hæc hęresis non longe est aliena ab infidelitate paganorum gentilium. Nam & hoc est, vt tradit beatus Anselmus, quod valde mirantur infideles quod liberationem hãc vocemus redemptionem. In qua namq; aiunt captione, aut in quo carcere, aut in cuius potestate tenebamini, a quibus vos deus nõ potuit liberare nisi tot labores ac pœnas subiret. Ad extremũ fuso etiam sanguine per mortem vos redimeret. Quib⁹ cum dicimus, redemit nos a peccatis & ab ira, ab inferno & de potestate diaboli, & quem vincere nõ poteramus nos, ipse pro nobis expugnauit, emens nobis regnum cœlorum, & hæc omnia faciens ostendit quantum nos diligeret. Contra obijciunt nobis. Si dicitis (aiunt) quod deus hæc omnia non potuit facere, solo iussu quem creditis iubendo cuncta creasse repugnatis vobis ipsis, quia eum hic impotentem facitis quẽ alibi omnipotentem prædicatis. At si dicitis quod potuerit quidem, sed noluerit aliter liberare vos nisi per hunc mo

dum quomodo sapientem facitis illum quem sine vlla necessitate tam indecora voluisse pati asseritis. Præterea omnia hęc quę obtenditis (inquiũt, in dei voluntate cõsistũt. Ira namq; dei non est aliud quam voluntas puniendi. De ergo si non vult punire peccata hominum, liberi erunt mox omnes homines a peccato, & ab ira dei, ab inferno & potestate diaboli. Ex his & similibus infidelium hominum technis hęretici forsitan sumentes occasionem confingunt argumenta, quibus probare conantur Christum esse mortuum non propter liberatiõem, sed propter eruditionẽ duntaxat. Vsq; adeo autem hæc perniciosa pestis sua contagione Ecclesiam Christianam tempore Augustini infecerat, vt ad tempora vsq; Bernardi remanserint huius pestis reliquiæ, quod manifestum est ex his quod vir ille sanctus scribit aduersus Petrũ quendam Abailardum, qui in libro quodam suarum sententiarum totum nostrę incarnationis mysterium destruere, & omnium ecclesiasticorum patrum sententiam contemnere præsumpsit, gloriatus sese meliorẽ inuenisse sententiam, q̃ hactenus tradidit Christianorum schola. Sciendum est (inquit) quod omnes doctores nostri post Apostolos in hoc conueniunt, quod diabolus dominiũ & potestatem habebat super hominem, & iure eum possidebat, ideo videlicet, quod homo ex libertate arbitrij, quam habebat, sponte diabolo consensit. Atq; ideo, sicut dicunt doctores, incarnatus est hac necessitate filius dei, vt hominum genus, quod aliter liberari nõ poterat per mortem innocentis, iure liberaretur a iugo diaboli. Sed vt nobis, inquit, videtur, nec diabolus vnquam ius aliquod in hominẽ habuit, nisi forte deo permittente, vt carcerari⁹, nec filius dei, vt hominem liberaret, carnem assumpsit. Quid in his, inquit Bernardus, verbis intolerabilius iudicem, an blasphemiam, an arrogantiam, an non iustius os loquens talia fustibus tunderetur, quam rationibus refelleretur? Quid lex, quid prophetę, quid psalmi, quid Apostolici viri nobis aliud euangelizãt, q̃ q; deus factus sit homo, vt hominẽ liberaret, & si angelus dei de cœlo nobis aliud euãgelizauerit, anathema sit. Habet hęc hęresis multa absurda contra integritatem rectę fidei. Aiunt enim Christum dei filium propterea solum in carne venisse, vt viam salutis hominibus

ostenderet, illosq́ erudiret, illuminaretq́ & exemplo suæ passionis doceret virtutes humilitatis & patientiæ, & ad amorem sui hominum corda accenderet. Proinde totum, inquiunt, quod deus in carne nostra apparuit de vita, de doctrina, de conuersatione illius, nostra instructio est. Cæterũ in passione inquiũt & morte solũ voluit suã erga nos charitatẽ ostendere ac commendare. Idcirco nat⁹ in mundo ẽ, & recte conuersatus, & per passionem & crucem in sua reuersus est, vt viuendo & docendo traderet hominibus formam viuendi. Patiendo autem & moriendo metam præfigeret charitatis ac patientiæ. Sed contra huiuscemodi hæreses intolerabiles copiosam domini nostri Iesu Christi redemptionem euacuantes, quinque probabimus ex scripturis sententias catholica fide tenendas. Prima. In opere salutis per Christum nobis exhibitę, fuit non solum eruditio exemplaris vitæ & charitatis commendatio, sed etiã vera liberatio a captiuitate, a seruitute peccati, a potestate diaboli, a carcere, & a vinculis relaxatio. Secunda.

In hoc salutis opere fuit non solum liberatio seu relaxatio, sed & vera emptio, redemptio, seu pretij exolutio.

Tertia. In hoc salutis opere fuit victoria seu triumphus per bellum quoddam seu conflictum acquisitus, concurrente præterea oblatione seu sacrificio voluntario.

Quarta sententia. In hoc salutis opere fuit viuificatio quædam nostra & regeneratio seu resuscitatio simul, & lotio seu mundatio sordium peccatorum Quinta.

Modus iste liberandi genus humanum per sanguinem filij innocentis, congruebat diuinę maiestati, simul & sanandæ nostre miseriæ. Quatenus autem quisq́ sacræ theologię studiosus valeat & contra paganorum, gentilium, atq́ hæreticorum iacula atq́ insidias ambulare præmunitus, & ad intellectum scripturarum de hoc sacratissimo nostrę redemptionis mysterio facilius peruenire, & supradictarum sententiarum veritatem plane intelligere, non erit inutile primũ recensere aliquot argumenta, quę contra huiuscemodi sententias confingi possunt.

Primum. Christus in scripturis iubet & docet, vt nos luctemur contra diabolum, resistamus & vincamus illum. Docet etiam, vt nos liberemus nosmetipsos

 a pec-

a peccatis, & nosmetipsi soluamus peccatorũ nostrorũ vincula, vt nosipsi saluemus animas nostras, vt mundemus corda nostra & conscientias nostras, & faciamus in nobis cor nouum & spiritum, & credamus in eum, & conuertamus corda nostra in Deum. Ipse enim est qui loquitur in Psalmis, in prophetis, & in Apostolis, vt nos hęc omnia faciamus in nobis. Proinde & docent sancti patres, quod oĩs Christi actio, nostra sit instructio. Ergo Christus venit in carnem ad docendum, monendum, quid nos facere debeamus. Item Christus pro iusticia & veritate prędicanda, patienter sustinuit iniurias vsq; ad mortem crucis, & quod in hoc solum voluerit nos erudire, atq; instruere videtur per suum ipsius verbum dicentis, Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci & vos faciatis. Ita q dicit se Christum sequi, debet quemadmodum Christus ambulauit, & ipse ambulare. Item Apostolus Petrus. Christus passus est pro vodis (inquit) relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Similiter Paulus ait. Estote imitatores mei sicut ego Christi. Atque idem alibi. Apparuit, inquit, benignitas & humanitas Saluatoris nostri dei, erudiens nos, vt abnegantes impietatem, & sęcularia desyderia, sobrie, pie, & iuste viuamus in hoc sæculo. Et alijs aliquot in locis Petrus & Paulus Apostoli docent Christi natiuitatem, mortem, sepulturam, resurrectionem, & ascensionem, cęteraque eius opera esse mysteria, seu symbola, & signa ad quę debemus conferrre vitam nostram. Nam de natiuitate dicit Petrus: Quasi modo geniti infantes lac concupiscite. Propter passionem Paulus dicit, Si sustineamus cum Christo, & regnabimus cum illo. Propter crucẽ idem dicit, Qui Christi sunt carnem suã crucifixerunt cum vitijs & concupiscẽtijs. Propter sepulturã dicit, Sepulti sumus cum Christo per baptismum in mortẽ. Propter resurrectionem dicit. Vt quẽadmodum ipse resurrexit a mortuis ad uitam immortalẽ, ita & nos in nouitate vitę ambulemus. Propter ascensionẽ dicit. Si surrexistis cũ Christo, quæ sursum sunt quærite, quę sursum sunt sapite. Ex his atq; similibus videtur consequens esse, Christũ venisse in carnem, non vt de vlla potestate seu vinculo hominem redimeret, non vt damnatum in carcere liberaret ab illo, non vt satisfaceret pro peccatis nostris,

ftris, sed vt erudiret nos sobrie, iuste, & pie viuere, & iusti ciam vsq; ad mortem seruare.

Secundum argumentum. Christus si pro nobis vicit diabolum, qua ratione iubet nobis, vt adhuc pugnemus cōtra diabolū, & resistamus illi, & vincam⁹ illum. Vbi est pugna & cōflictus, ibi nondū est triumphus. Præterea anteq̃ veniret in carnē Christus, iustificabantur olim patriarchæ, prophetæ, liberabātur q; a seruitute & a captiuitate diaboli. Liberatio igitur & iustificatio nō videt̄ esse fructus solius passionis Christi. Amplius autem. Christus iuxta Apostolicam doctrinā, gratis fecit nos saluos. gratis aūt nos facere saluos, nō stat cum emptiōe seu pretij exolutione. Videtur ergo liberatio humani generis nō fuisse per iustum pretiū recuperatio salutis illius. Postremum. Christus per legis veteris obseruationem redemit eos, q sub lege erāt, dicente Apostolo, Misit deus filium suū natum ex muliere, factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant redimeret. Si per mortē redemit tam eos qui sub lege erant, q̃ eos qui sine lege erāt, qua ratione dicit Apostolus Christum sub lege factum, vt redimeret eos, qui sub lege erant. Christus redemit nos, inquit Apostol⁹, de maledicto legis, fact⁹ p nobis maledictū.

Tertium argumentum. Posita causa sufficiente, ponitur effectus, & vt sit effect⁹, nulla re alia est opus. Si ergo Christus sanguine suo, tanq̃ pretio condigno & sufficienti emerit nos, consequens videtur, nunc omnes filios Adę liberatos atq; solutos a captiuitate, pretio iā per Christū sufficienter exoluto, & diabolo prorsus iā victo atq; ligato, quemadmodū & videtur significare Ioannes Apostolus in Apocalypsi, draconē. i. diabolū missum esse in abyssum, & clausum atq; ligatū esse p angelum descendentem de cœlo. i. per Christum, vt non amplius valeat gētes seducere. Præterea in hac vita diabolus non habet potestatem in homines, nisi tentandi, suggerendi, instigandi. Sed hæc omnia operabatur in Adam anteq̃ peccaret, & operat̄ in hominibus, etiā nunc post exhibitā a Christo passionē. Videt̄ igit̄, q̄ p passionē Christi nequaq̃ sumus redēpti a potestate diaboli.

Quartum argumentum. Vbicunq; est emptio, illic & vera est pretij exolutio, illic & oportet personas esse, inter quas fiat commutatio, ementem scilicet & vendentem.

Atq;

Atq; illum videlicet ementem pro pretio dato mercem accipere. Istum autem videlicet venditorem pro pretio accepto mercem tradere. Sed in hoc salutis opere, quo saluati sumus per Christum, si Christus ipse sit emptor, emit igitur nos, & non ab alio nisi ab eo sub cuius potestate eram' serui, & in vinculis captiui. Is autem est diabolus. Nam si per peccatū est venundatum genus humanū, nulli alteri venundatum est q̃ diabolo, qui nummo peccati nos emisse videtur. Hoc autem si dederimus, videbitur Christus nos esse mercatus a diabolo, & ita inter Christum & diabolum videbuntur quædam emptionis & venditionis interuenisse cōmercia, vt primum diabolus tanq̃ emptor pretium dederit pro homine, quem possideret, & deinde Christus rursus dederit pretiū diabolo, quo pretio accepto redderet Christo quod possidebat. Hæc autem omnia esse absurdissima in fide catholica est manifestissimum considerantibus, nec diabolum pretium sanguinis Christi exegisse, vt redderet hominem, quem possederat, nec Christum suum sanguinē in ara crucis diabolo, sed deo patri obtulisse.

Quuintū argumentum. Quicunq; vel emit vel redimit rem aliquā, soluit pretiū ei qui possidet. sed Christus nō soluit pretium, id est sanguinem suū diabolo, qui iuxta Pauli Apostoli doctrinā nos captiuos detinebat ad suā ipsi' voluntatē. Videt igitur quod liberatio hæc, qua Christus nos liberauit, non proprie sit appellanda emptio seu redēptio. Hic iam si dixeris Christum dedisse seipsum in pretiū non diabolo, sed deo patri, contra non videtur sapiens esse mercator, qui emit rem carius quam valeat, commutans rē infiniti valoris tanq̃ pretium pro rebus valoris finiti. Sed Christus verus deus & homo est valoris infiniti, non ergo dedit seipsū tanq̃ pretiū pro humano genere. Vñ potest formari argumentū hoc pacto. Christ' si vitā suā tāq̃ pretiū ꝑ humano genere exposuit, humanū igit genus, magis est preciosū, quā vita Christi. Itē si pater ita dilexit humanū gen', vt daret filiū suū vnigenitum, tanq̃ pretiū ꝑ humano genere, consequens videt, deū patrē magis dilexisse genus humanū q̃ Christū filiū suum vnigenitū, quā quod emitur, cari' habetur quia pretiū quo emit, deus autē nō magis dilexit genus humanū, quā filiū suū vnigenitū verū deū & hoiēm.

Sextum

Sextum argumentū. Neq; deus pater, neq; Christus debuit diabolo quicq; propter qđ illi oportuerit vllū pretium soluere, aut hominem innocentem in mortem tradere, nec diabolus ius habuit in hominem quem fraudulenter per mendacium deceperat, qua igitur ratione saluatio hæc a potestate dioboli dicitur emptio, quæ facta sit pretio?

Septimum argumentum. Diabolus neq; vnq; fuit alienatus a potestate dei, neq; vnq; habuit vllam potestatē seu dominium supra hominē, nisi forte deo aut iubente, aut permittente, quemadmodum custos cracerum seu tortor, qui iussu regis habet maleficos custodire atq; torquere. Deinde neq; homo, quantumuis peccauerat, fuerat vnq; alienatus a dei potestate atq; dominio. Cum ergo nemo emat aut redimat quicquam nisi quod aut suum non fuit, aut suum esse desijt, & homo nunq; desierit esse sub dominio dei, cuius sūt oīa, diabolus, infernus, carcer, & dānati in carcere, Domini est terra & plenitudo eius, consequens videtur quod hęc nostrę salutis liberatio a potestate diaboli non sit appellanda, quæ fit per exolutionem pretij, emptio, sed gratuita potius liberatio, & misericordia dei educentis vinctos suos de carcere, eripientis illos de tortorū & inimicorum manibus seu potestate. Amplius autem, Communis animorum conceptio est, quod eius est debitum peccati luere & puniri, cuius est peccare, id quod indicat natura, & omnis æquitas. quemadmodum pulchrum est miseriam esse, vbi eam congruit esse, in creatura videlicet peccāte, ita turpe est miseriam esse, vbi eam esse non congruit, in iusto videlicet, qui nihil supplicij commeruit. Si homines iustos, sobrios, pudicos videremus a iudicibus huius sęculi varijs supplicijs affici, quis non offenderetur & accusaret deformem & iniquam esse reipublicæ administrationem, quanto magis debet creatoris sapientissima bonitas in administratione creaturarum suarum vitare deformitatem istam. Christus autem non peccauit, ergo pœnam peccato debitam pati non debuit. Vnde ex huius consideratione videtur, quod magis fuisset congruum diuinę sapientiæ, atque iusticiæ si filius dei assumpsisset ipsum Adā in vnitatem personæ, per quam fieret pœnalis exolutio pro omnibus filijs Adę, quā assumere naturam innocentem, quę nihil commeruit.

Præterea Christus si exoluit pœnam sufficientem peccatis nostris debitam, abundeq; satisfecit pro peccatis totius mũdi, vt quid ergo oportet hoĩes iã per gratiã fidei iustificatos pro peccatis suis ingemiscere, pœnitẽtiam agere, & pro tollendis peccatorum suorũ debitis subire pœnas, vt quid iniungit sacerdos satisfactoria opera confitentibus, vt quid animę pro suis peccatis iam remissis torquentur in igne purgatorio? Quarto roborari videtur idipsum. Christus si abunde satisfecerit pro omnibus peccatis membrorum Ecclesię, qua ratione sanctorum merita in thesauro Ecclesiæ colliguntur tanq̃ vtilia & proficientia alijs ad pœnarum peccatis debitarum exolutionem, cur insuper aliorum sanctorum passiones sunt tanq̃ supplementa quędam passionũ Christi, quemadmodum videtur docuisse Apostolus Paulus ad Collossenses primo. Gaudeo, inquit, in passiõibus ꝓ vobis & adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius quod est Ecclesia, vbi glossa quędam, vt inquit diuus Thomas, sic habet. Quędam passiones adhuc desunt, eoquod apotheca meritorum Ecclesiæ nondũ est plena, nisi cũ finitũ fuerit sæculũ hoc corruptibile.

Octauum argumentũ. Christus si pręcioso sanguine suo mercatus est nos a potestate diaboli, proprijs acceptis terminis, qua ratione dicitur fortis bellator, victor, triumphator, & apud Esaiam velox spoliorum detractor e faucibus diaboli. Præliari, vincere, prędari, spoliare, cum emptionis & pugnationis commertio pugnare vidẽtur. Deinde Christus si vera emptione & satisfactione nos emit, qua ratione in scripturis legimus, Christum orando & postulando impetrasse sibi a deo patre regnum suum quod est Ecclesia gentium & filiorum Israel, quemadmodũ ait ad ipsum pater. Postula a me & dabo tibi gentes hęreditatem tuam.

Nonum argumentũ. Christus si tanq̃ fortis pugnator diabolum vicerit, & contra illum triumphauerit, detrahẽs illius spolia & alligans eundẽ, qua ratione ipse Christus dicitur victima, hostia, sacrificiũ, & propitiatio ꝓ peccatis. Modus placandi deum iratum per spontanea sacrificia & oblationes voluntarias, quę fiunt sine tumultu & violẽtia, non videtur conuenire pręliandi, vincendi & pręd andi modo, qui fit cũ tumultu & strage violenta.

Decimum argumentum. Qua ratione saluatio haec per Christum facta potest esse liberatio a captiuitate, seu redemptio ex seruitute, cum ex scripturis sacris sit manifestum hanc ipsam liberationem esse viuificationem seu resuscitationem ac regenerationem seu natiuitatem quandam ad spiritualem vitam. Deinde cum ex scripturis discimus eandem saluationem esse sanationem, mundationem, purgationem, seu lotionem sordium, qua ratione poterit esse viuificatio ac resuscitatio a morte, vel regeneratio seu natiuitas quaedam ad vitam, quae videntur simul stare non posse. Is enim qui captiuus detinetur in vinculis aut sanandus, aut purgandus, seu mundandus a sordibus est, iam natus est, & nondum mortuus, quamuis sit infirmus & immundus.

Iam videamus argumenta, ex quibus probari videtur modum istum liberandi hominem per pretium sanguinis innocentis non esse diuinę sapiētiæ, & maiestati congruū, & pro hoc sit argumentum vndecimum. Potentia dei regnat vbiq̧, quomodo ergo indiget deus, vt ad vincendum diabolum de cœlo descendat. Deus est omnium dominus, tā ipsius diaboli, q̄ carceris infernalis, & eius etiā, qui in illo carcere detinetur captiuus. Dei enim sunt omnia, infernus, diabolus, carcer & regnum cœlorum, omnia enim illius sunt, qui fecit omnia. Certum est diabolum non esse dominū neq̧ infernalis carceris, neq̧ hominis in hoc carcere captiui. Quid ergo ōpus erat, vt hæc liberatio fieret per mortem & sanguinem innocentis filij, quę potuit fieri ex dei beneplacito, per verbum solum & iussionem seu præceptum. Neq̧ enim videtur verisimile, quod is qui creauit cœlum & terram ex nihilo, nō potuerit hominem captiuū liberare etiam nihilo. Videtur igitur hic redemptionis modus fuisse superuacuus, pręter rationem & congruentiam. Quomodo enim poterit diuinæ sapientię congruū esse Christum incarnari, & pati, & pretium soluere, vt liberet e suo carcere suiipsius vinctum, quem solo nutu, si voluit, potuit liberare, præsertim cum diabolus nunquam habuerit dominium aut ius in hominem, neq̧ vnquam potuerit hominem manumittere.

Cęterum Deus si solo verbo aut nutu, vt potuisset, ita etiam

voluiſſet redimere humanum gen⁹, relucerent nobis magis in hoc opere eius omnipotentia atq; maieſtas. Si ergo vlla nobis neceſſaria fuerat redemptio, aut liberatio e carcere, aut ex vinculis, aut ex captiuitate, congruebat vt verbo potius fieret quã ſanguine & iniurioſa morte hominis innocẽtis.

Duodecimum argumentum. Rationi maxime cõuenit ei qui violenter & per fraudem occupat, ſpoliari ſua præda per ſuperioris domini potentiam. Videtur igitur fuiſſe conuenientiſſimum quod Chriſtus diabolum per ſolam potentiam ſpoliaret abſq; pretio ſanguinis. Preterea, deus ita liber eſt, vt nullius legi aut poteſtati aut iuſtitię ſubiaceat, deus ſibiipſi lex, q (vt inquit Apoſtolus) operatur oĩa ſecundum conſilium voluntatis ſuę. Ipſe ergo ita iuſtus eſt, vt quicquid velit, non poteſt eſſe iniuſtum. Potuiſſet igitur pro ſuæ voluntatis beneplacito, ſua ipſius iuſticia manente ſalua, liberaſſe hominem gratis pro nihilo, cõdonando illi peccata, non exoluto pretio vllo, quod ſi feciſſet benignitas ſua & miſericordia magis fuiſſent relucentes. Cum in homine offenſo ſeu iniuriam paſſo maioris ſit clementiæ, gratiæ, & miſericordię gratis quã exacta ſatiſfactione iniuriã cõdonare. Adhęc videt̃ argumentũ, deus pręcipit, vt peccati h⁹ in nos plene dimittam⁹, neq; aliquã vindictã aut ſatiſfactionem exigamus, & conuenit, vt deus quę facienda pręcipit, etiam ipſe faciat. Cõſequens ergo videtur decere benignitatem dei, vt omnia remittat peccata abſq; aliqua exactione pretij ſatiſfactorij pro peccato. Inſuper, deus ſi exigit poenã innocentis in pretiũ ꝓ peccatis, videt̃ delectari & lętari in morte, poenis, ſeu miſerijs innocẽtis hoĩs. Sed hęc õnino abhorrẽt a bonitate dei, nõ exegit ergo paſſionẽ Chriſti innocẽtis, vt pretiũ ſatiſfactionis pro peccatis noſtris.

Decimumtertium argumentum. Iudęi crucifigẽdo Chriſtum plus peccauerunt, quam Adam tranſgrediendo pręceptum dei per vnius pomi guſtum. Si ergo peccatũ Adæ tantum fuit, vt expiari non potuerit niſi per mortem Chriſti, ſequitur quod peccatum maius, maiori expiatione opus habuerit. Quam ergo expiationem habebit hoc homicidium in Chriſtũ commiſſum, aut quomodo per mortem Chriſti potuit redimi & reconciliari deo gen⁹ hominum, qui ipſo facto grauius peccauerunt, ſi multo amplius pro-

uocauerũt

uocauerunt deum ad iracundiam Iudæi Christum crucifi-
gentes quam Adam gustans pomum vetitum.

Præterea tam malum fuit occidere Christum, quam bo
num fuit illi' vita. sed Christi vita deitati vinita fuit infini
ti valoris & pretij, fuit igitur occisio Christi infinitę mali-
tiæ. quomodo igitur potest mors eius superare, & delere
peccatum eorum, qui occiderunt illum simul & aliorum?

Decimumquartum argumentum. Deus vel non po-
tuit salua sua iusticia aliter liberare genus humanum quam
per mortem innocentis, vel potuit. Si aliter non potuit de'
peccatores de manu diaboli liberare, quã ad mortem crucis
tradendo iustum & innocentẽ, vbi est eius omnipotentia?
Si vero potuit, & noluit, vbi est eius sapientia, & iusticia,
quę pro impiorũ liberatione, aut satisfactione exegit suppli
cium innocentis? Pręterea conuenientissimum videtur, vt
præda iniusta & iniqua voluntate detenta per superioris
potentiam potius quam per pretium datum de manu tyrã
ni liberetur, videtur ergo modus liberandi hominem de
manu diaboli per potentiam dei magis congruens deo, quã
liberandi modus per satisfactionem & solutionem pretij.
Hæc & idgenus multa sunt, quæ iam olim Apostolis, mar
tyribus, virginibus, & in hodiernum vsq; diem Christia-
nis consueuerunt obijci a gentibus, ab huius mũdi sapienti
bus, & infidelibus, quibus iuxta Pauli sententiam, Chri-
stus crucifixus est stulticia, quibus sacratissima nostræ redẽ
ptionis mysteria videntur esse deliramenta. Huius quoq;
generis argumenta etiam confingi possunt ab hominibus
apostatis, hæreticis, impijs, & arrogantia plenis, qui cum
deo disputare præsumunt a vera Christi fide alieni, exigen-
tes a diuina volũtate, cur ita voluerit & non aliter facere.

Sed cõtra vniuersa hęc sathanę machinamenta docet tota
Christianorum Ecclesia Christum venisse in carnem, vt
de captiuitate & de seruitute nos liberaret, & de malis pec
cato nostro debitis satisfaceret, & ad bona, quæ perdidera-
mus, restitueret. Nam & ex scripturis sacris firmiter fideli
terq; credendum est quod Christus dei filius cum in forma
esset dei ab ęterno verbum, & deus apud deum ex tempore
formam serui accepit veniendo in carnem passus & mortu-
us non solum vt homines verbo & exemplo erudiret, in-

 strueret

struerет,& ad amorem sui incitaret,sed ob id precipue vt totum humanum genus quod perierat a potestate diaboli,a vinculis peccati liberaret,& pretium ꝑ peccatis hominũ exolueret deo patri,& nos a regno diaboli in regnum Christi transferret,& hereditatem in primo nostro parente Adã restitueret amissã,vt nos viuificaret,vt nos mundaret,& in sanguine suo lauaret a peccatis nostris, & sanaret ab infirmitatibꝰ nostris. Hæc consideratio fiet manifesta cõsiderantibus ex scripturis per vnum hominem peccantem naturam humanam factam esse obnoxiam damnationi sub potestate diaboli captiuam,deo inimicam,in seruitutem peccati adactã,& idcirco indigere liberatione & liberatore. Declarantur hæc omnia innumeris scripturę sacræ testimoniis tam veteris ꝙ noui testamenti,in quibus legimus beneficia per Christũ Iesũ nobis impensa esse remissionẽ peccatorum,liberationem de domo carceris,de captiuitate ꝺe vinculis,de potestate diaboli,redemptionem de seruitute peccati,abolitionem chirographi decreti aduersus nos,reconciliationem cum deo patre,resuscitationem a morte ad vitã,sanationem ab infirmitate,mundationem a peccatorum maculis,restitutionem salutis,persolutionem pretij pro peccatis, iustificationem etiam,& tandem plenam glorificationem.

Loquitur sub Typo Hierusalẽ ad populũ acquisitionis dominus per prophetam Sophoniam dicens. Saluabo te & liberabo te,noli timere. Paulus secundę ad Timotheum primo,homines a diabolo captiuos teneri asserit ad eius voluntatem,& ad Collocenses primo,docet Christum eruisse nos de potestate tenebrarum,& transtulisse in regnum suum.

Christus si solũ venisset in hunc mundũ ad ostendendũ nobis viam,vt solũ imitationis exemplũ se nobis ꝓponeret, & non etiam in sanguine suo lauaret nos,redimeret etiam a peccatis, in veram atq; spiritualem vitam nos restituens, nõ dixisset in euãgelio, Filiꝰ hominis venit in hũc mundũ dare animam suam redemptionem pro multis,non diceret, Panis quem ego dabo,caro mea est pro mundi vita. Item, hoc est corpus meum,quod por vobis tradetur, Hic est sanguis meus,qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum. Item Apostolus, Cum eramus adhuc peccatores, nquit,reconciliati sumus deo per sanguinem ipsius. Idem

alibi.

alibi. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, eramus natura filij iræ & reconciliati sumus. eramus filij ignorantię, viæ ciuitatis, habitaculi prorsus ignari, & sapientiam consequuti sumus, filij imbeciles, ignaui atque infirmi, & virtute ex alto induti iam sumus. Princeps huius mundi eiectus est foras, regna dæmonum sunt contrita, vicit leo de tribu Iuda, qui eripuit nos de duro Pharaonis imperio. Vnde canit Ecclesia, Iesu nostra redemptio, amor & desiderium, quæ te vicit clementia vt ferres nostra crimina inferni claustra penetrans, tuos captiuos redimens. Item O vere digna hostia, per quam fracta sunt tartara, redempta plebs captiua. Christus ergo non solū docuit, sed & integram salutem dedit in conspectu omnium electorum. Neque solum ostendit viam aut salutis aut charitatis aut patientię, sed & salutem ipsam, charitatem, et patientiam ipse largitur dimitens peccata, largiens & spiritum sanctum, spiritum fidei, patientiæ, & chritatis, oculos cæcorum aperiens, & de tenebris captiuos educens. Dicente deo patre ad eundem filium suum per Esaiam prophetam. Ego dominus dedi te in fœdus populi, in lucem gentium, vt aperires oculos cecorum & educeres de cōclusione vinctum de domo carceris, sedentes in tenebris. Ipse Christus apud eundem Esaiam loquitur, Spiritus domini super me eo quod vnxerit me ad annunciandum mansuetis, misit me vt mederer contritos corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem, vt prędicarē annum placabilem domino, Esaię sexagesimo primo. Non estis vestri, inquit Paulus, empti enim estis pretio magno, quemadmodum & Petrus docet nos esse emptos, non corruptibili auro vel argēto, sed pretioso sanguine agni immaculati. Item Paulus ad Hebręos secundo, Christus per mortem suam destruxit illum, qui mortis habebat imperium. Ad ephesios primo. In Christo Iesu habemus redemptionē per sanguinem ipsius in remissionem peccatorum. Item Actuum secundo, Christus acquisiuit Ecclesiam suam sanguine suo, Ad Collossenses, Viuificauit nos cum illo donans omnia delicta. Ad Hebræos nono. Sanguis Christi qui per spiritum sanctum seipsum obtulit immaculatum deo, emundat conscientiam nostram ab operibus

mortuis

mortuis ad seruiendum deo viuenti. Item Apocalyp. prio. Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Ad Ephes. 5. Dilexit nos & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam deo viuenti in odorem suauitatis. Item de ipso rege nostro loquitur Esaias. Ipse vulneratus est, inquit, propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus, omnes nos quasi oues errauim⁹, vnusquisq; in viam suam declinauit, & posuit domin⁹ in eo iniquitates omniũ nostrum. Oblatus est, quia ipse voluit, sicut ouis ad occisionem ducetur, & non aperuit os suum, Esaiæ. 53. Item sub persona Hieremię Christus loquitur. Ego quasi agnus mã suetus, qui portatur ad victimam, & non cognoui, supple, peccatum in me, propter quod sic debeam duci in mortem, quia super me cogitauerunt consilia, dicentes, Mittamus lignũ in panẽ eius, crucẽ videlicet in corpus eius, & conteram⁹ eũ de terra viuentiũ, Hieremię. 11. Rursus primæ Petri primo. Peccata nostra ipse portauit in corpore suo super lignum. Insuper Zacharię. 9. Deus pater loquẽs ad populum Hierusalem, de futuro tũc rege suo Messia. Exulta, inquit, satis filia Sion, iubila filia Hierusalem, Ecce rex tuus veniet tibi iustus & saluator, & ipse pauper sedens super asinam, & super pullum filium asinæ (paucisq; interpositis ipse idem pater sermonem conuertẽs ad filium) Tu quoq;, inquit, in sanguine testamenti tui emisisti vinctos de lacu, in quo non est aqua, tanq̃ dicat, O Hierusalem non ampli⁹ est tibi mœrendum, ieiunandum, & lugendum propter absentiam regis quem desideras, exulta iã, quiá mox ipse venturus est humilis & mansuetus, & cæt. Cum igitur in huiuscemodi scripturis audis liberationem, emptionem, redẽptionem, bellum, victoriam, reconciliationem, viuificationem, illuminationem, lotionẽ, mundationẽ, sanationẽ, sacrificiũ, & oblationẽ crebrius nominari, cõsequens est Christũ nõ solum docuisse nos, sed & vere vicisse diabolũ, liberasse nos, & emisse aut redemisse nos, viuificasse, illuminasse, sanasse, & lauisse animas nostras in sanguine suo. Aliud enĩ est docere, aliud emere, & redimere, aliud bellare & vincere, aliud viuificare, aliud sanare, mundare & sacrificiũ seu oblationem offerre, & reconciliare. Vbi enim emptio, ibi &

ibi & pretium. vbi redemptio, ibi solutione pretij recupera tiō eius qđ amissum erat. vbi liberatio, ibi solutio de captiuitate. vbi reconciliatio, ibi inimicitię destructio. vbi pretij solutio, ibi compensatio quædam, & satisfactio, & iusta cōmutatio. vbi viuificatio, ibi vel ad vitā generatio, aut a morte resuscitatio. vbi hostia aut victima, ibi pro deuictis hostibus oblatio in gratiarum actione. vbi lotio, ibi a sordibus purgatio. vbi sanatio, ibi ab infirmitate & lāguore curatio. Vnde & infantes, qui neq; doceri possunt, neq; Christum imitari cum regenerantur, per vniuersum orbem Christianum dicuntur erui de potestate tenebrarum, & transferri in regnum Christi, expulsoque immundo spiritu de cordibus eorum effici templum spiritus sancti, dicuntur & lauari atq; mundari in sanguine Christi. Proinde iam a principio ecclesiæ Apostolorum in hoc vsq; tempus super infantes baptizandos per vniuersum orbem Christianum fiunt exufflationes & exorcismi, & dicitur super eosdem. Exi immunde spiritus, & recede ab hoc famulo dei, & da honorem Deo viuo. Hæc ergo sunt, quæ in sequentibus elucidare decreui.

Sequitur tractatus secundus.

¶ *Tractatus secundus, in quo declaratur, qualis, & a quo sit humani generis captiuitas, qualis item, & a qua potestate, & a quibus uinculis sit liberatio p Christū nobis exhibita.*

PRO dissolutionibus igitur argumentorum et scripturis, ac rationibus mysteriorum Christianę fidei intelligendis, iam superest considerare, qualis nam sit huiusmodi captiuitas humani generis, & quę in captiuitate potestas detinens, qualis captiuandi modus, quis carcer, quæ tenebræ, quales compedes, & secundum quem modum Christus dicitur horum vinculorum diruptor, & victor ipsius hostis humani generis, quis vincendi modus, quæ spolia, & quo nam pacto fiat hęc victoria, qualis emptio, quale pretium, quale iudicium,

&

& inter quas personas causa ista agendi formetur, & qualenam sit in hoc salutis opere sacrificium, qualis victima, & quemadmodum sit viuificatio, ex qua morte, & ad qualem vitam, ex quibus tenebris sit illuminatio, qualis sanatio, ex quo morbo, & ad qualem sanitatem, & quo nam modo, & ex quibus maculis fiat huiusmodi in Christi sanguine lotio atque mundatio. Hęc enim sunt, quę in scripturis passim designantur, quę in omni ferme scripturę loco iterum atque iterum inculcantur, exaggerantur, & repetuntur. Vniuersa hęc in sacris literis, omnes quidē legunt, sed non oēs intelligunt, quæ legunt, & idcirco mens orantium manet sæpe sine fructu. Hæc sunt de quibus tanquam de propria materia tractat totus liber scripturæ sacræ, quę etiam in hoc differt ab omnibus scientijs philosophorum, & alijs disciplinis, quia illę tractant de operibus conditionis, hæc sola de operibus instaurationis. Proinde nisi quisque harū rerum habuerit verum intellectum, non poterit attingere verum sacrę scripturæ sensum, neque prophetas, neque psalmos, neque legem, neque euangelia, neque Apostolorum doctrinas recte interpretabitur. Nam & in lege, & in omnibus ferme psalmis, scripturisque propheticis insinuat dei spiritus operum redemptionis humani generis, sublimia, venerāda, profundaque mysteria. Pro quibus intelligendis, iugi memoria vbique tenendum est, in Adam vniuersum genus humanum errasse a vera sua salute, a vera vita sua, adactumque esse in captiuitatem quandam, in seruitutem, in carcerem, in tenebras, in vincula, in infirmitatem, in languorem, in mortem, et ideo neque captiuitatem, neque seruitutem, neque tenebras, neque carcerem, neque vincula, neque vllum malum fuisse super genus humanum ante peccatum, quamobrem Adā si non peccasset, & cum sua potestate talis mansisset, qualē eum deus condidit, neque liberatione, neque emptione aut redemptione, aut reconciliatione vlla indiguisset. Hæc sunt fidei nostræ rudimenta, in quib⁹ & Christianorū pueri sub infantia babtizati, iam venientes in rationis vsum, solent primitus erudiri pro solo videlicet gustu veteris arboris, omnem hominem esse miserū, & hausisse virus ęternæ mortis, semperque mansurum in miseria, donec gustauerit fructum Iesum de arbore crucis, medicamentū ęternæ salutis.

Sed in

Sed in primis obsecro studiosũ lectorem ne fastidiat,neue offendatur,quod non processerim per sententias & conclusiones præcisas,sed eadem iterum atq; iterum exaggerans,& inculcans in mediũ attuleri scripturas multas ,sciat potius hęc esse scripta,nõ modo vt speculatione veritatis doceatur intellectus,sed vt & intern⁹ pascatur affectus in scripturarum sacrarum sententijs ceu floribus quibusdam ac fructibus ex amenissimo scripturarum paradiso decerptis.

Priusq; autem rem ipsam sumus tractaturi,duo quędã rerum genera prẹmittemus. Vnum est maledictionum, in quas per peccatum decidit humanum genus. Aliud est benedictionum, in quas rursum humanum genus per dominum Iesum reparatur. Manifestum est ex scripturis genesis primo & tertio capitulis ante peccatum omnia fuisse benedicta & condita bona a deo bono,& nihil fuisse subiectum maledictioni,sed hanc intrasse per Adæ peccatum in hominum genus. Sunt autem huiusmodi maledicta, necessitates in miserijs,in erumnis,in laboribus,& in lege peccati. Item eiectio de paradiso delitiarum, & mors, & vincula, & carceres ,& tenebrę sub inimici potestate.

Primum igitur de captiuitate supponimus ex arte grammatica captiuos proprie dici eos,qui non sui iuris sunt,sed in potestatem alterius adacti sunt,& libertate quadam priuati. Secundum generalem significationem liber quisq; dicit̃,q viuit atq; operatur vt libet seu placet. Et quia præter libertatem bonam secundum quam quisq; viuit vt libet ac placet nihil mali habens, sibi placitum. Est etiam libertas quædam mala,in qua liber est homo stultus secundum sua ipsius desideria absq; freno iusticiæ,sui iuris permissus viuere pro vt libido fert animi. Hinc in scripturis geminam reperimus spiritualem captiuitatem,bonam videlicet & malam. Bona captiuitas est,quę homines aut stultos,aut mente captos , aut a vera salutis via deuios ad meliora compellit,quæ ex seruitute peccati in libertatem statuit, secundum quam efficimur spolia domini nostri Iesu Christi,erepti de faucibus diaboli,de qua propheta. Ascendẽs in altum captiuam duxit captiuitatem. Vnde a vera sua salute errauit humanum genus vniuersum,dum credens decepto ri diabolo ad mortem sua sponte ambulauit secundum ipsi

us diaboli voluntatem, secundum quem intellectum loquitur propheta. Alienati sunt peccatores a vulua, errauerunt ab vtero, psal. quinquagesimooctauo. Vñ & secundũ Apostolicam doctrinam omnes ex Adam propagati nascuntur filij irę captiui atq; subiecti maledictionibus peccati sub potestate diaboli, ad Romanos quinto, & ad Ephesios secundo. Christus autem, vt pius pater, pius Rex detexit nobis diaboli fraudem, vt videamus vias eius, seu desideria huius mundi & carnis, quæ blanda sunt, esse mortis ęternæ vias. Et non solum detexit, sed quemadmodum ostensuri sumus, vt & leo fortissimus de tribu Iuda crudelem leonẽ rugientem vicit. Hinc & apud Esaiam appellatus est velox spoliorum detractor, vocanturq; spolia domini nostri Iesu, quotquot e dominio huius leonis mortis eternę tyrãni eruuntur per eundem dominum nostrum Iesum transferendi in vitã sempiternam. Ad eos qui sic bona captiuitate captiui & nõ sui iuris sunt loquitur Paulus. Nõ estis inquit, vestri, Empti eni estis pretio magno. Cęterũ de principibus bonis, q sic conantur nos eripere e captiuitate diaboli, & sub duce Christo captiuos facere, loquitur in spiritu Esaias, sermonem dirigens ad Christum dominum. Multiplicasti gentem & non magnificasti lętitiam. Lętabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe, sicut exultant victores, quando diuidunt spolia, capta pręda. Iugum enim oneris, quod super ipsam gentem erat, & virgam humeri & sceptrum exactoris eius superasti, sicut in die Madian, & infra. Paruulꝰ enim natus est nobis & cætera, tanq̃ dicat. O Christe multiplicasti gentem olim ambulantem in tenebris, quam redemisti in lumine tuo, sed non magnificasti lætitiam, quia tristicia magna & mœror continuus fuit messoribus seu principibus, sub te militantibus, videlicet apostolis pro fratribus suis secundum carnem, propterea quod hi dilexerunt magis tenebras, quam lucem. sed tamen & ipsi messores coram te de multiplicatione gentium lętabuntur. De eisdem & Hieremias capite decimosexto. Ecce ego mittam piscatores multos, dicit dominus, & piscabuntur eos, & post hęc mittam eis multos venatores, & venabuntur eos de omni monte. Ad quos & ipse Christus, Venite, inquit, post me, faciam vos piscatores hominum, & ad hanc piscationem & capturam

capturam animarum spiritualem intimādam dixit, Laxate retia vestra in capturam piscium. Qui sic captiuus sua spō te tenetur, & delectatur in hac sua captiuitate, pro sua bona voluntate ducitur, non sui iuris vult esse, non sibi cupit viue re, sed ei a quo habet qd' viuat, sine quo nec viuere, nec vere beat⁹ potest esse, sub cui⁹ voluntate viuere, vera beatitudo ē. Hæc ergo est captiuitas, quę & per bonum fit aduersariū. Homini in via perditionis ambulāti aduersarius bonus ē Christus, prauis desiderijs obsistens, cui & laudabile est cō sentire, quemadmodum & ipse monuit Matthæi quinto. Esto consentiens aduersario tuo cito, dum es cum eo in via, ne forte aduersari⁹ tradat te iudici, & iudex tradat te ministro, & in carcerē mittaris, tanq̄ dicat. Si frater quisq̄ ad uersus te aliquid causæ babet in via esto beneuolus, cū illo pacem componere studeas, ne aduersarius ipse iudicē adeat, & tu in causa victus mittaris in carcerem. Verum captiuitas in malam proprie partem accipitur, secundum quam is captiuus dicitur, qui sub inimica & aliena detinetur potestate, sub qua viuere est miseria, etiam quamuis ad tempus id non sentiat, pro sua mala viuens voluntate, quemadmodum iuuenis prouerbiorum septimo, blanditijs meritricis seductus sequitur quasi bos ductus ad victimam, & quasi agnus lasciuiēs nescit quod ad vincula stultus trahatur, ignorans quod de periculo animæ illius agatur. In hanc sententiā conuenit quod dicitur. Sunt viæ quæ videntur hominibus planę, nouissima autē earū tendūt in infernū. Quemadmodū autē in corporalibus rebus captiu⁹ ē, qui nō sui iuris est, non liber suarū rerum possessor, non libere suo fungitur officio, sed inuitus, aut ignorans, aut spe vana seductus, aut sua sponte ducitur aut trahitr̄ in carcerem mortis. Ita & oīs ꝓpagatus ex Adā homo, si non fuerit per dominū Christū liberat⁹, vinculis quibusdā seu blanditijs captiu⁹ tenetr̄ & ducitr̄, & id quidē nō apud barbaros, nō apud vllos hui⁹ mūdi tēporales iudices, sed apud diabolū, & ei⁹ angelos, dicēte Ap̄lo Paulo, vt resipiscāt a diaboli laqueis, a q̄ captiui tenentr̄ ad ipsi⁹ voluntatē. Verū hic sciendū ē huiuscemōi captiuitatis modū lōge esse diuersū ab eo, secundū quē principes hui⁹ terrę ī captiuitatē adigūt. Hi nēpe subijciūt sibi homines inuitos, & cū tumultu reluctantes. Sub dæmonū

autem potestate non adigit nos vlla vis, non hostis cogẽs, non Deus ipse humanum genus instituens, sed serpens, id est, diabolus suggerens atque insidians, & nostra in primo parente voluntas eidem serpenti consentiens. Et ita nos ipsi sumus nobis captiuitatis nostræ & miseriæ causa. Fuit Adam in paradiso liber, immunis ab omni captiuitate, seruitute, & ab omni malo miseriæ & culpę, vbi & sua pace fruebatur, habens virtutem continendi omnia, & in illo omnes fuimus liberi, immortales, absque vlla corruptione transferendi sine morte in vitam cœlestem. Periit Adam, in illo periimus omnes, eiectus est extra paradisum delitiarum in vallem lachrymarum, & in reatum mortis sempiternæ, sub potestate dæmonis, cuius acquieuit consilio, & in illo Adam eiecti sumus omnes, traditi etiam omnes in potestatem eiusdem diaboli ad sempiternum mortis interitum. Diabolus ergo ab initio deuincens sibi humanum genus non coegit, non vim intulit, sed inuitauit, suasit, suggessit per fraudem, decepit, atq; persuasit. Nequaquam, inquit serpens, moriemini, sed eritis sicut dij. Homo igitur dum magis consensit diabolo premia fallaciter pollicenti, quam deo creatori suo sub comminatione mortis præcipienti, efficitur reus mortis, & e paradiso in vallem miserię deijcitur, atq; ita vniuerso generi humano clausa fuit cœlestis regni ianua, vt nec Adam, nec vllus posterorum potuerit sine Christo intrare in regnum cœlorum. Sic tradit tota Christianorum schola, omnes Adæ filios manere sub potestate diaboli captiuos, donec per Christi gratiam fuerit peccati reatus regeneratione solutus.

Hactenus de captiuitate & de potestate, sub qua sit huiusmodi captiuitas. Sortitur autẽ huiuscemodi potestas, seu hostis humani generis varia in scripturis sacris nomina. Dicitur enim Satanas, diabolus, serpens antiquus, draco magnus, draco rufus habens capita septem, & cornua decẽ, Behemoth, Leuiathan, Belial, leo rugiens, mons, potestas tenebrarum, & id genus alijs varijs designatur nominibus, in multis etiam regibus, vt in Pharaone, in Nabuchodonosor rege Babyloniæ figuratus. Sed primum extitit causa, cur vocaretur Satanas, quia aduersarius Deo suo primum fuerit, aut qui primum per superbiam deorsum

elapsus, zelo inuidiæ factus est Satan, id est, aduersarius homini. Videns enim hominem per obedientiæ humilitatem posse ascendere, vnde ipse per superbiam corruerat, inuidit illi, tumque egit, cur merito vocaretur serpens, quando videlicet primum hominem decipiens ingressus est serpentem, etiam occultis accessibus, atque insidijs intrans ad hominum corda. Post hæc proficiens in peius, egit cur vocaretur draco, & non qualiscumque, sed magnus & rufus, quia volens deuorare filium mulieris pariturae, hoc est, extinguere nomen & fidem Christi, cœpit esse sanguinarius carnifex Abel iusti, Hebræorum masculorum in Aegypto, Prophetarum, infantum, innocentum, tandem Christi & Apostolorum. Et hæc quidem omnia operatus est per capita sua, & per cornua sua, id est, per potestates & huius mundi regna, regno Christi contraria. Ab initio inuidens ipse humano generi, instanter & sedulo agebat, ne populus permaneret, ex quo nasceretur semen regno suo inimicum, semen quod contereret ipsius caput. Insuper Dominus deus in Iob vocauit diabolum Behemoth, tanquam bestiam, quę terram inhabitet cum socijs suis, atque ministris. Eundem postea appellat Leuiathan, tanquam cetum seu draconem grandem, in aquis morantem. Iob. 40. Ecce Behemoth, quem feci tecum, fœnum quasi bos comedet, fortitudo eius in lumbis eius, & virtus in vmbilico ventris eius, stringit caudam suam quasi cedrum, nerui testiculorum eius perplexi sunt. & infra. An extrahere poteris Leuiathan hamo, & fune ligabis linguam eius. Item Esaiæ vigesimoseptimo. In die illa visitabit dominus in gladio suo duro & grandi super Leuiathan serpentem tortuosum, & occidet cetum, qui in mari est. Dicitur etiam nunc leo rugiens, propter insaturabilem appetitum nocendi humano generi. Nunc Belial, id est, apostota, præuaricator. Nunc mons propter superbiam suam, qua voluit ambulare in magnis, & in mirabilibus supra se. Nunc princeps mundi huius, id est, hominum diligentium hunc mundum. Nunc potestas tenebrarum, id est, potestas super homines in tenebris erroris infidelitatis, & ignorantiæ habitantes, de quibus tenebris Apostolus, Fuistis aliquando

quando tenebræ, nunc autem lux in domino. Est autem potestas hæc tenebrarum, deo potestati lucis contraria, non vt primum quoddam principium sempiternum, cuius natura sit contraria sempiterno Deo, quemadmodum Manichæus credidit. Neque etiam facta est a Deo talis, sed a suo ipsius arbitrio, dum id acceptauit in desiderio, quod suo refutare debuit iudicio. Quemadmodum & ipse sub figura regis Babyloniæ apud Esaiam dicit. Ascendam in Aquilonem, & ero similis altissimo, ob quam superbiam vna cum suis complicibus eiectus e cœlis, cum videret homines conditos qui implerent ruinas eius, sedesq; ac loca illius occuparent, inuidia incitatus, dolis & astutijs aggreditur primos nostros parentes, illis, vt præuaricarentur legem dei, suggerens, cui & ipsi consentientes, iusto Dei iudicio damnati sunt in mortis interitum, datiq; sunt puniendi in mortem, in captiuitatem, & id quidem non conuenientius, quam sub potestate illius, cui peccando consenserant, hoc est sub manu seu potestate eiusdem diaboli, quemadmodum ait scriptura. Deus mortem non fecit, nec lętatur in perditionem viuorum. Iniusticia autem est mortis acquisitio, quam impij manibus & verbis acquisierunt. Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum, Sapientiæ primo. Hæc ad intelligendum redemptionis nostræ mysteria, sunt Christianæ fidei initia, in principio librorum scripturæ sacræ designata, Genesis tertio, vbi ex suggestione serpētis primi nostri parentes dei mandatū præuaricantes, eiecti sunt e paradiso cum tota sua posteritate damnati in mortis exilium, captiui sub miserijs huius vitæ, æternæ mortis rei atq; obnoxij.

Hactenus de captiuitate, & de eo, sub quo fit huiuscemodi captiuitas & potestas. Iam de loco videamus seu carcere, in quo detinetur homo captiuus, tametsi locus captiuitatis magis spiritualiter, quam carnaliter sit intelligendus. Impij etenim atque damnati, vbicumque fuerint suis detinentur carceribus, quemadmodum & sua secum habent supplicia, compediti vinculis cupiditatum suarū, obsessi tenebris errorū, & cōscientiarū suarū squalore cōcreti. In scripturis locus hic nūc carcer a coarcendo appellatus est, vnde quis exire prohibetur. Nunc infernus,

& is quidem geminus, inferior & superior, Nunc puteus mortis, & interitus, Nunc lutum fecis, Nunc gehenna. Reperiuntur autem in scripturis multiplices res, in quas tanquam in carceres sub potestate dæmonum damnantur peccatores, nunc corpus hoc corruptibile aggrauans animam, nunc mundus iste miseriarum plenus. Vnde Adam mox vt peccauit eiectus extra voluptatis paradisum, vbi sua pace fruebatur in corpore immortali, vt nec intus essent pugnæ, nec foris timores, deijcitur in hanc vallem lachrymarum. Pro liberatione ab hoc carcere orauit propheta. Educ de carcere aiam meã. quod sub alijs verbis orat Apostolus. Infelix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Nunc infernus superior seu portę inferi, de quibus Ezechias iustus rex. Ego dixi in dimidio dierũ meorũ vadam ad portas inferi. Item in inferno loca esse distincta designauit scriptura multis in locis, et prę sertim Dauid propheta. Misericordia tua magna est super me, eruisti animam meam ex inferno inferiori. Quod interpretantes magistri Hebræorum, viam, inquiunt, adulterorum esse, vt sint in profundo inferni, sed inde, inquit Dauid, liberasti me, quando mihi dixit Nathan, secundi Regum .12.. Dominus quoque transtulit peccatum tuum, non morieris. Dicens ergo propheta sese liberatum ab inferno inferiori, dedit intelligere, quendam infernum esse superiorem, & ab eodem tunc temporis animam suam non esse liberatam. Quod Christiani vocant limbũ patriarcharum, vel sinum Abrahæ ante Christi mortem, hoc Hebræi vocant apothecam, cellariũ, vel locum conseruatorium animarum, iustorum hominum, & iste infernus est ad quem descendit Christus, confringens illius portas, vectes ferreas, atque repagula, hoc est, omnem vim & potestatem detinendi animas iustorum expectantium ipsum, a dæmonibus auferens, quemadmodum canit ecclesia. Inferni claustra penetrans, tuos captiuos redimens, victor triumpho nobili ad dextram patris residens. Sunt & alia damnatorum hominum loca, vt locus puerorum in solo peccato originali decedentium, purgatorium eorum, qui cum peccatis venialibus ex hac vita commigrant. De quibus alijs in locis ex scripturis disseruimus.

Hacten⁹

Hactenus de modo captiuitatis huius & de potestate, sub qua fit hęc captiuitas, & de carcerib⁹, e quibus liberat Christus, iam videamus quę tenebræ, quales compedes, & quæ vincula sunt super homines, qui detinentur captiui. Ex Grammatica scimus tenebras nihil esse, sicut priuationes nihil sunt, & sicut silentium nihil est, ita & tenebræ nihil aliud sunt, quam absentia lucis siue corporalis siue spiritualis. Sicut nudū esse est carere vestitu, sic in tenebris esse est carere lumine. At vero tenebras hic non solum priuationes possumus intelligere, sed res ipsas seu vitia quædam in anima, quibus obtenebratur lumen rationis internę, cuiuscemodi sunt errores infidelitatis, prauæ cōcupiscentię, et affectiones, quibus ceu densis quibusdam nubibus cecatur anima, vt non videat verum suum beatificum bonum, vt non effulgeat vera salutis lux in corde eius, & ita tenebras hic dicimus non corporales, sed errores & ignorantias, in quas propter peccatum peruenit humanum gen⁹. Verū hic sciendum quod omnia hęc mala captiuitas, & carceres, & tenebrę, insuper vincula secundum geminam intelliguntur iusticiam, videlicet secundum iusticiam futurę vitæ in corpore resurrecturo, vbi sunt omnia mala supradicta non spiritualiter solum, sed & corporaliter intellecta videlicet ignis materialis, carcer, tenebræ, vincula. de quib⁹ in Euangelio Matthęi .13. & .25. & .22. contra eum qui non habens nuptialem vestem ingressus est nuptias, hoc est præsentem Christianorum Ecclesiam, dicit Rex ministris, ligatis manibus & pedibus proijcite eum in tenebras exteriores. Quod tractans Gregorius, interiores tenebras inquit, dicimus cecitatem cordis, exteriores vero tenebras ęternam noctem damnationis, ibi erit fletus & stridor dentium. Alio modo supradicta mala intelliguntur irrogata etiam secundum iusticiam præsentis vitę, in qua magis spiritualiter quam corporaliter sunt accipienda. Quemadmodum is qui in tenebris est corporalibus, destitutus est corporali lumine vt non videat neq; terminum in quem vadat, neq; viam qua vadat, Ita & anima in tenebris & in vmbra mortis sedet, quę destituta est lumine manifestante viam qua eundum est, neq; veram vitam æternam, in quam eundum est, de qua propheta. Nescierūt neq; intellexerunt

in

in tenebris ambulāt, via impiorū tenebrosa, densis concupiscētiarum et ignorātiarum nubib⁹ obuelata, nesciūt vbi corruūt. Iustorū aūt semita quasi lux splendēs. Tenebras ergo intelligim⁹ ignorātias, in quas puenit humanū gen⁹ p peccatū. Lucem autem dicimus scientiā salutis. Mox vero vt Adā peccauerat, nulla remāsit in eo scientia salutis, qua & mortē euaderet, & vitam inueniret, & ideo nox spiritualis māsit sup vniuersos hoīēs, donec orirer dies Christus in cordibus eorum. De cui⁹ ortu loquit̄ Paul. Nox præcessit, dies appropīquauit, dies inq̄, de qua ꝑpheta Dauid. Hęc ē dies quā fecit dñs. & Esaias. Audiēt in die illa surdi verba libri, & de tenebris & caligine, oculi cecorū videbūt, Esai. 29. ac si dicat. Popul⁹ q sedet in tenebris videbit lucē magnā quę ꝑphetia cōpleta ē, dū gētes quę ignorabāt ꝑpter peccatū esse dānatū gen⁹ humanū, mortalitatē, corruptionē, oēmq̄ vitę hui⁹ miseriā ęstimabāt esse nō supplicia culpæ, sed cōditiones naturę, reputātes etiā concupiscētias & voluptates in numero bonorū, putātes eas esse naturale bonū, cū q̄ sit conditⁱ oīs hō. de qb⁹ loqt̄ Paul. Hoc ergo dico & testificor in Christo Iesu, vt iā nō ambuletis sicut & gētes ambulāt in vanitate sensus sui, tenebris obscuratū habentes intellectū, alienati a via dei p ignorantiā, quę ī illis est, ꝑpter cecitatē cordis ipsorum, q desperantes tradiderūt semetipsos impudicitię, in operationē īmunditiæ omnis, in auaritiā, vos autē non ita didicistis Christum, si tamen illum audistis, & in illo edocti estis, sicut est veritas in Iesu deponere vos secundum pristrinam conuersationem veterem hominem qui corrumpitur secundum desideria erroris, renouamini autem spiritu mentis vestrę & induite nouū hominem, qui secundum deum creatus est in iusticia & sanctitate veritatis. Hactenus ille, ad Ephe. 4. apte insinuās gētes esse a via dei alienatas ꝑpter ignorātiā, & hāc ī ipsis esse nō a deo, sed ꝑpt cecitatē seu excecationē, vł duriciā cordis eorū, desperātes enī hoc ē nullā habētes spē resurrectionis ī Christo, tradiderūt semetipsos omnib⁹ carnis ipudicitijs, tāq̄ dicat nō de⁹, sed ipsi se suis volūtatib⁹ his fœditatib⁹ tradiderūt. Vñ & hæc tractās Ambro. Gentiles desperatione igr futurę resurrectio is cecitatē cordis habere significat. quasi eni vltra non sint futuri, vitam suam contaminant turpissima operatione,

nolentes se subiicere legi fidei, quę prohibet voluptatem ꝓpter spem vitę futurę, quam spem ridendam censent, vt iure se dehonestare & aliena appetere auida cupiditate videantur quasi post hanc transpunctionē nulla sit vita. Hæc ille. Significat ergo gentes & ambulare in vanitate sensus, & ignorare carnalem huius mundi vitam esse malam, & idcirco seipsos tradere in omnem carnis immunditiam, ignorātes in se habitare vllum hominem malum, vllum veterem Adam, qui cupiat viuere secundum vlla desideria errorum, non sperantes vllam vitā post hanc vitā, aut si quā sperantes sint, ęstimant eam talem, qualis est carnalis hęc vita, quę est secundum carnis voluptatem, & idcirco in hac vita tanto se feliciores putant quanto magis satisfacere possunt libidini voluptatis. Docuerunt quidē Morales gentilium hominum philosophi corpoream voluptatem escam malorum esse, & carnis cupiditates, iusticiæ atq; honestatis legibus esse temperandas, solliciti, ne cupiditatibus victi quippiam indecēter agant. Verū id totum faciunt nō desiderio fruendi summo & incommutabili bono, sed amore præsentis iusticiæ, vt sibi placeant & præsentem vitam decenter exornent, & voluptati obsistunt non quatenus ipsa interiorem hominem conditum ad dei imaginem & similitudinem ab ipso vero deo suo beatifico bono alienat, sed solum quatenus ipsa est impedimentum præsentis iusticiæ, secundum quā & si forsitan vane sperant sese post hanc vitā victuros esse, ad talem tamen quam sperant non peruenient, quippe ignorantes dei iusticiam & suam volentes constituere, sibimetipsis placentes. Nos autē Christiani nō ita didicimus in Christo Iesu, qui iusticiam docuit non aliunde, quam per ipsius gratiam esse quęrendam, erudiens hominem ad veram salutis ęternæ scientiam, qua videat hanc carnalem vitam esse deo abominabilem, & vitam futuri sæculi, quæ est expectanda esse diligere deū, delectari in illo, & in plena pacis & gaudii sęcuritate in sęcula sæculorum laudare illū.

Ex his igitur demōstratum est sub tenebris seu ignorantiis huius vitæ ambulare omnes homines, in quibus per fidem non habitat verum lumen Christus, in quibus tametsi maneat lumen rationis internę, quo iudicant tum de se, tum de actibus suis secundum legem quandam naturalem intus

scriptam

ſcriptam,ſcientes ſe non debere aliis facere,quod nollent ſi-
bi fieri,qui & proinde videntes quid agunt,conſulunt qui
dem,diſcernunt & ratiocinantur,tamen errant dum quali
tatem operum in ratione ad verum beatificum bonum,
quo ſolo fruendum,aut non vident,aut non attendunt, aut
ſi fide quadam videant,Chriſtum veram viam,quę ducit ad
vitam,non amplectuntur illam, quemadmodum is qui er-
rat in via pedum,videt quidem viam, per quam ambulat,
quam & volens amplectitur,ſed non attendit eiuſdem viæ
terminum, aut neſciens,aut negligens habere præ oculis,
quod via illa ducit ad mortem. Sic errant omnes, qui
operantur iniquitatem,donec eis oriatur ſol Iuſticię Chri-
ſtus, commonſtrans omnem carnis concupiſcentiam, o-
mnia huius ſæculi deſideria eſſe vias iniquitatis,quas ode-
runt omnes iuſti,qui diligunt lumen Chriſtum, quemad-
modum teſtatur propheta de ſe. Omnem inquit viam ini-
quitatis odio habui, viam iniquitatis appellans omnem
huius mundi amorem,& omne quod ad viſibilium rerum
huius mundi amorem incitat rationalem animum. Hæc
ſunt vię,quæ videntur apud hunc mundum pulchræ, ſed fi-
nis earum mors eſt.Summa rationalis creaturæ cecitas eſt,
ſi ęſtimet ſibi optimam eſſe vitam pro voto frui viſibilibus
huius mundi bonis,& prout libido fert animi viuere ſecun
dum deſyderia carnis ſuæ in delitiis.Hactenus de carcere,
& de tenebris,in quas captiuum eſt factũ vniuerſum genus
humanũ. Iã de vinculis videamus. Vincula ſeu cõ
pedes ſunt neceſſitates,quibus propter peccatum coanguſta
tur vniuerſum genus humanum. Verum quemadmodum
in ſacris literis gemina reperit̃ captiuitas,bona videlicet &
mala,ita & in eiſdem bona & mala leguntur vincula.
Bona ſunt vincula,quibus Chriſtus liberator nos iam e-
reptos de vinculis diaboli tranſfert in regnum charitatis
ſuæ. Trahit nos deus,dum ſanctis affectionibus ac votis
& cœleſtium rerum deſideriis nos imbuit. Vnde cõpedes
ſapientię,compedes verbi dei ſunt ſanctę charitatis fidei&
ſpei deſideria,recta cõſilia,quibus deus trahit ad ſe,ducens
ſuauiter hominum voluntates. Ego inquit cum exaltatus
fuero a terra,omnia traham ad me ipſum. & alibi. Trahã,
inquit, te in vinculis charitatis,quibus & trahi cupiebat

sponsa in Canticis. Trahe me post te, curremus in odorem vnguentorum tuorum. Nemo potest venire ad Christum, nisi quem cœlestis pater sic traxerit ipsum.

Alia sunt vincula mala, quibus sub diabolo sumus, reatibus præuaricationum nostrarum compediti, quibus aut ad interitum ducimur voluntarij, aut premimur inuiti. De quibus Sapiens Prouerbiorum quinto Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorū constringitur. Vinculum magnum super omnem carnem, est lex in membris habitās, repugnans legi mentis, de quo Apostolus ad Romanos septimo. Vincula etiam magna sunt omnes necessitates huius vitæ, quibus ita innodamur, vt non quemadmodum placitū est voluntati, valeamus in hoc mundo viuere, vt omnis necessitas mortalitatis & miseriæ huius vitæ, quæ sane vincula adeo sunt sensibilia, vt etiam pagani & gentiles nulla fidei gratia illustrati experiantur, illa sentientes se multis repletos miserijs, carnem etiam concupiscere multa contra rationem internam, quæ semper ad optima in rebus moralis vitæ incitat, quamuis fallantur, arbitrantes hæc esse conditiones non vllius culpæ, sed naturæ sic primitus institutę. Vndę & corpus mortis huius vitijs, morbis, perturbationibus, ac morti subiacens, quod & in superioribus carcerē diximus, vinculum animæ dicitur, quo ipsa quasi vincta, clausa tenetur in carcere, donec cum Christo resurgat.

Verum præter hæc sensibilia vincula sunt & quædam insensibilia, quibus anima est vincta, non sentiens illa, cuiuscemodi sunt inimicitia dei contra nos reatus peccatorum actu transeuntium, quibus anima, etiam post actum peccati transeuntem in occultis dei legibus, manet rea supplicio, de quo sane reatu differit Augustinus libro sexto contra Iulianum, capite octauo. Gentes autem non recte de huiuscemodi vinculis sentiunt, sed obscuratum habentes intellectum, aut non credunt in corde suo deū esse, aut si credunt esse vnum primum principium deum, non credunt tamen ipsum, vt iudicem viuorum & mortuorum, aut si credunt eum vt iudicem, neque æstimant tamen, neque attendunt hanc carnalem vitam esse

abomina-

abominabilem apud ipsum,quibus fit,vt huiuscemodi vincula non cognoscant. Sensibilia vincula non prorsus soluuntur in hac vita per Christi gratiam, quemadmodum infra demonstrabimus. Insensibilia autem vincula prorsus solui possunt in hac vita ita vt non sint, & id quidem per gratiam Christi remittentis peccatorum debita, & reconciliantis nos deo patri, quemadmodum per omnem locum docet Paulus Apostolus Christum interfecisse inimicitias in cruce, & deleuisse chirographum, & reconciliasse nos deo, vt iustificati per gratiam illius, consortes facti diuinæ naturæ simus filij dei, cohæredes autem Christi, vt iam valeamus dicere cum propheta. Quid retribuam domino pro omnibus, quæ retribuit mihi. Calicem salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo. O domine ego seruus tuus & filius ancillæ tuæ. Dirupisti domine vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Versiculus ille (inquit Cassiodorus) tantam creditus est habere virtutem, vt a non nullis diceretur hominibus peccata dimitti, si quis eum in fine vitæ suę trina confessione congeminet.

Hactenus de captiuitate, & de malis, & maledictionibus, in quibus perijt humana natura, quæ per peccatum, & diabolum suggerentem intrauerunt in mundũ.

Iam operę pretium est considerare de beneficiis & benedictionibus, quibus humanum genus rursus ab huiuscemodi malis liberatur, per Christum reparatur ac instauratur. Pro quorum intellectu sciendum est per opera instaurationis seu redemptionis humani generis in filijs redemptionis destructa esse omnia supradicta maledictionum genera. Proinde necessarium est in huiuscemodi opere simul cõcurrisse erga genus humanum multa diuinæ gratiæ beneficia,quæ & passim in scripturis legimus, videlicet liberationem a captiuitate, a seruitute, a vinculis, a carcere,a tenebris,redemptionem, sacrificium, victoriam, hostiam, & reconciliationem, viuificationem, illuminationem, sanctificationem,purificationem seu mũdationem a sordibus & maculis conscientiarum.

Proinde vt intellectum scripturarum penetremus, degustemusque nostrę fidei mysteria hac in re congruum est præmittere vocabulorum vires.

Aliud est liberare, aliud emere, aliud redimere, aliud satisfacere, aliud vincere, aliud recōciliare, aliud sanare seu mundare a sordibus seu maculis. Liberare est eum, qui aut seruus, aut vinctus, aut captiuus est manumittere. i. liberū seu solutum facere. Emere, est aliquid pretio dato suum facere. Proinde emptio supra liberationem addit solutiōem pretij. Redemptionis aūt vocabulo grammatici consueuerūt vti pro emptione seu liberatione. Verum redemptio proprie sonat reiterationem quandam, vel emptionis, vel recuperationis tum iuris, tum possessioniis semel amissæ.

Distinguuntur itaq; liberare & redimere, in eo quod redimere est per iustum pretium recuperare quod erat amissum, liberare est solutum seu liberum facere, quod erat aut seruituti, aut captiuitati obnoxiū. Satisfacere, est tantū facere, quantum satis est aut offenso seu læso, vel irato ad vindictam, aut creditori ad solutionē. Bellū proprie est hostinm dissensio, per quam arma mouentur. Vincere est vi certando, luctando, seu pugnando hostem aduersariū superare, quasi vim facere & subiugare. i. sub iugo & potestate sua ponere. Proinde, inquit August. nihil est victoria, nisi subiectio vel subiugatio repugnantiū. Recōciliare alterum alteri, est pacem inter vnum & alterū facere, hoc est, restituere vnū in alterius pristinā amicitiā. Hinc reconciliator, qui & Mediator dicitur, qui facit in pristinā gratiā, seu beneuolentiam redire eos, qui interposita offensa fuerāt aliquandiu inimici. Aliud est esse mediū, aliud mediatorē. Medium ex nomine significat, quod inter extrema est. Mediator autem a mediare appellatum ex nomine, præter rationem medij designat reconciliationis officium. Vnus, inquit Apost. est mediator dei & hominū, homo Christus Iesus, qui dedit semetipsum redemptionē ꝓ oībus, prim. ad Timot. 2. Mediator est Christꝰ, qui pacē faciens, offensorē hoīēm redire fecit in gratiam & amicitiā dei, qui fuerat offensus. Vnde & apud Esaiā inter cętera noīa appellat͂ princeps pacis. Ipse ait, Pacem meā do vobis, pacē, inquam, non huius mundi, non quomodo dat mundus, inquit, ego do vobis, hoc est pacem non temporalem, aut vanam & transitoriam, sed pacē cuius, vt inquit Esaias, non erit finis. Super solium Dauid, & super regnum eius sedebit, vt corroboret

illud

illud in iudicio & iustitia a modo & vsq; in sempiternum.
Hostia ab hostibus dicta, quæ deo ob deuictos hostes immolatur seu offertur, quę & victima ob victoriā super victos est appellata. Sacrificium est oblatio deo sacrata, qua offerens protestando recognoscit deum vt creatorem, aut cōseruatorem, aut omnium bonorū largitorē, aut ꝓpitiatorē. Sacrificium autem esse reconciliationem aut propitiationē pro peccatis, non ad ipsius sacrificij rationem pertinet, sed accidentale est illi ex intentione sacrificantis, intendentis hoc ipso placare deum iratum. Vnde sacrificium fieri deo in recognitionem acceptorū beneficiorum potuisset, etiam si nullum peccatū extitisset. Viuificare, illuminare, sanare, purgare, sunt quædam manifesta in corporalibus rebus, a quibus in animas transferuntur, vnde peccata secum afferunt animæ mortē, tenebras, vulnera & maculas. & ideo liberatio a peccatis assimulatur viuificationi, illuminatiōi, sanationi, ac mundationi, quemadmodū patebit in sequētibus. Huiuscemodi vniuersa ex scripturis sacris reperimus in opere nostræ redemptionis attributa Christo, qui significatur emisse & redemisse nos, & satisfecisse pro nobis, & reconciliasse nos deo patri. Item vicisse diabolum, & liberasse nos a potestate illius, & in huiuscemodi victoria obtulisse carnem suam & sanguinē in victimā, hostiam, & sacrificium deo patri. Vnde & ipse in scripturis ꝓpter huiuscemodi redemptionis beneficium noīa sortitur multiplicia, & nunc appellatur redemptor, nūc liberator, nūc reconciliator, nūc mediator, nūc reparator, nūc susceptor, nūc viuificator, nunc fortis bellator ac victor. Et apud Esaiam inter cętera nominatur velox spoliorū detractor. Apud Dauid prophetam, salus, salutare, illuminatio, spes nostra, refugium, virtus, fortitudo, &, vt ait Augustin. quod Hebraice Iesus, Gręce soter, hoc nostra locutione saluator appellat̄. Quod verbum latina lingua antea non habebat, sed habere poterat, sicut potuit quando voluit. Est aūt saluator, qui saluat. i. saluum facit, salutem præstat. Salus, est vitæ sanitas, seu incolumitas vitæ a malo liberæ. Vnde est salus quędā, quam coīter accipiunt & homines & pecora, dicente propheta. Homines & iumenta saluabis domine, sicut multiplicasti misericordiam tuam deus. Sed longe alia, longeque præstan-

præstantior salus est hominibus per Christum saluatorem. Proinde & in eodem psalmo mox sequitur. Filij autem hominum sub tegmine alarum tuarum sperabunt, inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuę potabis eos. quoniam apud te est fons vitę, & in lumine tuo videbimus lumen, hęc est salus, id est vita ab omni malo libera, & omni bono plena, propter quam præstandam solis hominibus in hunc mundum moriturus venit Christus, qui venit saluare, quod perierat, quod quemadmodum fiet, in sequentibus demōstrabimus. Hactenus de duobus rerum generibus maledictionum videlicet per Adę peccatū, & benedictionum per dominum Iesum. Hęc operę pretiū est vnumquemq; considerare, qui voluerit Christianę redēptionis mysteriū recte intelligere, & salubriter gratias agere, quę & fideliter considerata iuuabunt, ne hoc tam sacrum mysterium nullo vnq; tempore in obliuionem veniat.

Quomodo enim non assidue memor erit Christi redēptoris ac protectoris, qui assidue percipit ac sentit vulnera, sagittas, & aculeos hostis persequutoris, aut quomodo quisquam credet sibi opus esse redemptore, qui aut hostes sibi blandientes in numero suorum deputat amicorum, aut ipsa vitia seu supplicia culpæ æstimat esse conditionis naturæ.

¶ Caput secundū hui⁹ tractatus, in quo rē ipsam aggredientes per sententias & propositiones in singulis, quonam modo sint facta, veritatem consideremus, & vt ad singulorum intellectum facilius peruenire valeamus, talem conabimur seruare ordinem.

Primum ostendemus, quonam pacto in hoc salutis nostræ opere per Christum nobis impenso fuerit vera liberatio a seruitute peccati, a captiuitate peccati, & miserię, & mortis. Deinde, quonam pacto hęc liberatio est per iustum bellū quoddā potita victoria, & quemadmodum fuerit per sententiam inter partes iusto iudicio latam. Secundo quomodo fuerit viuificatio, purgatio, & sanatio quædam morbi. Tertio secundum quem modum in eodē salutis opere fuerit emptio, redemptio, reconciliatio, satisfactio, sacrificiū. Quarto demonstrabimus modum istum liberandi, viuificandi, & redimendi fuisse diuinæ dignitati ac sapiētię cōgruissimū, & humano generi cōuenientissimū.

Prima

Prima huius capituli pars declarans, quẽadmodum per Christum liberatum sit genus humanum, & de bello Christi & iudicio, diuiditurq; in tria membra.

Primum igitur sciendũ. Quemadmodum homo quispiã iam secundũ conditionem huius mortalis vitę sanus & incolumis corpore potest sese vulnerare, facere lãguidum & infirmum, aut cecum & claudum sumendo ea, quæ medic⁹ intimauit illi esse insalubria, aut corpori suo toxica. Iam autem factus languidus aut cecus non sic rursus habet in potestate sua sanare semetipsum & instaurare sibi membrorum vires, nisi medicus, qui sanare nouit, atq; paratus est commonstretur illi, Ita & homo primũ conditus a deo immortalis, sanus, & incolumis virib⁹, sumẽs fructum sibi vetitũ factus mortalis ad bene operandum cecus, languid⁹, & claudus, non amplius habet in sua potestate instaurare sibi virium suarum incolumitatem, sed male iam habẽs indiget medico. Deinde quemadmodum miles quisq; aut famulus sub potestate regię maiestatis potest sese reum mortis facere, et sibimet ipsi esse causa necessitatis carceris, in vinculis & in cõpedibus, verũ postq; semel factus est sic reus, non iam amplius in potestate habet sese ab huiuscemodi malis eximere, sed in potestate ac voluntate regis est, si misereri dignetur, Ita & hac in re homo iam factus vanitati similis, peccati seruus, miserięq; subiectus & mortis reus, non potest sese ex se ab huiuscemodi malis liberare, nisi descendat sup ipsum misericordia iudicis oĩpotentis, in cui⁹ legẽ peccauit, q & potestatẽ habet vitæ & mortis. Hui⁹ enĩ cõsideratione ait propheta, psal. 77. Spiritus vadẽs & nõ rediẽs. Secundo sciendũ. Quemadmodum homo est venundatus sub peccato, non ab ipso deo humanũ genus instituente, non ab aliena natura aut cogente, aut impellente, sed a libera sua voluntate consentiente hosti suggerenti, Ita & homo ipse rursus per Iesum Christum a peccato, a potestate hostis liber, & solutus efficitur, non vlla vi aut necessitate adactus, sed diuino spiritu ita inuitatus, atq; ita tractus vt p liberũ & spontaneum motum voluntatis ex fide in eundem Iesum a peccato in deum resiliat, satanæ quoq; & omnibus pompis eius sua sponte renuntiet.

Et idcirco tam Christus liberans quam diabolus consensum exigit nostræ voluntatis. Proinde nemo vendidit hominē sub peccato inuitum, sed ipse se vendidit, consentiens seductori diabolo, premia fallaciter pollicenti. Nequaquam, inquit, moriemini, sed eritis sicut dij. Ita Christus hoiēm a peccato liberat, non inuitū & reluctantē, sed volentē, deo intus suauiter suggerente atque trahente vt consentiat. Discrimen tamen est inter dei & diaboli potestatē super corda hominū. Deus etenim cum sit creator humanarum voluntatum, omnipotentissimam habet super illas potestatem, potens eas inclinare, vertere, et de affectione vna in aliā mutare quocūque voluerit, quemadmodū ait scriptura. Cor regis in manu dei est, quocumque voluerit inclinabit illud. Diabolus vero non talem habet in corda hominum potestatem. Suggerere quidem potest, sed intus sic creare nouas affectiones, & corda hominum sic mutare non potest. Ipse voluntatem nocendi nobis, a se concepit, potestatem autem nocendi non a se, sed a deo habet, & ideo diabolus non habet potestatem talem mutandi voluntates nostras, ad consentiendum sibi in malum sic, quemadmodum deus potestatem mutandi voluntates nostras habet ad sibi consentiendum in bonum. Est quidē diabolus in nobis autor peccati et mortis, sed nō nisi suggerēdo. Deus vero in nobis autor ē iustitiæ & vitę etiā immittendo. Oīs tñ humanę voluntatis cōsensus, siue suggestiōe diaboli ort⁹, siue a deo suggerēte immiss⁹, est volūtari⁹. Præmittit quidē deus interdū coactiōem, quam ad tēpus homo nondū iustificat⁹ patitur nolens & inuitus, sed illam facit deus, vt ex ea faciat ipsum hominem ad cor redire, & spontanee sibi consentire, quemadmodum patet in persecutione Pauli Apostoli, qui in terram prostratus, & cecus factus, iam conuersus deo percutienti consensit, dicens, Domine quid me vis facere?

De paruulorum autem liberatione alia est ratio. Quēadmodum enim paruuli ex Adam nati, non habent vllum peccatum, nisi per alienam voluntatem, absque consensu propriæ voluntatis, Ita & ipsi rursus liberantur in Christo regenerati per consensum alienum absque motu fidei suæ volūtatis. Verū neque baptismi lauachrū, neque nostra volūtas ad consensum resipiscendi a laqueis diaboli efficax fuisset,

nisi Chri

nisi Christus in nobis diaboli victor & reconciliator noster extitisset, quia sic decretum fuit dei patris, neq; fugare diabolum a nobis, nisi per iusticiam Christi causam peccati nostri in se suscipientis, pelleretur e nobis, neq; peccatum remittere nobis, nisi per meritum Christi peccata nostra suo sanguine diluentis in nobis, neq; supplicia peccatis nostris debita tollere a nobis, nisi per mortem Christi innocentis supplicia peccatis nostris debita exoluentis pro nobis.

Tertio ad intelligendum, quo nam pacto Christus sua passione humanum genus liberauit, id est, liberum fecit a malo miseriæ & culpę, considerandi sunt varij modi, quibus liberantur serui aut captiui huius vitæ. Multis enī modis apud reges huius sæculi contingit liberationem fieri. aut sola videlicet voluntate domini manumittentis & gratis donantis libertatem, aut bello quodam hostem calumniatorem superando, aut emptione seu redemptione soluendo pretium pro reo misero, qui non habet vnde soluat, aut reconciliatione seu interpellatione, faciendo eum, qui fuerat offensus, placatum offensori. His modis omnibus a malo culpæ liberauit nos Christus, quemadmodum infra sumus ostensuri.

Quarto ad intelligendum quo nam pacto Christus nos a peccato, a miseria, & a morte liberat, ac salutem pręstat omnibus recipientibus & consentientibus in ipsum. Sciendum quod in scripturis sacris duplex nobis insinuatur salutis status. Vnus quidem salutis inchoatę per fidem, spem & charitatem in hac vita, secundum quam liberamur a culpa, & a reatu mortis ęternę, nondū tamen in hac peregrinatione liberi a malo miseriæ, quę est primarię culpę tēporalis pœna. De hac salute dicit saluator, Hodie salus huic domui facta est. Fides tua saluum te fecit, & Apostolus, Spe salui facti sumus, Item saluos nos fecit per lauachrum regenerationis, & iterum, Gratia saluati estis per fidē, & hoc non ex vobis, dei enim donū est non ex operibus. Alter in scripturis salutis status designatur qui est immunitas ab omni malo tam culpę quam miseriæ, pro quo liberationis statu apostolus iam liberatus, id est factus secundum priorē salutis statum saluus, orabat ingemiscens. Infelix homo, qs me liberabit de morte corporis huius? & alibi. Ipsa creatu

ra liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem glorię filiorum. Secundum priorem salutis statum, qui liberati seu salui sunt facti, nondum sunt ab omni malo liberi, ꝗ diu sunt in corpore hoc mortali. Idcirco tanꝗ adhuc captiui, & tanꝗ nondum plenam salutē assequuti orant, clamāt, ingemiscunt, & suspirant vlteriorem quandam liberationem, redemptionem, viuificationē, & illuminationē, donec perueniāt ad statū illū salutis consummatæ, quæ est incolumitas vitæ liberæ, ab omni malo miseriæ & culpæ, & in vero beatifico bono satietas gloriæ. Inuisibilia sempiternaꝗ bona in scripturis sacris nobis iam liberatis promissa, quę & deus præparauit per Christum dominum diligentibus se in hac peregrinatione, nunc solum ex parte cognoscimus per speculum in ænigmate, solumꝗ ex parte attigimus, leuiterꝗ degustamus illa, fide, spe, & charitatis desiderio & fruitione quadam secundum actum transitoria. Cum autem venerit id quod perfectum, hoc est, gradus salutis consummatæ, destruetur quicquid in hac vita imperfectionis est, fidesꝗ nostra in visionem, spes in adeptionem, ac possessionem bonorum omnium, quæ expectamus, est transitura, charitasꝗ permanens perficienda est fruitione deitatis sempiterna. Quinto considerandum.

Quis primi nr̄i parentes spoliati gratiis, quas in conditiōe acceperāt, oēm huius vitæ corruptionem & mortalitatē, senserūt esse non conditiōem naturę, sed supplicia primarię culpę suę, quēadmodū patet ex scriptura sacra, Ge. 3.

Nos tn̄ quia cū his malis sumus geniti hoc latuisset, neꝗ enim vnꝗ potuisset venire in mētes nostras, oēm hoiēm in iniqtate cōceptū, et natū esse filiū irę, et vniuersū gen⁹ hoīm sic ꝓpter peccatū esse huic mortalitati addictū, a paradiso immortalitatis eiectū, sub diabolo sic victū & captū, vt indigeret liberatore Christo. Proinde absꝗ doctrina & ꝓmissione verbi dei ꝓmittentis talē liberatorē fuisset abscōdita ab humani generis oculis, oīs vera consolatio immortalis vitę ex sentētia in Adā data. Quacūꝗ die comederis ex eo, morte morieris. Pro hoīe igitr̄ taliter liberando necesse fuerat, vt deus, q per suā misericordiā differebat iudiciū, interim secundum eandē misericordiam eidē homini reuelaret euadendi consilium, & post consilium largiretur prædestinatum

tum a se liberationis auxilium. Hactenus de modo liberationis, secundũ quã Christus humanũ genus liberat ex captiuitate largiens salutẽ, quę inchoata in hac vita consũmabitur in gloria.

¶ Secundum huius partis membrum de bello, triumphoq́ habito per Christũ dominũ in operibus redemptionis humanę.

AD intelligendum quonam modo in hoc nostræ salutis opere fuerit dominus noster Christus per bellũ quoddam potitus victoria, pono aliquot considerationes.

Prima est. Quis non fuisset ab initio vllus vnquam diabolus humani generis inimicus, humanum tamen genus diuinæ legis præuaricator, indigeret liberatiõe ex ira & ex inimicitia dei, ex culpis & reatibus peccatorũ, ex vinculis seu necessitatibus mortis & miseriæ. Si esset homo lapsus, non suggerente dæmone, potuisset illum deus punire, & foris per elementa muta, & intus, quemadmodum nunc per intestinum bellum turbatur peccatrix conscientia, factusq́ est homo sibi meipsi grauis, sibiq́ contrarius, a deo fugitiuus ad fruendum visibilibus bonis procliuus, mortalis & inconstans. Vnde omniũ horum malorum iugum graue super filios Adam transgressoris etiam esse possit, quamuis nullus dæmon esset. Sed ex illis malis tunc Christus nos liberans, non diceretur victor per bellum quoddam potitus victoria, quemadmodum nunc ipse in scripturis legitur vicisse huius mundi principem, qui dominabatur humano generi in tenebris ambulanti, qui & proinde in scripturis princeps tenebrarum appellatur, quia secundum Apostolum, tenebrę appellantur peccatores, quibus vt sui similibus ipse principatur. Quod si diabolus non esset, nihilominus tunc quemadmodum & nunc contra inimicos domesticos, hoc est cõtra carnis illecebras, seu concupiscentias nobis pugnandum esset. Tunc enim quẽadmodũ & nũc tota huius mũdi figura, quę pręterit, & p oculos, aliosq́ sensus corda plectat, in qualibet sui specie gladius, & laqueꝰ mẽtis esset, nõ q creaturę dei sint malę, sed q cor hoĩs trãsgressoris vitiatũ, a cognitiõe dei alienatũ, est a deo in terrena fugitiuũ ad fruendũ visibilibus bonis procliuum, a suis concupiscentijs abstractũ & illectum.

Et ide

Et ideo si diabolus non extitisset, & Adam ex libertate sui arbitrij perinde atque ipse diabol⁹ peccauit, primum cōditus cecidisset, nihilominus etiam secundum modum quēdam Christus ab his malis nos liberans, suaque morte pro debitis peccatorum nostrorum pretium deo patri exoluens victor dici potuisset, duram mortem a quauis causa illatam fortiter ac patienter pro liberandis fratribus suis tolerans.
Nunc autem non existit talis rerum ordo, sed transgressor homo deceptus a diabolo arte quadam fallaciæ est victus, iustoque dei iudicio sub illius potestate derelictus, & ideo congruit, vt ipse diabolus mendacio vincens, rursus per artem quandam sapientiæ ac veritatis vincatur, non violento dominatu, sed lege iusticiæ, vt non amplius valeat potestas eius in hominem mortis reum, cum interfecit iustum, in quo nihil dignum morte potuit ostendere, vt iustissima lege cogatur dimittere credentes in hominem Christū, quē iniustissime occidit. Hæc sancti martyris Paulini documēta in epistola ad Seuerum, quæ & vniuersi patres sancti ex scripturis sacris passim ostenderunt, de quibus mysterijs nunc longe lateque opem deo ferente, dicturi sumus.
Secunda consideratio. Hostes fuerunt Christus & diabolus. Factus est aūt diabolus deo contrarius, inimicus, atque repugnans non natura deo coœuus, non sic primū institutus, sed sua sponte a deo in semetipsum resiliens, sibique placens, sibi metipsi derelictus, a se factus malæ voluntatis, hostisque diuinę iusticiæ peccatum punienti, quibus contigit mox suboriri duo regna contraria. Vnum dei in angelis bonis per liberum arbitrium stantibus. Alterum diaboli in angelis malis per liberū arbitriū cadentibus. Verū angelis bonis, deo adiunante facientibus p liberum arbitriū sibi meritum bonum, quo ad veræ pacis & beatitudinis securitatem peruenerunt, angelis autem malis neglecto deo adiutore facientibus sibi meritum malum, propter quod sunt irreparabiliter miseri, nullum fuit inter eos ex studio vincendi bellum, nullum prælium, nondum existente vlla creatura, quę posset fieri diabolo præda, priusque sexto dei formaretur hominum genus. Quo die hominibus ad imaginē & similitudinem dei conditis, qui libero suo arbitrio potuerunt & stare & cadere, atque ita fieri prędа sub potestate diaboli

boli, mox diabolus agitatus inuidia, homines aggreditur suasionibus, suggestionibus, dolis, astutijs inuidens humano generi condito ad instaurandum ruinas eius seu ad implendum electorum numerũ. Diabolus itaq;, qui malignitate sua nequit diuinæ potestati obsistere, neq; ipsam impedire, neq; illi inferre vllum detrimentum, super hominum genus ab initio potestatem obtinuit, nõ iuito aut coacto homine, non inuito aut nolente deo, sed permittente eundem hominem libere quod voluerit agere, & in peccatum ruere secundum datum illi arbitrium liberum, quo peccare poterat & nõ peccare. Si talis fuisset primus homo a deo conditus vt non potuisset, neq; alterius esse voluntatis, neq; per voluntatis suæ ar bitrium aliter facere q̃ fecit, cõtra dei præceptum gustans fructum vetitum, inaniter constituisset deus premiũ illi, si obediret, & supplicium si legis transgressor fieret. Proinde & negantes talẽ vim liberi arbitrij fuisse in angelo & in homine primitus condito totius Christianę religionis euertunt fundamenta, quemadmodum & in sequẽtibus lõge lateq; sumus ostensuri. Si non fuisset liberum arbitriũ, neq; culpa fuisset, neq; peccatum, neq; vllum dei iudicium secundũ vniuscuiusq; op⁹, aut bonũ aut malũ.

Omnis voluntas hominis in manu vtiq; est dei omnipotentis, qui & quemadmodum iam dictum est, potest omnẽ creatam voluntatem vertere, mutare, & inclinare, quocũq; voluerit, & ideo fuit quidem in dei potestate, vt neq; angel⁹ neq; homo caderet. Sed hoc eorum potestati maluit non auferre, atq; ita & quantum mali eorum superbia, & quantum boni sua gratia valeret consequente experiẽtia demõstrare.

Tertia consyderatio. Diabolus a summo dignitatis loco scilicet a cœlo peccando lapsus est, neq; tentatus, neq; deceptus ab vllo suggestore, & ideo in imũ detruditur, mox finalis iudicij sententiam expertus, tanq̃ non reparandus vnq̃ in mala sua voluntate deseritur obstinatus. Ipse autem homo quia tentatus & suggestione forinsecus facta inuasus peccauit, & non a summo corruit loco. Idcirco ratione congrua non mox sic obstinat⁹ in imum, sed in mediũ quẽdam locum relegatur deo super hominum genus suum misericorditer differẽte iudicium, vt interim homo ipse, per eiusdem dei misericordiam inueniens tam consilium quam auxili-

auxilium euadendi mala corrigeret, & bona repararet. Verum homo ipse, quia per se factus erat miser & miserabilis, dignus ex morte corporis huius in damnationem sempiternã transire, per se ad neutrum erat sufficiens, neq; ad consilium videlicet, neq; ad auxilium. Siquidem totus ipse si esset sibi in hac vita dimissus, semper in miseria esset sempiterna, & aut nõ sentiret captiuitatẽ suã, & ita non intelligeret se indigere consilio. Aut etiam si esset defectum suũ sentiens non posset ex se habere auxilium.

Quarta consyderatio. Huius consilij simul & auxilij super genus humanum primitus inscij atq; ignari fuerunt, tam primi parentes nostri, quam serpens ipse, qui putabat hominum genus iam victum, mortalitatiq; addictum prorsus sub sua potestate habere, possessione sempiterna. Sed per sapientiam dei volentis supprimere hanc serpentis præsũptionem, & ad tempus dimittere hominem profugum a sua facie, eiusdem consilij, & auxilij intimatio non mox ad ipsos nostros parentes male meritos, & adhuc peccatũ suũ excusantes, sed ad ipsum serpentem est facta tanq; hostilis quędam & bellica insinuatio, & dura quædam contra ipsũ futuræ victorię annuntiatio, dicente deo ad ipsum. Inimicitias ponam inter te & mulierem, & inter semen tuum, & semẽ illius. Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius, tanq; dicat, Nunc mulier & vir simul confœderati sunt tibi, nunc tibi consentiunt a facie mea profugi. Ego aũt huiusmodi amicitias dissoluã, atq; inter te & mulierem inimicitias ponam, & inter semen illius benedictũ & semen tuum maledictum. Mulier hęc est quæ in Apacalypsi legitur amicta sole, serpens est draco volens deuocare filium illius. Signum magnum, inquit Ioannes, apparuit in cœlo, mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim, & in vtero habẽs clamabat parturiẽs, & cruciatur vt pariat, & visum est aliud signum in cœlo, Ecce draco magnus & rufus habens capita septem & cornua decem, & in capitibus suis septem diademata, & cauda eius trahebat tertiã partem stellarum, & misit eas in terram, & draco stetit ante mulierem quæ erat paritura, vt cum peperisset, filium eius deuoraret. Apocalypsis sexto. Mulier hæc est sancta mater Ecclesia, mulier fortis

er fortis, cuius pretiũ pcul & de vltimis finibus, Prouerbiorũ. 30. hoc est, cuius pretium, vtpote Christus in cruce immolat⁹, nõ vile, non paruũ, non deniq; de terra, sed a summo cœlo egressio eius. Hęc mulier ab initio quidẽ fuit Christo inpregnata, habens videlicet illum in desiderio, vt nascatur in mundo. Cepit autẽ parturiens clamare, & cruciari, vt pariat, dum iam amicta corona stellarũ duodecim Apostolorũ habẽs natũ sibi Christũ in lege promissũ zelosissime conata est eundẽ Christum in Ecclesiam gentium parere, vt ipse ꝙq; gẽtes fide, spe, & charitate efficiant Christo impregnatę. Ex hac muliere est filia a dño benedicta, virgo Maria, per quam in hunc mundum venit omnis benedictionis semen Christus, sine cuius partu Ecclesia spiritualiter Christum neq; concipere & parere, neq; caput serpẽtis contere re potuisset. Eccl'a igit' Apo'ca in gẽtib⁹ pariẽdo Christũ fortẽ bellatorẽ capita serpentis contriuit, inter quã & serpentem sunt inimicitiæ perpetuæ, quæ & abijciens opera tenebrarum induit dominũ nostrũ Iesum Christũ, & propterea amicta est sole Christo, qui illuminat totius mundi tenebras, quæ & habet lunã mutabilẽ, hoc est omnia huius mundi mutabilia bona sub pedibus, seu affectibus suis, dotata corona stellarũ duodecĩ, id est fide patriarcharũ duodecim tribuum, & .12. Apostolorũ . Serpens autẽ diabolus tũc cœpit esse draco, volens deuorare filium Christũ, quando videns semen mulieris crescere ingentibus contra semen illius seuire cœpit persecutione aperta p cornua & capita sua, id est per huius mundi regna, & principes suæ nequitię ministros, molientes exterminare fidẽ & nomen Christi, quẽadmodum & ab initio semper id conat⁹ est, ne populus permaneret, ex quo nasceretẽ semẽ inimicũ regno eius. Anteq̃ contra fidem apertas persecutiones faceret, serpens erat latenter decipiens, & subdole sese ingerens hominũ mentibus, donec cresceret in draconem magnũ & rufum habentẽ capita multa & cornua, quando per magnitudinẽ potestatũ & regnorũ hui⁹ mundi cœpit ruf⁹ esse sanguine martyrũ.

Quĩta cõsideratio. Misericors de⁹ post peccatũ primorũ parentũ, nõ lõge volẽs cõtinere ĩ ira misericordias suas, memor propositi sui consilium & auxiliũ suũ super genus humanum iam lapsum, eisdem primis nostris parẽtibus insi

 nuauit

nuauit largiens spiritum salutaris fidei in Christum futu rum bellatorem ac saluatorem & ex tunc inimicitijs positis inter serpentem & semen mulieris, initium cœpit esse bellorum domini, initiumq; bellorum iustorum. De quibus scriptura numeri vigesimoprimo. Neq; enim alia sunt domini prælia, nisi illa quibus ex tunc positis inimicitijs inter serpentem & iustos per mulieris semen de potestate ere ptos, hactenus certatum est, & vsq; in consũmationem sæculi certabitur, donec caput seu potestas serpentis nunc insidiantis, nunc aperte pugnantis contra semen mulieris seu Ecclesiæ filios prorsus fuerit contritum per victoriam verbi dei, tradentis totum regnum suum plena pace securum deo patri, euacuata omni potestate hostili.

Longe igitur ante Christum incarnatum, vtpote a principio mundi bellum fuit verbi dei cũ antiquo serpente præliantis in omnibus hominibus expectantibus aduentum eius in carnem in Adam & Eua, in Abel, in Seth, in Enoch, in Noe, in oĩbus sanctis patriarchis & prophetis, atq; eousq; fuit victoria per idem dei verbum seu filium supra serpentem, vt ipse serpens interim, neq; regnaret, neq; dominaretur iustis illis ad perditionem, & mortem sempiternam, tametsi nondum fuerit contritum caput illius, donec veniret vna inter mulieres benedicta, ex qua semen seu carnem, assumens ipsum dei verbum bellator fortis princepsq; totius belli in persona sua propria, & in propria carne ad publicum prodiret, qui caput serpentis contereret, inferni claustra penetraret, semenq; iustorum de potestate eius educeret cœlestisq; regni ianuam aperiret, qui cõtra serpentem illum per vniuersum mundum sui belli vexilla proteđeret. Qui prius inuisibilis inuisibiliter præliabatur per suos milites statuentes cum serpente inimicitias per inuocationem verbi, seu nominis sui futuri bellatoris tandem mundũ ingreditur factus visibilis pugnaturus visibiliter vtens in toto congressu noua belli specie, nihil diabolo extorquens violento dominatu, sed in virtute spiritus arte quadam fallens illum. Ipse nempe quantumuis callidus esset, dum cupiuit ita occidere Christum ipsum, vt prorsus periret nomen illius, fallebatur, putans quod per mortem posset deuorare, id est ad suum regnum & barathrum trahere semẽ seu

filium

filium mulieris benedictæ, sed spes ipsius frustrabatur ipsum, quia dum illi aduersari conatur, magis famulabatur proposito ipsius soluentis morte sua deo patri pretium condignum pro peccatis totius mundi. Vñ qđ in fillo illo sic moriẽte essent benedicendę oẽs gẽtes, serpens ille ꝙtũuis esset astutus, nesciebat. Quod tali bellandi modo, qualem Christus gessit, vincendus esset, forasq; eijciendus propter humilitatem, patientiam, obediendam, & passionem eiusdẽ Christi sese humiliantis vsq; ad mortem crucis, ipse diabol⁹ ignorabat. Si cognouissent satellites eius, nunꝙ dominum gloriæ crucifixissent, Si leuiathan cetus ille magnus in mari, cognouisset hamum ferreum diuinitus statuisse sub mortali carne eius, nunꝙ momordisset carnem illam, qua tegebatur ferrum, conterens caput illius. Sciebat forsitan, aut saltẽ suspicabatur ipsum esse filium dei, & ob salutem venisse humani generis, qui imperabat dæmonijs, & obediebant ei, & (vt inquit Lucas euangelista) Exibant dęmonia a multis clamantia & dicentia, Quia tu es filius dei, & increpans ait, non sinebat ea loqui quia sciebant ipsum esse Christum. Verum tamen nesciebant secretum a sæculis absconditum, qđ scilicet de morte vnius deberet renasci vita omnium.

Ex his ergo patet veritas considerationis quintæ videlicet, quod deus ab initio dum humano generi irat⁹ foret, nõ tamen prorsus oblitus fuerit suę misericordię, sed conuersus a furore suo miserum damnatumq; hominem, alioquim de salutis suæ vita prorsus desperantem, rursus est consolatus, reuelans eidem euadendi consilium, promittens vnicum suum filium saluatorem Christum, dans potestatem rursus ex seruis diaboli filios dei fieri, his qui credunt in nomine ei⁹, non suis viribus fisi, fortiter reluctantes omnibus diaboli machinamentis. Hanc consilij & auxilij consolationem olĩ Esaias testatur se assequutum, dum in spiritu prophetico videns Christum futurum saluatorem ait. Confitebor tibi domine quoniam iratus es mihi, Conuersus est furor tuus, & consolatus es. Ecce deus saluator meus fiducialiter agam, & non timebo quia fortitudo & laus mea dominus Esaię. 12.

Huius ergo consolationis memoriale fuit ab initio mũdi, a generatione in generatiõem, siquidem Christus, vt iam dictum est promissus est Adæ & Euæ, contriturus caput ser

put serpentis, Gene.3. Promissus est Abrahæ benedictur oẽs gentes, Genesis.12.18.& .22. Item promissus est Isaac Genesis.26.& ipsi quoq; Iacob, Gen.28. Benedicentur in semine tuo cunctæ tribus terræ, tanq̃ dicat, per semen tuũ futurum Christum maledictio in miseriam, quæ intrauit p Adam, commutabitur in benedictionem, per semen inquam tuũ quod afferet cunctis tribubus gentium, gratiã, & misericordiã. Insuper & ex Iuda prędicitur nasciturus, expectatio gentium. Gene.49.& Deuter.18. de Iacob stella oritura. Promittitur & Dauidi regi, secundi Regum.7.

Ecquid opus est coaceruare scripturas, cum omnes psalmi, omnes prophetarum libri pleni sunt sententijs, promittentibus Christum dominum esse, qui lumen & vitam daret gentibus. Vñ patres, patriarchæ, & prophetæ veteris populi, quibus deus inspirauit fidẽ & spem redemptionis per eum Christũ dominũ, per omnem scripturę locum, iugiter legunt̃ sperasse, & exultasse in verbo dei, in eloqnijs dei, in iusticia & veritate dei, & in iudicijs iusticiæ, orasse insuper dominum deum secundum verbum suum, secundũ eloquium in veritate sua, & in iusticia sua, nihil aliud sperãtes, nihil aliud orãtes, q̃ consolationẽ, misericordiã olim ab ipso deo promissam atq; iuratam dari per Christum futurũ bellatorem & saluatorẽ quotidie clamãtes. Domine quando consolaberis me? Viuifica me, inquit propheta, secundũ verbum tuum. Suscipe me secundum eloquium tuum, & viuã, & non confundas me ab expectatione mea. Memor esto verbi tui seruo tuo, quod promisisti in verbo tuo. Nam & me sperare fecisti, qui promisisti. Spes hęc me consolata est, inquit, in humilitate mea, humilitatem appellans, nõ eam, quę virtutis est, sed eam quę afflictionis, de qua, vt inquit Ambrosius, loquit̃. Nisi lex tua meditatio mea est, tũc forte periissem in humilitate mea, alioqui nemo perit virtute humilitatis, quę magis seruare cõsueuit. Hoc est ergo quod dicit. Spes vitæ æternæ in Christo Iesu consolata est me, dum premor afflictionibus & aduersitatibus sum humiliatus. Redime me secundum verbum tuum. Secundum eloquium tuum da mihi intellectum & viuam, quia in verba tua super speraui. Vides quoties inculcat iterum atque

iterum

iterum repetens secundum verbum tuum, secundum eloquium tuum. Nihil aliud, vt inquiunt Ambro. & Augustinus, significans, ꝙ secundum verbum promissionis tuæ super aduentu Christi saluatoris, vt veniat, peccatores suscipiat, delicta donet, liberet & viuificet eos. Vnde Ambrosius tractans versiculum, Suscipe me secundum eloquium tuum & viuam. Et non confundas me ab expectatiōe mea. O domine tuo, inquit, te chirographo cōuenimus, nostrū chirographum, quod est mortis, tollas, promisisti chirographum vitæ. Veni ergo suscipe me secundum eloquium promissionis tuæ, & viuam, & non confundas me ab expectatione mea, qua iugiter spero in salutare tuum. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes, quando consolaberis me, dicens. Suscipe me domine secundum eloquium tuum, nihil aliud dicit, quam secundum misericordiam a te promissām accipias me, dicens, Defecit in salutari tuo anima mea, aut defecerunt oculi mei in verbum tuum, non finem, sed incrementum desiderij, pondusque amoris in Christum tunc venturum significauit.

Proinde & ipse cum in oratione dixisset. Veniat super me misericordia tua domine, continuo tanquam exponens quam petat misericordiam, adiecit, salutare tuū, secundum eloquium tuum. Hic & in alijs scripturę locis simul iuguntur misericordia & salutare. Alibi cum dixisset. Ostende nobis domine misericordiam tuam, subiungit, & salutare tuum da nobis. Quod alibi in persona Ecclesiæ veteris populi, orauit propheta, Deus misereatur nostri & benedicat nobis. Illuminet vultum suum super nos, vt cognoscamus in terra viam tuam, quam viam intelligat, cōtinuo exponens, adiecit, In omnibus gentibus salutare tuū. de ꝗ & alibi dixit, Notum fecit dominus salutare suum, In cōspectu gentium reuelauit iusticiam suam. Viderunt oēs fines terrę salutare dei nostri, psalmo nonagesimo septimo.

Vbi nostri interpretes Latini posuerunt salutare, ibi in Hebræorum codicibus legimus Iesum, quibus datur intelligi Hebræorum prophetas expectasse eundem Iesum Nazarenum liberatorem venturum, propter cuius nos nunc gaudemus aduentum.

Quod cu-

Quod ergo propheta dixit, Secundum verbum tuum, aut ſecundum eloquium tuum redime me, aut ſuſcipe, aut li bera me, aut iudica me, hoc alijs verbis dicit, In veritate tua aut in iuſtitia tua redime me, ſuſcipe me, aut iudica me, accipiens veritatem & iuſticiam pro fide ſeu fidelitate & veritate, quam ſeruat deus implendo promiſſa. Fidelis deus in omnibus verbis ſuis. Eſt fides in deo, qua ſeruat promiſſa. eſt & fides in nobis, qua credimus deo promittenti.

Sunt autem huiuſcemodi ſermones ſecundum intellectū iſtum in ſcripturis conſiderandi, qui alioquin videbuntur obſcuri, præſumptuoſi quoq;, & ex meritorum arrogantia pronuntiati, dum petitur redemptio, viuificatio, liberatio, & dei iudicium ſecundum dei veritatem & iuſtitiam.

In huiuſmodi igitur orationibus poſtulabant redemptionem, viuificationem, liberationem, & iudicium ſibi fieri, non iuxta ſua merita, ſed iuxta ipſius dei miſericordiā, petentes ſibi omnia hæc fieri per Chriſtum dominum in carnem venturum, iuxta veritatem ſeu fidelitatē promiſſionis dei, qui talem illis promiſit ſaluatorem futurum, qui opera diaboli ſolueret, & humano generi repararet ea, quæ Adam peccando deſtruxerat. His præmiſſis conſideratis, facilius eſt intelligere opus redemptionis humanę fuiſſe contra diabolum per modum quendam bellandi, in q̄ Chriſtus victor potitus eſt triumpho nobili, ipſumq; proinde iure belli iuſti recuperaſſe prædam ſuam a diabolo.

Sed videbitur forſitan bellum inter Chriſtum voluntarie patientem ſeu morientem, & diabolum ſuggerentē, inſtigantem ſtare non poſſe, propterea q̄ in bellis partes diſſentiunt inter ſeſe, neq; eadem volunt hi, qui inter ſe ſunt hoſtes, paſſionem autem & mortem voluit vterq;, Chriſtus videlicet & diabolus. Voluit diabolus Chriſtum pati, tradi, crucifigi, & mori. voluit & eadem Chriſtus, qui voluntarie eſt paſſus, voluntarie traditus, voluntarie crucifixus et mortuus, alioquin virtute ſuæ paſſionis & mortis, non meruiſſet apud patrem nobis gloriam immortalitatis. Hæc item omnia voluit & deus pater, qui apud prophetam ait. Propter ſcelus populi mei percuſſi eū, ſcilicet filium, Eſa. 53. queādmodū & ipſe ad patrē loquēs, ait pſal. 87. Repleta eſt malis anima mea, omnes fructus tuos induxiſti ſuper me.

Sciendū

Sciendum est igitur. Quemadmodum in corporalibus bellis quisq; pugnat, bellat, militat, qui laboribus, sudoribus, fatigationibus, opus alterius conatur destruere, eumq; extra possessionem eijcere, quod plerumq; contingit prudentia, arte, bonoq; dolo contra hostem, qui meretur illudi, qui & dignus est falli, qui & interdum proprio gladio iugulatur, & fouea quam præparauerat hosti, vincitur ipse, ipse capitur & illaqueatur, vbi & si contingat interdum eos, qui sunt inter sese hostes idem velle, illud tamen quod volunt, non ex eadem volunt intentione, sed in contrarios conantur fines. Sic & in hoc bello spirituali Christus rex noster, dux noster, & princeps, sub q̃ militãt Christiani omnes, pauper, & in laboribus a iuuentute sua per totos triginta tres annos, miserijs, fatigationibus, doloribus, sudoribus, laborauit, patienter ferens contradictores, ad destruendum opera diaboli, sustinens ea ipsa, videlicet opprobrium, contemptum, contumeliam, & demum mortem turpissimam tantam pro peccatis nostris a propria sua carne exigens satisfactionẽ quantũ iustitię dei irati copiose sat esset. Vñ et ista est seruitus, iste est labor ꝓ peccatis nostris, de quibus Christus ipse ad populum loquitur per Esaiam prophetam. Seruire me fecisti in peccatis tuis, prębuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. Ego sum, scilicet, quẽ fecisti in suscepta serui forma propter iniquitates tuas abolendas laborare. Ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor, reduc me ad memoriam, iudicemur simul, narra si quid habes, vt iustificeris, capite. 43. Verum quidem est passionem & mortem fuisse opus dei, & opus diaboli, opus Iudęi crucifigentis, simul & opus Christi patientis. Sed in opere isto aliud intendebãt diabolus & Iudæi Christum crucifigendo, quippe qui conati sunt in illo peccatum simul & mortem in humano genere stabilire, augere atq; perficere. Aliud autem deus pater, & Christus patiendo, quippe qui per mortem illam voluerunt destruere, & euacuare simul & peccatum & mortem. Diabolus & Iudæi, & satellites eius voluerunt quidem effusionem sanguinis Christi, & occisionem agni immaculati, sed in suam ipsorũ perniciem, in nostram aũt salutẽ, quę abscondita erat ab oculis

corum

eorum Illi fuderunt sanguinem, trucidauerunt agnum im maculatum, propinauerunt nobis potum & cibum, nos accessimus, bibimus sanguinem & manducauimus carnem, & spiritum vitæ haurientes viuificati sumus, & de laqueis eorum liberati ambulauimus in fortitudine cibi illius vsq; in montem dei. Ex his igitur manifestum est Christum bono dolo, bonaq; arte atq; prudentia bellasse contra diabolum. Deinde patet eundem Christum in hoc bello vicisse eundem proditorem. Nam si quisq; vincitur & confunditur, dum opus eius, quod desiderabat esse perpetuum, destruitur atq; absorbetur, & auctor ipse operis fugat, vt non amplius dominetur, consequens est profecto diabolum victum esse atq; confusum, dum mors Christi irrogata a ministris eiusdem diaboli per resurrectionis gloriam ad immortalem vitam est euacuata, atq; destructa, & non solũ mors illius, sed mors omnium in corpore eius membrorũ, quæ & dicuntur mori in Christo, dum eorum causam egit Christ⁹ ipse moriendo. Quib⁹ fit vt geminus fuerit effectus huius belli, atq; victoriæ videlicet diaboli fuga atq; confusio & mortis nostræ destructio. Nam Christus dum permisit vitam corporis sui pro nobis liberandis esse sub diaboli potestate, eũdẽ cõfudit suę resurrectionis triumpho. Item diabolus, dum ipsum Christum per suos satellites inuasit, occidens eum innocentem, in quo nihil dignum morte potuit inuenire, reus in causa ista inuenitur, & ideo iusta ratione eijcitur e credentibus in eum, quem iniuste occidit. Quemadmodum si violentus quispiam sit tyrannus, cui a rege est data potestas torquendi maleficos, hic si hac sua malignitate interimat etiam regis filium, in quo nihil dignum morte inuenire potest, dignam vltionem iræ regis super se prouocat, iustaq; lege meretur spoliari potestate sup eos quos possidebat. Insuper & Christus dum in hoc bello certans vsque ad mortem seipsum pro nobis reconciliandis deo patri impendit, culpa & inimicitia dei cõtra nos destruitur, destructa culpa euacuatur mortis causa, euacuata mortis causa, non meretur amplius homo manere sub ipsius mortis aculeo. Per Christum itaq; bellatorẽ fortẽ, mors ipsa destruitur, & diabolus fugatur atq; confunditur, quemadmodum ex multis retro temporibus scriptum erat

in cantico Abacuc prophetæ. Ante faciem eius, scilicet san cti Christi venientis de monte Pharan ibit mors, & egredietur diabolus ante pedes eius, & infra ad deũ ipsum sermonem dirigens. Egressus es, inquit, in salutẽ populi sui in salutem cum Christo tuo. Percussisti caput de domo impij. Caput, inquam, id est, principem hui⁹ mundi, vt illo pcusso, atque eiecto fiat domus dei. Denudasti fundamenta eius, vsq; ad collũ maledixisti sceptris eius, & ideo ego iã p gratiam liberat⁹ gaudebo in domino Iesu meo, quia dominus fortitudo mea, qui & ponet pedes meos quasi ceruorum, vt alacris sim in via domini, & deducet me victor in psalmis canentem. Ex his igitur habes gloriosi prelium certaminis, qualiter redemptor orbis patiendo & moriendo immolatus vicerit super crucis tropheum, habens triumphum nobilem. Hæc cogitare, hæc meditari, his immorari, reddit nobis dominum nostrum Iesum Christum super omnia amabilem, inter omnia quę sub cœlo sunt. Nihil, inquit Bernar. est, quod nostram deuotionem blandius allicit, iustius exigit, arctius stringit, plus accendit & afficit vehementius. Multum quippe laborauit in eo opere saluator, nec in omni fabrica mundi tantum fatigationis assumpsit, absq; vllo labore & grauamine, non prouocatus vllius alterius meritis, creans omnia in sex diebus. Dixit enim, & facta sunt.

¶ Sequitur tertium huius partis membrum, in quo declaratur opus redemptionis humanę factũ p modũ iudicij & iusticiæ.

IAM videamus quonam modo opus liberationis humanæ factum est per iudicium quoddã iustum, seu p sentẽtiã quandam iusto iudicio latam pro homine. Et videbitur forsitan hoc stare non posse. Nam secundum scripturas Christus in primo suo aduentu legitur venisse in carnem humilis & mansuetus, non vt iudex, sed vt iudicandus, vt medicus, vt saluator peccatorum. Filius hominis, inquit scriptura, venit in mundum, non vt iudicet mundũ, sed vt saluetur mundus per ipsum, qui venturus est in fine sæculi, iudex viuorum & mortuorum. Sed his nõ obstantibus ex scripturis supra recitatis manifestum est

eiusdem Christi aduentus. Quemadmodum autem occultum eius aduentum in carnem non cognouerunt principes huius mundi, neq; potestatem eius, quam dedit ei pater super totius mundi animas, neq; spirituale regnum eius, quo regnat in cordibus iustorum, & super omnia dęmonia, non intelligentes in scripturis sacris discrimen inter carnem & spiritum, inter literam mortuam & sensum viuum, inter figuram & rem figuratam, ita neq; cognouerũt spirituale & inuisibile bellũ, neq; occultũ eius iudiciũ contra inuisibilem hostem huius mundi pro populo, qui pręparatus est merito & pretio sanguinis Christi eripiendus a potestate eiusdem hostis. Pro intellectu igitur harum rerum sciendum est quod in rebus huius mundi fit iudicium, dũ examinantur merita, & iusticia fit dum redditur vnicuique secundum meritorum debita, hoc est iudicium facere in pondere id est iudicare in debito meritorum examine, & iusticiã facere in mensura, reddere videlicet vnicuiq; secundũ meritorũ quantitatẽ. Proinde iudicis officium est debito præmisso examine liberare reũ a molestia hostis seu exactoris iniqui. In hoc autem occulto dei iudicio, quo fertur sententia pro Christo & ꝓ populo suo cõtra principẽ huius mũdi, dũ examinantur causæ, in populo reo nõ inueniunẽ vlla merita bona, sed merita dũtaxat mala, quamobrẽ popul⁹ ipse re⁹ iusto dei iudicio reperiẽ esse humiliat⁹ & dãnatus sub diaboli potestate. Merita autẽ bona reperiunẽ in Christo dño vnico dei filio, q seipsũ dedit totũ ꝓ mũdi vita, in quẽ spectãs deus paẽ omniũ iust⁹ iudex decernit iustũ & ęquũ esse miserũ populũ, cui nõ sũt ꝓpria merita bona liberãdũ esse in iusticia meritisq; alienis, hoc ẽ in iusticia vnigeniti filij sui, q ꝓ populo suo reo gratis pati & mori nõ debuit, cui⁹ innocentiã, sacrificiũ preces & intercessiones repellere patri fas nõ fuit. Proinde pẽ mandãs sentẽtiã exequutioni, ejicit hostẽ & iniquũ exactorẽ extra corda omniũ q nõ suis sed eiusdẽ Christi meritis fisi credẽtes inuocãt nomẽ ei⁹. Hoc ẽ iudiciũ, hec est iusticia, de quibus loquunẽ scripturæ sup primo Christi aduẽtu, docẽtes eundẽ Christũ venire ad faciendũ iudiciũ et iusticiam, et ad proferendum iudicium gentibus, ad arguendum & iudicandum populos, ad faciendum iudicium & iustitiam in Iacob, hoc est, iudicium optabile, deside-

rabile, iudicium iucundum, iudicium in fauorem populi rei contra diabolum hostem, hoc est Iudicium, quod desiderauit Dauid. Quot sunt dies serui tui, quando facies de persequentibus me iudiciũ, de persequentibus inquam id est cõtra potestates tenebrarum persequentes amimam meã. Hoc Iudicium ita plenum est gratiæ & misericordiæ, vt sit etiam plenum veritatis & iusticiæ factæ per Christum Iesum, qui contra persequentes animas nostras in se sumit causam nostram. Hoc est iudicium, quod significabat Micheas propheta sub figura temporalis captiuitatis in Babybone faciens ex illa literali historia transitum ad spiritũ Cum sedero, inquit, in tenebris dñs lux mea est. Iram domini portabo, quoniam peccaui ei donec causam meam iudicet, & faciat iudicium meum, educet me in lucem & videbo iusticiã eius, & infra. Non immittet vltra furorem suũ, quoniam volens misericordiam est, reuertetur, & miserebit̃ nostri, deponet omnes iniquitates nostras, proijciet in profundum maris omnia peccata nostra, dabit veritatem Iacob, misericordiam Abraham, quæ iurasti patribus nostris a diebus antiquis, Micheę. 7. tanq̃ dicat. In tenebris sedebo, & iram domini portabo, donec in carnẽ veniat & iudicet causam meam, & tunc reuertetur ab ira ad clementiam, & iniquitates quæ deprimebãt me, sicut talentum plumbi deponet & proijciet in profundum maris, hoc est, faciet eas non apparere, & nõ esse amplius. Aliud ergo longe iudiciũ aduentus nouissimi, aliud aduentus primi. In aduentu nouissimo erit iudicium damnationis malorum, cum videlicet mali a bonis separabũtur æterna diuisione, recipientes supplicia secundum mala sua opera. In primo autem aduentu fuit iudicium saluationis malorum, quo videlicet mali separantur a malis vt non maneant mali, sed boni fiant. & post merita mala, per iusticiam & meritũ Christi potiantur dei gratia, & misericordia. Hęc sunt iudiciũ, & iusticia facta in Iacob, pro quibus orauerunt omnes iusti, atq; prophetæ desiderantes non iudicium retributionis, secundũ suas ipsorum iusticias, sed iudicium salutis secundum iusticiam & merita Christi, quod pro homine reo est iudicium gratiæ & misericordię. Hęc docentes, nõ negamus iustorũ opera meritaq; bona, sed negamus eorũ vt ex inpijs iusti fierẽt

vlla fuisse

vlla fuisse sua ipsorū merita bona. Vnde iudiciū secūdi aduentus erit retributionis secundum hominum opera seu merita bona & mala. Iudicium autem Christi in aduētu primo fuit non retributionis secundū opa, sed gratuitæ saluationis. Proinde & soliū iudicij huius appellatur soliū gratię & misericordiæ. Pręparabitur, inquit, solium eius, In misericordia accedamus, inquit Apostolus, ad thronum gratiæ eius. Hoc iudicio, & secundū hanc iusticiam iudicari postulat, qui nihil de suis viribus, nihil de suis ex se meritis præsumens per gratiam dei miserentis iustus fieri cupit, fisus in iusticia, quę est in pretio sanguinis Christi, & in iusticia quę est in fide & veritate verborum dei, gratiam & misericordiam per Christum dari pollicentis, & in iusticia, quę nobis absq; meritis nostris est a deo patre per fidē in Christum dominum. Hæc est iusticia, de qua propheta loquitur, Annuntiauerunt cœli iusticiam eius, cœlos intelligens homines factos extra terram cœlestes, Apostolos videlicet, & prophetas, & iterum, In conspectu gentium reuelauit iusticiā suā, eā videlicet quę est per Christū saluatorē. Et alibi. Exurge & intende iudicio meo deus meus, & dn̄s meus in causam meam, postulans hoc iudicium. Item Iudica iudicium meū, & redime me ꝑpter eloquiū tuū viuifica me. Propter eloquiū tuū, quo promisisti Iesum saluatorē & dixisti. Qui credit in illum, non confundetur. Item Qui credit in me non morietur in æternum, sed habebit vitam æternam. Hoc est iudicium diuinæ iusticiæ, quod sancti semper cum gratiarum actione ob oculos versant. Christus secundum formā assumpti corporis loquens, pro corpore suo quod est Ecclesia cū dixisset. Os meum anunciabit Iusticiam tuam, mox subijciens quęnam sit iusticia hæc tota, inquit, die salutare tuum, id est Iesum tuum. Introibo in potentias domini. Domine memorabor, inquit propheta, iusticię tuę soliꝰ, psal. 70. Et alibi Septies in die laudē dixi tibi super iudicia iusticię tuę. media nocte surgebā ad confitendū tibi super iudicia iustificationis tuæ, quia in ipsis viuificasti me, Iudicia iustificationis appellans opera nostræ redemptionis per Christum nobis impensa, quibus deus gratis iustificat impium per iusticiā Christi. Idcirco longe a peccatoribus salus, quia iustificationes tuas

ones tuas

& de se, & de altero iuste iudicat. Vnde deus cum per Christum Iesum facit suum iudicium pro nobis, simul & facit rectum iudicium in nobis, quo accusamus nosmetipsos, implorantes ab illo iusticiam per dominum nostrum Christum. Huiuscemodi autem iudicium & iusticia, quæ sic nobis sunt a deo per Christum dominum, summopere veniunt in scripturis sacris consideranda, alioquin ex meritorũ cõfidentia, videbitur forsitã vniuscuiusq; esse petitio diuini iudicij secundũ iusticiam, nisi intelligatur esse iudicium iusticiæ, quo liberamur ab hoste, & efficimur iusti per iusticiam Christi gratis nobis communicatam.

Venit ergo Christus in carnem, non propter eos, quos absque sui gratia præueniente, iustos, innocentes, & iniuriam passos inuenit ab iniquo exactore, ac calumniatore liberandos, sed proprer impios atque iniustos, secundum suam misericordiam ab impijs segregandos.

Sed hic forsitan contrarię videbuntur scripturæ, ex quibus discimus officia primi aduentus esse, liberare pauperes a potente, humiliare calumniatorem, educere vinctos iustos de domo carceris, visitare & consolari plebem suam, iustos pascere, bonis ac rectis corde benefacere, humiles & pauperes spiritu satiare, mysteria salutis reuelare paruulis, ab hostibus protegere, & adiuuare, & suscipere timentes dominum, inuocantes nomen eius, & sperantes in salutari illius. Hæc omnia sunt officia boni, & æqui iudicis, consolari iustos oppressos, protegere, & adiuuare, liberare illos. Verum hic oportet cauere, ne ꝓpter huiuscemodi scripturas faueamus Pelagianę hęresi, quę docet homines per solum lumen rationis internę, ex laudabilibus naturę stimulis posse fieri iustos, Christumq; propter ipsos venisse in carnem, vt esset illorũ ad se confugientium susceptor, & ꝓtector. Scire enim oportet Christum venisse in carnem, nõ solũ vt tales iustos videlicet & pauperes spũ adiuuaret, ꝓtegeret, consolaretur, et susciperet, sed etiam vt nondum tales faceret tales, qui sine gratia aduentus eius in carnem, tales fieri nõ possent. Oẽs quippe filij Adę nati sunt filij irę, filij superbię, filij qui errauerunt ab vtero, filij habitantes in tenebris, & in vmbra mortis sedentes, ignorantes salutis suę viam.

Proinde

de iniuria ac damno, qui etiam talis, tantus, atq; tam potēs & gratus est, vt se intercedentem pro reo non sit fas aut decens repelli. Verum hic sciendum est, quod diabolus suggerens homini agere contra dei mandatum (cum iniuriosus fuerit deo & homini) supra hominem, contra deum, ius nullum habere meruit, quamuis homo sua sponte prętermittēs dei mandatum sub potestate diaboli torqueri dignus fuerit, & ideo deus quamuis hominē peccantem supplicio dignū iusto suo iudicio tradiderit torquendum in potestatem diaboli, ipse tamen diabolus, quemadmodum hominem ex inuidia decepit, sic & eundem hominem sic deceptum, & sibi a deo derelictum non iusticię zelo, sed nequissima voluntate vsurpauit, torsit, atq; afflixit. Istis ergo premissis. Sciendum est quod in hoc iudicio possumus iudicē dicere deum patrem, reum autē miserū hominem, Aduocatū vero vero seu patronum, ac mediatorem pro homine Christum dominū. Calumniatorē vero ac proditorē diabolū, qui vniuersum humanum genus mentiendo fecit esse morti subiectū, qui & propterea dicitur fuisse homicida ab initio. Hūc iudicij modum ex scripturis discimus docentibus Christū esse mediatorem & aduocatum, qui causam hominis peccatoris in se cōtra diabolum susciperet, quemadmodum apud Hieremiam est vox Christi ad patrem pro redēpto populo. Iudicasti domine causam animæ meæ, redemptor vitę meę, vidisti domine iniquitatē illorū aduersū me, iudica iudiciū meū, Thren. 3. Iudicauit dominus causā aīæ Christi, innocētis quādo, (vt Hieronymus ait), mortē eius peruenire fecit ad salutem generis humani & triumpho suę resurrectionis confudit auctores interemptionis eius. Item apud prophetam psalmo nono. Fidelis populus iam liberatus, gratias agit Christo. Confitebor, inquit, tibi domine in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua. Deinde paucis interpositis subiungit. Quoniam fecisti iudicium meum, & causā meam, sedisti super thronum, qui iudicas æquitatem, vbi Hieronymus habet, Sedisti super solium iudex iusticiæ, tanquam dicat, fecisti te iudicem pro me, & patronum in causa mea, tollens peccatum meum supra te, vt pelleres inimici potestatem de me, & frameas id est arma eius, atq; ciuitates destrueres delens chirographum seu mortis obligatio-

nem, quæ erat aduersus me, & ita causam meam suscepisti commendatam, Causam inquam, id est rationem querelæ seu actionem, litem, & controuersiam, quę propter peccatū erat inter hominem, & diabolum. Causam seu querelę rationem habuit homo coram deo, non aduersus deum, sed aduersus diabolum tanq̃ deceptorem, a quo fraudulenter & mendaciter deceptus erat, causam vicissim coram deo habuit diabolus aduersus hominem, suffultus ratione quadā gloriandi de iusta quadam victoria aduersus hominem, quem neq̧ ignorantem, neq̧ impotentem, neq̧ inuitū coegit, sed volentē nullius ad huc erroris nube obuelatū, nulla adhuc lege carnis ligatum in suum traxit consensum, habens etiam in sermonibus suis quasdam fucatis falsitatib⁹ veritates. Vñ hæc diaboli victoria, quę per fallaciā facta est, erat, qualis esse solet victoria sophistarum, qui odibiles coram deo sophistice loquūtur per æquiuocationes, & amphibologias circūueniendo, dicens enim nequaquam mori emini, sed aperientur oculi vestri, & eritis sicut dij scientes bonum & malum, hos suos sermones ita composuit vt sub eijsdem quasdam veras occultaret sententias, non quod veritatem diligens, mendaciū vitaret, aut vitare cuperet (ipse enim mendax est & mendicij inuentor) sed vt mendacium suum occultaret, & prætextu veritatis cuiusdam palliaret, volens mulierem ex eijsdem verbis non veras illas, sed falsas intelligere sententias, quod maliciosa facit calliditate vt dum mulier cuncta contra opinionem suam & spem sentiret euenisse, ipse nihilominus serpens seipsum defendere posset, tanq̃ veracem & omnia vera loquutum.

Vnde & mors quędam, est qua mortui non sunt in die qua comederunt. Est & apertio quædam oculorum & scientia quædā boni & mali, quam acquesierunt legem dei preuaricando, sed hanc non intendebant serpenti consentiendo.

Iusta igitur erat causa aduersus hominem, qui propter suam culpam meruit pati sempiternam mortem sub illius diaboli tyrannide. Aduersus Christum autem nulla erat causa. Solum enim peccatum est mortis causa, quam neq̧ princeps mundi huius diabol⁹ neq̧ Pilatus in Christo potuit inuenire causam mortis, hoc est culpam, in eo quærens per quam ostenderetur reus mortis, venit princeps mundi huius, inquit Christus, & in me non inuenit quicq̃. Item

Pilat⁹

Pilatus, Ego, inquit, non inuenio causam in homine isto, nesciens Christum sua sponte in se suscepisse omnium nostrum causam, & propter nostra peccata præparatam & inflictam illi esse mortem, quia posuit deus in eo iniquitates omnium nostrum, causam tamen ignorans dedit, dum scripsit Iesus Nazarenus rex Iudæorũ, propterea enim mortuus est Christus, quia ipse est Iesus id est saluator rex Iudæorum, quemadmodum & Caiphas ignorans quid diceret, causam mortis Christi prophetico spiritu dedit, Expedit vt vnus homo, inquit, moriatur pro populo, & non tota gens pereat. Ex his igitur consideratis facile est ostendere opus redemptionis humanæ fuisse contra diabolos hostes per causam quandam cõtrouersiæ inter partes iusto iudicio terminatam, & a iusto iudice executioni mandatam totũq; causæ processum esse deductũ per aduocatũ Christũ Iesum, qui apud patrẽ grauiter nobis offensum est propitiatio pro peccatis, & nõ ꝓ nostris tantum, sed & pro totius mundi.

Et quia causa rei est etiam causa aduocati pro reo, idcirco in scripturis, quæ cõpetunt homini reo, ipse Christus tribuit & sibi. Ideoq; sunt & in sacris literis nõnulla, quæ siue dixeris voces esse populi rei, siue vocem Christi loquentis pro homine reo, non aberrabis a veritate euangelij. Christus enim & Ecclesia sunt tanq̃ vna persona, sicut vir & vxor sũt vna caro. Vnde ipse Christus sub vno sententiarum contextu nunc pro se aut secundum suam diuinitatem, aut secundum assumptam humanam naturam loquitur, nunc tanq̃ aduocat⁹ personã induit ꝓ humano genere misero.

Habes igit̃ in hac cã Christũ fuisse aduocatũ ꝓ nobis, deũ autẽ patrẽ fuisse iudicẽ. Vñ ipse Christ⁹ cũ dixisset, Nunc iudiciũ ẽ mũdi, tãdẽ interpositis qbusdã subiecit, q audierit ꝟba mea, & nõ custodierit, ego nõ iudico eũ, nõ enĩ veni, vt iudicẽ mũdũ, sed vt saluificẽ mũdũ, qb⁹ ꝟbis subseq̃ntib⁹ ipse cũ dixerat ĩ superiori loco, ibidẽ, nũc iudiciũ ẽ mũdi, videẽ intimasse nõ se in illo iudicio esse iudicem, sed patrem.

Verũ qdẽ ẽ secũdũ hũc modũ nõ Christũ, sed deũ patrẽ fuisse iudicẽ, sed hoc nõ ex illo verbo cõseq̃ns esse oportet. Nam cum superius dixerat, Nunc iudiciũ est mũdi, nõ de iudicio condẽnationis mundi, sed saluationis mũdi locutus erat, quod est iudiciũ pro mũdo cõtra diabolũ, q eijcit̃ foras.

Cum autem in subsequentibus dicit, Ego non iudico eũ de iudicio condemnationis mundi, qđ erit in fine sæculi, & nõ de iudicio saluationis mundi loquitur, tanq̃ dicat, Si q̃s non custodierit mandata mea, ego nõ iudico eũ, supple modo. Non enim veni nunc iudicare.i. condemnare mũdum, sed saluare. In fine aũt mundi ipse Christus venturus est iudicare viuos & mortuos, qui & tũc iudicio condemnationis iudicabit oẽs, quotquot nõ custodierunt verba ipsius, quia pater nõ iudicat quẽq̃, sed omne iudiciũ, inquit Christus, ipse dedit filio. In iudicio ergo primi aduentus, Christus ꝑ reis peccatoribus est mediator, patronus, & aduocatus, & non modo aduocatus, sed & fideiussor, sese vadẽ ac principalem faciens in causa criminali humani generis, vt ipse exoluat deo patri, qđ miser homo debebat, & soluere nõ poterat. Cæterum & deum patrem in hoc iudicio primi aduentus esse iudicem, ex scripturis est manifestissimum. Nam Christus in passione constitutus, patrem tanq̃ iudicẽ inuocat ꝑ se & pro populo. Voces enim Christi sunt in psalmis pronuntiatæ. Iudica me domine secundum iusticiam meã, & secundum inocentiam meã sup me, psal. 7. Et iterũ, Iudica me domine, qm̃ ego ĩ innocẽtia mea ingressus sum, psal. 25. Et iterum ad patrem ipse loquitur. Iudica dñe nocentes me, & expugna impugnantes me. Apprehende arma & scutum, & exurge in adiutorium mihi. Dic animę meæ salus tua ego sum. & infra in psalmo eodẽ. Exurge & intende iudicio meo deꝰ meus in causam meã, Iudica me secundum iusticiam tuam, & nõ supergaudeant mihi inimici mei. Erubescant & reuereantur simul, q gratulantur malis meis. Exultent aũt & lætentur, q volũt iusticiam meam, psal. 34. cuius psalmi verba sunt voces domini nostri Christi, qui hęc ꝑ spiritũ suũ in propheta loquutꝰ est pro tempore, q̃ ipse in carnẽ visibilis futurus erat. Sic & apud Hierem. voces Christi, vt inquit Hieron. sunt. Iudicasti domine causam animę meæ, &c. In iudicio ergo illo, quo princeps mundi huius cogitur lege iusta genus humanum dimittere, Deus pater est iudex, ipse autem Christꝰ causam nostram agens, iudicari & sententiã ferri postulat in fauorem corporis sui, qđ est ecclesia. Iudica me secundũ iusticiam meam, & secundũ innocentiam meam, & cętera,

tanquam

tanq̃ dicat, Sententiam dicito pro populo meo, cuius causã in me suscepi, qui malũ pro malo non reddidi, omnemque voluntatẽ iusticię tuæ impleui, & adeo pro iusticia certaui, vt mortẽ ipsam crucis subire velim propter delicta populi mei tollenda. Ex alia tamen consideratione possumus etiã Christum cõstituere iudicem in primo ipsi9 aduentu, quẽadmodum Esaias de ipso loquitur. Iudicium gentibus proferet. i. pro gentibus sententiam feret contra diabolum, & hoc est iudicium discretionis. Vnde & populus Christianus gratias agit Christo tanq̃ iudici. In psalmo nono ẽ vox populi fidelis ad Christum. Confitebor tibi domine in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua. In conuertẽdo inimicum meum retrorsum, infirmabuntur & peribũt a facie tua, qm̃ fecisti iudicium meũ & causam meam, sedisti super thronum qui iudicas iusticiam. Christus ergo sup thronum, hoc est super ligneam trabem crucis expansus, fecit iudicium nostrum & causam nostram. Item in psalmo centesimo. Iudicabit in nationibus, implebit ruinas. Vnde Christus ex potestate, quã a deo patre accepit, diabolum iusta sententia iudicat, decernens illum eijciendum esse foras, Bonus iudex desuper constitutus, ex potestate desup accepta, nihil ex arbitrio suo facit, non proprię voluntati indulget, sed sine personarum acceptione iuxta leges & iura eius, a quo accepit potestatẽ, pronũciat. Sic dominus noster Christus constitutus a deo iudex viuorũ & mortuorũ non ex sua potestate decernit quod debitum est, sed quod placitũ est patri. Ego, inquit, sicut audio, ita iudico, sicut audio a patre sententiam fero, pro his, quos dedit mihi pater occulta diuisione secundum iusticię legem, separans & diuidens illos ab hostili tyrannide, delens chirographum peccati, quod aduersum illos erat, tollens illud de medio, & affigens cruci, expolians principatus & potestates, educẽs vinctum de domo carceris, descendens ad inferos, & solutis doloribus inferni eruens iustos patres ob peccatum illic damnatos.

¶ Sequitur huius membri distinctio secunda, in qua communiter de bello & iudicio Christi in opere redemptionis nostræ differitur.

HActenus de bello & iudicio factis a Christo dño sub aduētu illius primo, ꝓlixius forsitā dicta sufficerēt. Verū qa nō pro doctis & eruditis in sacra theologia viris, quib⁹ displicet verborū, & frequens earundē rerū repetitio ac inculcatio, hęc scribim⁹, sed ꝓ tironibus, & incipiētibus sacrę theologię discipulis, quib⁹ dū eadē alijs atq alijs modis repetunt̄, multa clarescūt, quæ latebant, multa q̄q scripturæ loca, quæ viderent̄ obscura, reddunt̄ lucidiora. Hinc ex supradictis super eisdē rebus corrollarias quasdam referemus sententias, quarum Prima est.

Non solū viui, sed & mortuorū iustorū aiæ participes facti istius belli & iudicij senserūt eiusdem belli & iudicij consolationē ꝑ aduentū Christi in carnē, functę illi⁹ gratia & misericordia, quemadmodū in cātico suo ait Zacharias. Erexit nobis cornu salutis ex inimicis nr̄is ad faciendā misericordiā cū p̄ribus nostris, cū patribus inq̄ nr̄is iā olim mortuis, nūc apud inferos expectantibus bellū istud & iudiciū Christi cōtra diabolū, de qua māsione patrū apud inferos, latius in sententia sequenti. Tale iudiciū & iusticiam in spiritu desiderauit & ꝓpheta, Deus iudiciū tuū regi da, & iusticiā tuā filio regis, Iudicare populū tuū in iusticia, et pauperes eius in iudicio. Suscipient mōtes pacē, & colles iusticiā. Iudicabit pauperes populi, saluos faciet filios pauperū, & humiliabit calūniatorē, liberabit pauperē a potēte, c̄.

Secunda sententia. Ex supra dictis manifestū est Christū venisse in carnē, non vt iudicaret. i. damnaret mundū, sed vt saluaret, & nihilo minus ipsum venisse vt faceret iudiciū mundi, tradēs enim carnē suā & sanguinē ꝓ mundi vita. egit iudicium iusticiæ pro mundo, sumēs enim in sese pœnā peccatis mūdi debitam, secundū legē iusticiæ egit cām mundi cōtra diabolū, tā clementer, tamq sapienter negotiū causę nr̄ę corā deo patre deducēs, vt ipse pater iusta ratiōe eijceret eundē diabolū extra regnū, qđ possidebat, & hoc est iudiciū desiderabile, qđ totis pręcordijs desiderabāt prophetę, de q̄ & saluator ipse apud Ioan. loquit̄. Nūc iudicium

ciũ est mundi. iudiciũ appellãs, nõ quo deus in fine mundi iudicabit viuos & mortuos, sed ꝙ deus ꝓ mundo sententiã fert cõtra diabolũ. Quid enĩ est iudicare aliquẽ, nisi ius suꝑ aliquẽ dicere, hoc est, sentẽtiã, aut cõtra illũ, aut ꝓ illo ferre. Iudica me deus, & discerne causam meã. i. ꝓ me fer sententiã. Iudica illos deus. i. contra illos sententiã feras. Pro aliquo sententiam ferre, est illũ iudicare iudicio discretiõis, ꝙ separatur a molestia hostis, vel actoris iniqui. At cõtra aliquẽ ferre sententiã, est iudicare illũ iudicio condẽnationis. Nũc iudiciũ est mũdi. i. nunc ꝓ mundo sentẽtia ferẽda ẽ, et quo nã modo pro mũdo ferẽda ẽ, cõtinuo sequut⁹ explicat. Nũc prĩceps hui⁹ mũdi eijcitur foras. i. extra mundũ, nõ q- dẽ extra cœlũ et terrã, sed foras. i. extra mũdũ illũ de ꝙ dixit. Sic deus dilexit mundũ, vt filiũ suũ vnigenitũ daret, vt oĩs qui credit in eũ nõ pereat, Ioan. 4. de ꝙ loquitur & Ioan. 6. Panis quẽ ego dabo, caro mea est, ꝓ mundi vita, de quo mũdo loquiẽ & in canonica sua. Nolite diligere mundũ, neq; ea quę in mundo sunt. Nã oẽ quod est in mundo, est concupiscentia, &c. Et quia princeps iste extra mundũ talẽ eijci non potest, nisi mundus trahatur e terra. i. e carnali seu terrestri vita in cœlestẽ, cõtinuo subiunxit, & ego cũ exaltat⁹ fuero a terra, omnia trahã ad memetipsum, Ioan. 12. tanquã dicat. Ego cũ exaltatus fuero in cruce eligã mundũ de mũdo, vt exuat veterẽ hoiẽm cũ actibus suis, & induat nouũ hominẽ, qui secundũ deũ creat⁹ est. Hic iã patet qua ratione Christus, q dilexit mũdum ꝑ Apostolũ suum Ioannẽ, prohibet nobis ne diligamus mundũ. Nõ enĩ prohibet talẽ dilectionẽ mundi, qualẽ ipse habuit diligẽdo mundũ, vt expenderet corpus & animã suã pro mundi vita. Quẽadmodum Christus dilexit mundũ. i. hoiẽs mundi huius, odiẽs in eis cõuersationem vanã vitamq; peccati ad mortẽ, tradẽs sanguinẽ suũ vt mundus impius ac mortuus fieret viuus. Ita & nos debem⁹ mũdũ. i. hoiẽs peccatores diligere, sollici ti vt ex impijs fiãt iusti & viui. Et quemadmodũ nobis ꝓhibeẽ vt nõ diligamus mundũ, seu hoiẽs mundi huius ad fruendũ illis, aut vllis rebus huius mundi visibilibus, vt in illis putemus esse beatitudinẽ nr̃am. Ita neq; Christus dilexit mundũ ad fruendũ illo, sed ad eripiendũ illũ de manu diaboli, faciẽs se vadẽ et principalẽ in eã mũdi, q re⁹ ẽ mortis.

Nam ipse

Nam ipse diabolus manum suam misit in Christum tanq̄ in mortis debitorem qui non solum, nihil morti debuit, sed in mundum venit a deo patre missus vt sufficiens pretium pro mūdi vita solueret, ideo ipse homines quos tenebat mortis debitoris iuste perdidit, iustum enim erat vt qui excedebat legem potestatis sibi traditę mittens manum in eum in quo nihil iuris habere videbatur cogeretur iusta quadā dei sententia reddere hominem miserum & captiuum, quē mentiendo deceperat. Verum quia ipse iusticiæ osor nihil sua sponte facit amore iusticię, idcirco non spontaneus exit ab homine, sed inuitus & cum murmure victus abscedit dum præda sua spoliatur & extra regnum fugatur quod possidebat. Tertia sententia

Diabolus quamuis miserat manus suas in Hieremiā & in Ioannem Babtistam, cæterosq; sanctificatos in vtero, qui mox nati nō habuerunt originalis peccati culpam, ipsi tamen per mortem suam patienter toleratam, & suggestione diaboli iniuriose illatam non potuerunt bello quodam & iusto iudicio sic vt Christus vicere diabolum, propterea quod & ipsi sub peccato concepti fuerūt mortis debitores, & ita concepti non potuerunt euadere supplicium mortis naturæ pro peccato illo debitę, nec peccati illius potuerunt habere indulgentiam, nisi per Christi gratiam. Vnde & ipsi pro peccato originali iam remisso debitores erant mortis, & descensus ad inferos vsq; ad Christi mortem exclusi a paradiso. Ioannes mūdatus a peccato originali dixit, Ego debeo a te baptizari. Sepe iā diximus quod ante Christi aduentum patriarcha quisq; & propheta etiam sine macula & ruga ex hac vita demigrans, non in plena pace, nō omnino reconciliatus transierit ex hac vita, manens interim sub quadam ira dei clausus, vinctus, atq; exclusus a regno dei, donec veniret Christus. Vnde & tanquam in ira dei constitutus clamabat, Domine deus virtutis, quo vsq; irasceris super orationem serui tui? Excita potentiam tuam et veni, vt saluos facias nos, qui sedes super Cherubin inuisibilis nobis. Manifestare id est fias manifestus in carne corā Effraim Beniamim & Manasse. Sic ergo quiescentes olim in inferno in sinu Abrahę iugiter suspirabant in Christum saluatorem dicētes. Vtinam dirumperes cœlos & descēderes

res dominae. Sinus Abrahæ, inquit Augustinus, est secretę cuiusdam quietis habitatio omnium fidelium morientium in tali fide, qualem habuit Abraham, ad quos liberandos & beatificandos descendit Christus. Sed an de illis, an de alijs quibusdam sit intelligendum, quod dicit Petrus in actis Christum soluisse inferni dolores, differit Augus. in epistola ad Enodium. Quarta sententia.

Deus pugnat pro nobis, eijcitq; principem huius mũdi a nobis, non quidem inuitis nobis, aut adhuc volentibus permanere sub regno illius, sed ita eijcit, & fugat eum a nobis, vt & faciat nos voluntarie fugere, & recedere ab illo, & ab omnibus consilijs, suggestionibus, & desiderijs eius. Et ita Christus spoliando diabolum præda sua, hoc est plebe sua, non per violentiam acqsiuit ac tenet illam vt inuitã & reluctantem, sed ita acquisiuit illã vt & ipsa cœlitus a deo patre tracta ꝓpria sponte a diabolo recesserit, & redierit ad dominum deum suum. Quemadmodum enim bonus iustusq; rex huius sæculi, in ciues regni sui non admittit hoĩes a sese alienatos, maleuolos, pertinaces, et redire nolentes, quin potius tales in sua malicia perseuerãtes abijcit a facie sua, & derelinquit suo tpe puniẽdos, ita et rex nr̃ Christus secundũ formã serui assumptam in oĩbus suis bellandi modis ad eripiendam Ecclesiam suam a diaboli faucibus tales adhibuit pugnandi atq; vincendi modos, quib⁹ plebem a deo alienatam ad illius amorem prouocaret, faceretq; eam recedere a vana conuersatione huius mumdi, sæcularibusq; desiderijs, vt iam & ipsa plebs velit excludere huius mundi principem, ne regnet in cordibus eorum.

Hanc autem sententiam idcirco adduximus, vt tanq̃ falsa & catholicæ fidei contraria retundatur opinio illorũ, qui existimant Christum sic pugnasse pro nobis, sicq; vicisse diabolum pro nobis iam credentibus, liberatis a potestate illius, vt opinentur per virtutem Christi a solo deo patre omnia suppeditari nobis, nihil operantibus nobis, inanesq; esse labores nostros & frustra esse pugnas nostras cõtra diabolum, homines profecto non intelligentes, neque scripturas, neq; gratiam Christi, neq; misericordiam, neq; iusticiam eius. Christus quidẽ semel in carne pro nobis fecit nostrę redemptionis opera, in quibus ipse derelictus a pa

tre

qui tam presto meam sentio redemptionem. Vnde propheta in psalmis prenuntians istius temporis gratiam, hortatur Ecclesiam vt hoc tempore promat canticum nouū, hoc est vt noua gratiarum munera nouis gratiarum actionibus concelebret. Hac ergo ratione veteres ante Christum non sic vt nunc solennibus gaudijs exitus iustorum hominum celebrabant, Non sic vt nunc inuocabant defunctos patriarchas. Puto, inquit Bernardus, quod arbitretur indignum quantumlibet laudabili morti, quæ Christi mortem præcederet, diem festum impendere, presertim cum ante illam salutiferam passionem nō festiua gaudia, sed claustra tenebrosa morientes quosq; exciperent. Nunc autem pœnis debitis peccato humani generis per mortem Christi exolutis aperta est cœlestis regni ianua, omnib⁹ tā ante Christū, quā post Christū natū credentib⁹. Proinde & iā cōgrua ratione Ecclesia dies festos agit Ioannis Baptistę, sanctorꝫ innocētū, Simeonis, Zacharię, Machabęorū martyrū, & aliorū morientiū ante Christū, qui & si suis sęculis ꝓ Christo morientes transierint ad inferos, mox tamē post Christū passū migrauerūt in cœlos. Fuerunt quidā martyres ante aduētum Christi, sed tamen Ecclesia ratione iusta primitias martyrum in beati Stephani sanguine dedicauit, ipsum Stephanum honorans vt protomartyrem, id est primum martyrem, quia ipse primus est, qui peracto passionis suæ triumpho non ad inferos descendit, sicut martyres ipsum præcedentes, vt Ioannes Baptista, Zacharias, Machabæi, infātes innocētes occisi pro Christo, & cęteri, sed mox migrauit ad cœlos. Vñ & ipse prim⁹ post Christū passū martyr posit⁹ i tribulatione lapidū se prementiū ait, Video cœlos apertos & Iesū stantē a dextris virtutis dei. Qđ autē dicit Luce. 3. Baptizato dño aperti sūt cœli, nō hoc significat qđ tūc scilicet in baptismo Christi aperta sit ianua cœli, sed qđ baptismi sacramētū illic significatū deinceps post mortē Christi sub nomine trinitatis ibidē itimatę dispēsādū aperuit oīb⁹ suscipiētib⁹ illud ianuā regni cœlorꝫ. Et id qdē virtute sanguinis Christi semel effusi. Virtus ergo seu meritū sanguinis Christi præparati ab origine mūdi, a principio quidem vsq; in consummationem sęculi operatur, aliter tamen ante Christum, aliter iam post Christum passum.

initium psalmi q̃ dicit, Misericordias domini in ęternum cantabo. c. qm̃ tu humiliasti sicut vulneratum superbum, et in Brachio virtutis tuę disperdidisti inimicos tuos, disperdidisti inq̃ de cordibus nostris, de quo brachio & prophetissa Maria. Fecit, inquit, potẽtiam in bachio suo, dispersit superbos mente cordis sui. Vnus superbus cõmuni voce a propheta nominatus est superbus, quia rex est super oẽs filios superbię, qui & vocat̃ draco maris magni, hoc est mundi huius princeps, qui vulneribus in carne Christi & effusione sanguinis, ac humiliatione passionis eius vsq; ad mortem sit vulneratus & infirmatus, nõ correctus quidem a superbia sua in humilitatẽ, sed deiectus ab altitudine potestatis suæ, vulneratus quidẽ non penetrata carne, quã non habet, sed percussa potestate ipsius, vt non amplius credẽtibus in Christum nocere possit, neq; tantũ exercere tyrannidis, q̃tum inuidissima voluntate sua furit & seuit. Insup & arma, quibus Christus in carne sua mortali est vsus, etiã intelligere possumus dominicę passionis insignia, clauos, ligneam crucem, lanceam, & id genus alia dominicę passionis instrumenta, in quibus ipse exercens nostræ redemptionis opera diabolũ vicit, vt mereretur accipere regnum super ecclesiã suã, de quo Esaias propheta. Factus est, inq̃t, principatus super humerũ eius, Esa. nono. Itẽ propheta. Regnauit a ligno deꝰ, de quo ligno dixerunt impij Iudæi, Hierem. 11. Mittamus lignũ in panẽ eius. Nõ putetis, inquit Tertul. illic significari lignariũ aliquẽ regẽ, sed Christũ, qui factus est rex secundũ nouũ quendã regnãdi modũ, sustinens lignũ crucis super humerum, apprehendẽs arma & scutũ, clauos, lanceã, & coronã spineam, quibus ꝓ nobis passus meruit apud patrem habere diaboli prędã, de quibus scriptura forsitan loquit̃. Apprehẽde arma & scutũ, et exurge in adiutoriũ mihi. Effunde frameã, & cõclude aduersus eos, & dic aię meę, salus tua ego sum. Neq; erit forsitã intellectus absonus, si & alibi hæc dominicæ passionis instrumenta, dixerimus appellari cornua in manibꝰ Christi, quæ in cruce fuerunt diris clauis incuruatę, de q̃bus Abacuc. 3. Cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius. Ante faciẽ eius ibit mors, egrediet̃ diabolus ante pedes eiꝰ. Cornua in manibus, inquit Hiero. sunt vexilla, & tropęa

crucis

& .3. libris de ecclesiasticis scripturis & dogmatibus ꝓlixe satis disseruimus. Quibus fit, vt Christus auferens bella & arma, quibus hactenus bellatū erat cōtra deū, constituerit quidem nos in pace cum deo patre, relinquens tamē nobis bellum assiduum contra diabolū, simul largiens scutum & loricā, quibus valeamus tuti stare contra illius sagittas & arma, quibus fortiter valeamus resistere ac reluctari oībus consilijs, suggestionibus &, carnalibus desiderijs illius, de quibus loquiť Paul. In carne ambulantes, nō secundum carnē militamus (arma enim militiæ nr̄ę nō carnalia sūt, sed potentia seu fortia deo, ad destructionē munitionū) consilia destruentes, & oēm altitudinē, extollentem se aduersꝰ scientiam dei, & in captiuitatē redigentes oēm intellectū in obsequium Christi, & in promptu habentes, vlcisci oēm inobedientiā cū impleta fuerit obedientia vr̄a. 2. ad Cor. 10.

Deinde & in scripturis membra corporis nostri appellanť arma, quemadmodū Christꝰ membris corporis sui pugnauit contra diabolū, sicuti iam patuit, Ita & nos debemꝰ vti mēbris nostris in pugna cōtra diabolū, dicente Apostolo Paulo, Nō exhibeatis mēbra vestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete mēbra vr̄a seruire iusticię in sāctificationē.

Cæterum vt in corroborationē fidei mysteriorū redemptiōis nostrę videamus ꝙ sit excecatus carnalis Iudęus ex scripturis ꝓpheticis expectans Messiam huius mūdi regē visibiliter triūphantē ex eisdē scripturis ꝓpheticis, quas q̄tidie in suis legit synagogis, nolēs credere dn̄m nr̄m Iesum fuisse Messiā in lege promissum, ꝓpterea ꝙ fuerit pauper, esuriens, sitiēs, cōtumelias passus, afflictus, vulneratꝰ, crucifixus, cū latronibus deputatus, nullū hn̄s in vita sua corporali cōtra hostes bellū aut triumphū regia maiestate dignū. Sciamꝰ ꝓphetarū spiritū per oēm locū passim in scripturis, in lege, & in ꝓphetis fuisse locutū de hoc belládi mō, & de hoc Christi triūpho, & de hostibꝰ ipsius, cōtra q̄s bellaturꝰ erat, eundēq; Christū in eisdē scripturis nunc orare deū patrē pro victoria cōtra hostes obtinenda, nūc vero tanq̄ ipse sit potitus victoria, gratias agere de hac sua liberatione ab inimicis suis, tā visibilibꝰ dęmonū ministris, q̄ inuisibilibꝰ dęmonibus, quos eiecit foras, id est, extra eos, qui fierent membra corporis sui quod est ecclesia.

ibidem aperte docet sese per vniuersam terram etiam super gentes obtinuisse regnum, non corporalibus armis contra homines belligerando, sed per paupertatem, humilitatem, mansuetudinem, veritatem, per passionem & mortem.

Totus iste psalmus totumq; quinquagesimum tertiũ Esaiæ caput sufficerent ad testimonium belli & victoriæ Christi triumphantis contra inimicos suos per passionem & mortem, qualem cernimus completam in eodem domino nostro. Vnde dicere quod iste psalmus & quinquagesimum tertiũ caput Esaiæ similesq; scripturę commemorãtes passiones & opprobria, quę videntur Iudæis Messia, rege indigna ad literam non intelligantur de Christo, sed de Dauid, aut de populo Iudęorũ in psequutione vel a Saul, vel ab Aman, vel a Nabuchodonosor, est domini nostri Iesu gloriam occultare & mysteria fidei Christianæ abscondere, & scripturas propheticas peregrinis expositionibus a mente sancti spiritus alienis deprauare. Neq; decet virũ Christianum huiuscemodi scripturarum intellectum ab Hebræis huius sęculi Iudęis discere. Quamuis enim habeamus ab ipsis Hebræis Hebraicæ veritatis textum, nequaquam tamen ab ipsis, sed a Christo, ab Apostolis eorumq; successoribus debemus inuestigare eiusdẽ textus intellectũ, presertim nunc post Christi aduentum illis in locis, vbi designantur huiuscemodi mysteria nostræ redemptionis, quẽadmodum demonstratũ est in secundo libro de scripturis et Ecclesiasticis dogmatibus. Item psal. vigesimo nono dominus noster Christus gratias agit de hac sua contra inimicos victoria, loquens ad patrem, Exaltabo te inquit deus meus, quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me. Clamaui ad te & sanasti me, eduxisti ab inferno animam meam. Auertisti quidem (paulisper scilicet in passione) faciem tuam a me, & factus sum conturbatus, quoniam ira in indignatione tua, supple erat propter scelera populi, quæ soluenda in me suscepi. Sed & vita in voluntate tua est, vita inquam mundi, qui peccato erat mortuus & ita conuertisti planctum meum in gaudium mihi. Concidisti sanctum meum, hoc est corpus meũ percussisti in cruce, sed circumdedisti me læticia in resurrectione, Ad vesperam demoratus est fletus, dũ mortu⁹ & sepultus fuerã, sed ad ma-

tutinum lętitia superuenit Apostolis de resurrectione mea gaudentibus. Item in psalmo trigesimoquarto dum multa de sua passione dixisset, vtpote de testibus iniquis contra ipsum insurgentibus, & de Iudæis retribuentibus ei mala pro bonis, & de subsanantibus & frendentibus, & congregantibus flagella super ipsum, tandem ait. Confitebor tibi in ecclesia magna, in populo graui laudabo te, Erubescant & reuereantur simul, qui gratulantur malis meis, qui maligna loquuntur super me. Exultent autē & lętentur, qui volunt iusticiam meam, subindicans sese ad ecclesiam hanc magnam in toto terrarum orbe diffusam peruenire per humiliationem suę passionis patienter toleratę.

Præterea in psalmo sexagesimooctauo, ad patrem loquens, postquam varias suæ passionis contumelias & tormenta commemorauit, vtpote quod aquæ tribulationum intrauerint vsque ad aīam ipsius, & quod ipse laborauerit clamans, faucibus suis raucis factis, & quod inimici odientes ipsum sine causa multiplicati fuerint, & quod exoluerit supplicia pro his, quæ non rapuit, & quod deum non latuerunt insipientia & delicta ipsius, quibus scilicet soluendis ipse sese pro nobis vadem & fideiussorem fecit. Inter commemorandum ista, patrem orat ne propter has suas passiones & contumelias erubescant, seu confundantur, aut scandalum seu ruinam patiantur, qui quærunt deum Israel, prænuntiansque mala futura super Iudæos, qui contemnunt ipsum. Tandem generaliter, tanquam sit exauditus dicit. Pauper sum ego & dolens, salus tua deus suscepit me. Hactenus per totum psalmū fuit vox Christi patrem orantis, & plane intimantis sese per humiliationem, paupertatem, contumelias, opprobria, & passiones suscepisse salutem in his, pro quibus orauit. Vnde sequitur vox prophetę in persona fidelis populi agentis gratias super hoc beneficio, Laudabo nomen dei cum cantico, & magnificabo eum in laude. Videant pauperes & lętentur, quoniam exaudiuit pauperes dominus, & vinctos suos nō despexit. Laudent illum cœli & terra, quoniam deus saluum faciet Sion, & reliqua, tanꝙ dicat, Huius mundi homines superbi & vincti seu irretiti compedibus diaboli, efficiantur pauperes atq; humiles, pauperesq; facti videbunt

debunt, quod salus domini dei susceperit Christum pro sua ecclesia factum pauperem & morientem, & hęc videntes lętentur, quoniam dominus exaudit, & non despexit vinctos in nomine Christi ipsum inuocantes. Has, similesq; sententias in locis scripturę plurimis recitat spirit⁹ sanct⁹ tanq̃ prolatas sub persona Christi, quas & ipse Christus dixit, nunc propter suã personam quæ passa est, nunc propter corpus suum, quod est ecclesia, pro qua liberãda vsq; ad mortem agonizauit, adeoq; grandis erat agonia horroris, & laboris, vt dum esset sudor eius sicut guttę sanguinis decurrentis in terram, apparuerit ei angelus de cœlo confortans eum, Lucæ .22. Qui propter nos homo factus est, is & propter nos tristatur, propter nos horret, fatigatur ac confortatur. Cæterum & bellum istud Christi in carne olim visibiliter futurum & nunc gestum contra hostes inuisibiles, designatum est in bellis patriarcharum, ducum & regum populi Israel, quę ꝓpterea appellantur bella domini bellaq; iustorum, eo quod dominus deus dux fuit bellorum horum, eaque sic fieri & scribi voluit tanquam figuras & signa quædam prophetica bellorum, quæ futura erant per dominum nostrum Iesum, & ecclesiam illius, & eorum etiam quę intus tum fiebant per omnes milites filiorũ Israel expectantium dominum nostrum Iesum. Bellũ dei erat Abraham contra regem Sodomorum, Gen. 14. Bellum dei erat Moysi & Iosue cõtra Hierico, contra Say, contra Lob, & Hebron. Bellum domini erat Gedeonis contra Madianitas, Dauid contra Goliam, & contra Philistęos. Sic olim Esaias propheta in bello Gedeonis contra Madian, de quo Iudicum septimo, intellexit bellum Christi tunc futuri contra satanã in persona fidelis populi, loquens ad deum patrẽ, Iugum oneris eius, virgã humeri eius, sceptrum eius superasti sicut in die Madian, quoniam oĩs violenta prędatio cũ tumultu, &c. Paruulus enĩ natus est nobis, Esaiæ. 9. & reliqua, tãquam dicat, Iugum diaboli quod onerabat populum, & virgã exactoris, qua percutiebat humeros eiusdẽ populi, superasti nõ vulgari more, non in fortitudine hoĩm, sed in virtute dei bellãtis pro populo, sicuti bellasti in die qñ Gedeon dux Israel vicit Madianitas, hoc est, absq; vllo exercitu, absq; vlla effusione sanguinis populi, in abscõdita

Ait dominus ad Iosue, Ecce dedi in man⁹ tuas Hierico, & regem eius, omnesq; viros fortes, circuite vrbem cuncti bellatores diebus septem, & sacerdotes clangant buccinis, clamabitq; omnis populus vociferatione magna, & muri corruent ilico, & reliqua, Iosue 16. Ex his possumus colligere aliquot sententias. Prima sententia.

Apostolus Paulus cum dicit, Lex spiritualis est, legē intelligit, non secundū illam solummodo partem, quæ de ceremonijs, oblationib⁹, & sacrificijs, cæterisq; Iudæorum ritibus scripta est, sed & secundum eam partem, quæ scripta est de bellis & prælijs, cęterisq; gestis contra barbaras gētium nationes. Secunda sententia.

Intellectum esse mysticum de Christo domino, & de ecclesia illius in his quæ descripta sunt in quinque libris Moysi, fuit ab initio notum omnibus ecclesiæ patribus, Apostolicis doctrinis hoc ipsum plane asseuerantibus, & non Apostoli solummodo, sed & ante Christum, & ante Apostolos antiqui Hebræorum magistri, simul & prophetæ nos induxerunt, vt hæc in lege Moysi gesta tam in prælijs, bellis & victorijs, quam in ceremonijs & ritibus non sic carnaliter solum, sed & spiritualiter intelligamus. Dauid extensiōem manuum in Moyse orāte, sacrificium quoque & incensum, intellexit figuiare sacrificium in cruce expansis manibus immolatum cum oratione deo patri gratissima, in quo sacrificio verus Israel vincit Amelech, hoc est, diabolum. Nam vox Christi in psalmo loquentis est, Dirigatur oratio sicut incensum in conspectu, eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum.

Tertia sententia Falsa & contra scripturas sacras est opinio eorum, qui putant omnia vitia esse carnis & sanguinis, & dæmones nullam habere potestatem, vt nos incitent ad hoc, vel illud peccatum contra scripturas manifestissimas, tam veteris ꝙ noui testamenti, docentes varias in hominum corda fieri immissiones seu suggestiones per angelos malos, quemadmodum & ipse diabolus immisit in cor Iudę vt traderet Iesum, diabolus vtiq; per Christū dominum eiectus est foras, id est extra mundum illum, pro cuius vita ipse Christ⁹ tradidit carnem suam & sanguinē, non extra mundum istum visibilium elementorū. Nam &

omnium

humana, sed fidelis deus, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis. Porro nō humana ē tentatio, nec aduersus carnem & sanguinem pugna, quando ipse satanas aut transfigurans se persuadere nititur vt eum Angelum lucis arbitremur, aut aliquod horū simile, facit in omni virtute, signis, & portentis mendacibus, & omni deceptione iniquitatis, veluti dum loquens ad aliquem per se vel per quēlibet ministrum suggerit hoc vel illud, dicens. Hæc dicit dominus deus tuus, tunc non quasi caro & sanguis tentat hominem, sed quasi princeps & potestas tenebrarum. Sunt dæmones quidā amoribus & amatorijs canticis seruientes, Alij gulis & commessationibus, alij iracūdijs bellis, inimicitijs præsunt, inter hoēs odia cōcitantes. Vñ & malefici, vt ipsi, teste Hieronymo, fatētur, barbaris quibusdam nominibus inuocant spiritus malignos, qui ad decipiendum adsunt, vnusquisque inuocatus secundum nomen officij sui. Vide super his omnibus Hieronymum in commentarijs ad Ephesios sexto.

Sententia quinta. Ex hostibus tam multipliciter quotidie nos impugnantibus tam intus, quam foris eorumque insidijs tam varijs, laqueisq; tortuosis sumenda est ratio, cur Adam sub innocentiæ statu poterat in paradiso perseuerare sine peccato. Sed nemo in hac peregrinatione etiā gratia iustificatus Christo militans potest nunc sic perseuerare sine peccato, id est quin quotidie peccet, deumq; offendat in multis, vt opus sit illi quotidie orare, Dimitte nobis debita nostra. Sed de his in vltimo tractatu libri hui⁹ latius, vbi tractat de libertate liberi arbitrij post Adæ peccatū.

Hic iam si dixeris. Si bellum seu congressus Christi contra hostes suos fuerit per voluntarias passiones & cōtumelias patienter toleratas vsq; ad mortem, Cur ergo ipse Christus in psalmis & prophetis, tanq; constitutus inter tormenta suæ passionis orat patrem, postulans liberari ab homine malo, & ab inimicis suis, & a persequentibus animam eius, & a labijs iniquis. & cæt.

Pro solutione huius sciendum est, quod Christus non tales sensit hostes contra se, quales vnumquodq; Ecclesiæ membrum, inueniens legem in membris suis repugnantē legi mentis suę, neq; enim princeps mundi huius poterat in

uenire

nem viderunt omnes fines terræ salutare dei. Vnde saluator dicens, Nunc iudicium est mundi, intelligit nunc iudicium salutis instare per vniuersum mundum inter gentes vsq; ad vltimum terræ habitabilis. Deinde priusquam veniret Christus, erat diabolo potestas trahēdi ad inferos omnem hominem etiam quantumuis iustum, quæ potestas ablata est diabolo in Christi morte. Ex his patet qua ratione Paulus Apostolus tempus totum postq̃ Christus venit in carnem, appellat tempus gratię, tempus acceptabile & diem salutis, hoc enim dicit nou propterea quod ante aduentum eius non fuerit gratia, sed quod non tanta fuerit, non tam late dispersa, non tam copiosa, non talis quæ homines iustos hinc demigrantes ab inferno & potestate diaboli prorsus faceret immunes, & mox ad cœlum prouehere posset, donec veniret Christus in lege promissus, qui inferni claustra penetrans, & ianuam celestis regni referans auferret a diabolo potestatem illam. Iam vero si dixerit, quomodo Christus bellator fortis vicit pro nobis mortem, quæ adhuc preualet vniuersis. Neq; enim est homo ĩ terra, q̃ viuat & non videat mortem. Itē si per Christum bellatorem victum est peccatum, quomodo adhuc peccatū habitat in nobis, qua ratione præliandum est nobis. Si culpam terreni parentis euasimus, cur adhuc eiusdem culpæ supplicia sentimus, iam liberati per Christum dominum. Deinde si per Christum victum & mortuum est peccatum in omnibus credentibus in ipsum, qua ratione omnes homines in hac vita per gratiam iustificati, adhuc manēt sub dura necessitate habendi peccatum & sub dura seruitute aliquādo peccandi. Responsio patet ex supradictis ex sententia Pauli Apostoli dicentis, Sicut per vnum hominem Adam mors, ita & per vnum hominem Christum, resurrectio mortuorum. Ex quo consequens est Christum liberasse nos a morte, non vt temporalem mortem non sentiamus, sed vt per temporalem mortem transeamus ad resurrectionis gloriam in vitam sempiternam. Et ita per Christum plane victa est mors, dum ex miseria mortis, quę fuisset sempiterna iam liberati sanguine Christi sumus transferendi per temporalem mortem in vitam æternam. Victoria mortis super corpora hominum in Christo morientium est tempora-

lis. Victoria autem nostra per Iesum in resurrectionis gloria, est sempiterna, sicut & ipse Paul⁹ ait, Cum mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo, qui scriptus est. Absorpta est mors in victoria, quæ sane victoria ad resurrectionis gloriam, non extitisset, si Christus mortuus nõ fuisset. Christus autem mortuus non fuisset, si mors nostra non fuisset. Non fuisset autem vlla mors nostra, si non extitisset vlla peccati in nobis culpa, & ita mors Christi, est mors mortis nostræ, quemadmodum signanter legitur apud Osee prophetam. Ero mors tua o mors, Ero morsus tuus inferne, Oseæ decimotertio. Qui sane propheticus sermo sub primo aduentu Christi descendentis ad inferos, ex parte fuit completus, sed & iuxta Pauli interpretationem prorsus implebitur, cum Christus tradiderit totum regnum suum deo patri per resurrexionis gloriam, plena pace securum. Tunc erit vox insultantium morti. Vbi est nunc mors victoria tua? tanquam dicat. O mors amplius ne glorieris, quia non amplius oppugnabis nos, sed deo gratias, qui dedit nobis victoriam per Iesum Christum dominum nostrum. Interim tamen dum sumus in hac vita, tam lex carnis habitans in membris nostris, quam mors hæc temporalis ex prouida dei dispensatione sunt nobis imposita, vt ipsa sit nobis non tam baculus diuinæ iræ in iugem rememorationem culpæ perpetratæ, quam virga disciplinæ, quæ superbiam terræ & cineris corrigens, docet nos humiliari sub potēta manu dei. De dura vero necessitate habendi peccatum, & de seruitute aliquando peccandi, permanente in omni homine, donec vixerit in hoc mortali corpore, dicetur infra latius, cum tractabitur de potestate liberi arbitrij post Adæ peccatum. Hactenus de bello, & bellandi modis, & de spolijs, & de armis, & de victoria Christi bellatoris fortis, & de iudicio, & de iudice, coram quo, & de personis, inter quas fuit controuersia, dicta sufficiant.

¶ Sequitur huius capituli pars secunda,qua demõstratur in operibus redemptionis esse lotionem, purgationem, sanationem,viuificationem, illuminationem, & diuiditur in duo membra.

IAM videndum est,quemadmodum liberatio a peccatis per Christum dominum nobis impensa, iusta ratione vocetur lotio & purgatio, & quonam modo Christus dicitur abluisse peccata nostra in sanguine suo, & quales res sint in anima peccatori maculæ & vulnera, que remanent,transeunte actu peccati,diluenda aut sananda Christi sanguine, & quonam pacto simul stare valeat, hanc liberationem a peccatis esse mundationem & sanationem, illuminationem,& simul viuificationem, seu resuscitationem a morte. Et viderentur forsitan hæc simul stare non posse. Nam corporeus Christi sanguis semel in cruce effusus, non potest peruenire ad animas nostras, quippe qui iam a Christo recollectus est in corpore eius glorioso. Deinde Christus suo sanguine diluit peccata nostra,aut hęc fecit dũ pendebat in cruce, & hoc non, quia tunc nondum eramus, aut hęc iã quotidie facit,dũ peccata remittit,& hoc videtur stare nõ posse,quia iã non amplius effundit suũ sanguinẽ pro nobis. Deinde si liberatio a peccatis in nobis sit purgatio, aut sanatio,quo pacto poterit esse viuificatio,quod mundatur et sanatur nõdũ est mortuũ,nõ viuificatur aũt nisi quod fuerat mortuũ.

Pro quorum intellectu sciendum est oĩa hæc non carnaliter,sed spiritualiter esse accipienda. Neque enĩ huiusmõi ablutio,qua diluuntur peccatorũ maculę per Christi sanguinẽ, sic est accipienda,quemadmodũ ea quæ in corpore est lotio per aquã aut lixiuiũ, sed specialiter secundũ metaphorã est intelligenda. Quod vt facilius intelligamus ex corporalibus in spiritualia ascẽdamus. Ex scripturis sacris discimus aĩam dũ peccat fieri pollutã seu maculatã, vulneratã et reã, ita vt etiã ipsa transeũte actu peccati, dicatur esse in peccato, & habere peccatũ, manereque vulnerata,infirma,polluta,& rea,deoque inimica. Hęc enim sunt, quæ passim in scripturis legimus. Ad hęc igitur salubriter intelligendũ,Sciendum quod peccatum in se, secundũ rationẽ formalẽ, quemadmodũ hic accipimus,est malũ culpę,quod nihil est aliud, quam deuiatio a legis rectitudine, sicuti peccare,est a lege deuiare.

 Dicitur

Dicitur autē deuiare quasi a via recta declinare, voluntas peccati deuiat, dum secundum actionem aliquam, vel omissionem, aut negligentiam difformiter sese habet ad legem dei, quibus fit vt omne peccatum sit auersio quædam rationalis creaturę voluntarie recedentis, auertentis, seu elongātis sese a deo. Auertit autem anima se a deo, reciditq; ab illo, non semper per actum mentis deum cogitantis, sed interdū etiā nihil de deo, vel illius lege cogitans, velut dū vel negligit habere deū in cogitatione sua, vel incrassatur terrenisq; inmergitur. Vnde hæc deuiatio in sacris literis appellatur error. De quo ꝓpheta, A mandatis, inquit, tuis non erraui. Item dixi semper hi errant corde, Erraui sicut ouis quę perijt. Secundum hunc errandi modum impij dixerūt sapientiæ sexto, Erramus a via veritatis, sic errant omnes, qui operantur iniquitatem. Quemadmodū in voluntate, aut operāte aut omittente, seu negligente aliquid contra dei legem est actualis deuiatio a norma legis diuinę voluntatis, secundum quam deuiationem anima denominatur peccans, seu deuiās a lege iusta, seu actu peccare & actu sese auertere, aut elongare, seu alienare a deo. Ita & actu peccati seu omissione actuali transeūte, remanet deuiatio quædam habitualis, secundum quam is, qui peccauit dicitur esse deuius seu remotus a via salutis, & esse auersus a deo, seu alienatus, & longe factus ab illo, & manere in peccatis & habere peccata, quæ, vt inquiunt Cyprianus & Augustinus, alio momine in scripturis vocantur debita. Vnde etiam homo, dum dormit nihil male agens, ex priori auersiōe actuali manet spiritualiter elōgatus a deo, donec pœnitēdo rursum conuertatur, accedat, & properet ad dominum deum suum Quemadmodum enim filius, qui recedit a domo patris sui, quo magis ac magis longe fuerit progressus, eo magis ac magis fit remotus, manetq; a paterna domo elongatus, etiam si cesset a motu, Ita & peccator dum peccat, sese auertit a deo, facitq; se longe esse ab ipso, manetq; alienatus a deo. Neq; propterea desinit esse auersus, aut remotus ab illo, quod iam cesset ab actu peccati, quemadmodum neque filius desinit esse elongatus a patre propterea, quod sistens gradum non longius in via progreditur. Quamuis autem anima plęrumq; recedit a deo nihil cogitans de illo, non tamē

non tamen redit vnq̃ ad ipsum, neq; propinquat ipsi, neque conuertitur ad dominum deum suum, nisi fide cogitatũ, & interioris hominis facie versa in ipsum. Sic igitur ex corporalium rerum similitudinibus spiritualia declarantes, dicimus animam peccatricem ex peccato semel perpetrato, manere auersam, elongatam, ac remotam a deo, donec ipsa coelitus attracta, poenitendo rursus conuertatur, accedat, & ꝓperet ad dominum deum suum. Quemadmodum animę peccantis discessus a deo non secundum imitatiõem loci est accipiendus (quis enim fugiendo possit longius fieri a deo, cuius præsentia replet coelum & terram?) sed specialiter secundũ actionẽ aut negligentiã voluntatis viã ad deum deserentis, Ita & reditus ipse ad deum fit, non secundum locũ passibus corporis, sed secundum spiritum affectibus mẽtis de peccato suo poenitentis, & sese rursus deo vnientis.

Secundo sciendum est, ꝙ hæc deuiatio, inordinatio, aut peruersitas animę sese auertẽtis a deo (cum sit obstaculum excludens gratiam, vnientem animam suo fini beatifico, a q̃ anima habet esse & viuere) multa secũ affert mala, quæ sunt ipsius peccati effectus & supplicia. Huiuscemodi sunt maculæ seu deformitates, vulnera, seu infirmitates, & reatus. Hæc enim sunt quæ leguntur in scripturis sacris.
De macula ex peccato derelicta patet, Propheta interrogãs, Quis habitabit in tabernaculo tuo? Respõdet, qui ingreditur sine macula, & operat̃ iusticiã. Et alibi scriptura inq̃t, Beatus diues, qui inuentus est sine macula. Item, Beati immaculati in via, Christus exhibebit ecclesiam suam sine macula & ruga. Maculas peccatorum in anima ex similitudinibus rerum corporalium possumus intelligere.

Quemadmodum enim candidum linteum ex supraposito sibi luto, maculat̃, Ita & ratiõalis anima sub deo nobilissima creatura ex suprapꝰsita sibi nube peccati inquinatur, obtenebratur, & obscuratur. Et quemadmodũ in corporalibus rebus fit contactus ex commistione corporum, quę secundum locum sibi sunt contigua, Ita & in anima fit contactus animę per amorem, consensum, aut complacentiam in rem aliquam. Item quemadmodum ex contactu corporũ derelinquitur macula in corpore, etiam contactu trãseunte, corpore videlicet foetido iam separato a candido, Ita et

ex con

ex contractu animę auertentis se a deo, & iūgentis sese rei temporali per amorem & complacentiam, in anima relinquitur macula, etiam transacto consensu, & actuali cōplacentia. Vnde ipsa anima rationalis condita est ad dei imaginem & similitudinem, vt in illo solo quiescat, illi sese iungat tanquam optimo suo thesauro, illique immoretur tanquam fini suo beatifico. Et ideo dum ipsa sese auertit a deo, in carnalia & caduca sese deijciens, iam suæ dignitatis conditionem dehonestat, & fornicando a deo vero suo sponso sese coram deo & angelis eius facit infamem, dum cœlestibus, sempiternis, atq; dignissimis rebus neglectis, sese immergit vilioribus, sese sociat rebus perituris atq; caducis, quibus iam carnalis, brutalisque effecta quodammodo maculatur, & quo magis illis sese immergit, hoc magis recedens a diuina lege, magis inquinatur. Non quod ea, quæ foris sunt in mundo visibilia vllis actionibus valeant in anima generare maculas, sed quod anima ipsa sese inquinat & maculat, dum semetipsam illis per amorem copulat. Hactenus de maculis

Iam de vulneribus & morbis spiritualibus videamus. Patent hęc ex multis scripturę locis. Non est sanitas, inqt propheta, in carne mea, infirmata sunt omnia ossa mea. Itē Esaias de huiuscemodi spirituali languore, & vulneribus animæ loquitur, Omne caput languidum, & omne cor mœrens, a planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas. Vulnus & liuor, & plaga tumens, non est circumligata nec curata medicamine, neque fota oleo. Hactenus ille, capite. 1. docens per metaphoram, quod a principibus, vsq; ad extremam plebem, a doctoribus vsq; ad imperitum vulgus, omnis anima sit ex peccatis vulnerata, qđ & passim insinuat scriptura, docens animam ex peccatis factam esse ęgram & infirmam, & omnia eius ossa esse conturbata & infirmata, intelligens ossa animę esse vires illius, quales sunt appetitus, ratio, voluntas, quas animæ vires sic esse per peccatum vitiatas, docuit & ipse Christus in euangelica parabola, quę dicitur, Homo quidam descendēs ab Hierusalem in Hierico, incidit in latrones, & vulneratus semiuiuus derelinquitur, de quibus alibi latius.

Nunc autem sufficiat vulnera hæc & morbos in anima ex

ma ex vulneribus corporum considerare. Quemadmo- dum corpus ęgrum & vulneratum est, dum membra & vires a suo naturali ordine ita destituuntur, vt non valeant, sicuti integritati naturæ congruit suis fungi officijs in bonum ipsius corporis, Ita & suo modo accipienda sunt animarum vulnera atq; infirmitates, quibus videlicet animæ vires sunt minus habiles, minusq; aptę ad fungendum suis officijs in bonum ipsius animę, quod est recte in lege dei viuere, & adhęrere deo suo beatifico bono. Huiusmodi vulnera sunt, quatuor videlicet, ignorantia seu error vię salutis in ratione, pronitas ad fruendum visibilibus rebus in voluntate, infirmitas in vi irascitiua, pronitas concupiscendi secundum legem carnis contra legem mentis. His autē vulneribus omnibus, totam humanam naturam esse ex peccato primi parentis vulneratam, est ex scripturis manifestissimum. Hactenus de vulneribus animæ, quæ longe lateque declarantur in libro de natura & gratia.

De reatu peccati, multis in locis scriptura loquitur. Cum dicitur eum, qui tale vel tale quid fecerit, reum fieri gehennæ ignis, aut reum mortis, vel æterni delicti, reum corporis & sanguinis Domini. Sicut transeunte opere bono, manet meritum bonum, seu dignitas premij, Ita transeunte opere malo, manet homo dignus supplicio. Reatus itaque est, per quem anima est rea seu digna, quæ puniatur pro perpetrato peccato, qui sane reatus secundum aliquam sui speciem, potest remanere etiam in eo, qui amicus est factus ex inimico, & in gratiam deo reconciliatus. Quemadmodum enim in delictis huius temporalis vitę, cuius quispiam offensor culpam suam agnoscens, plærumque recipitur in gratiam principis, habentis dominium ciuitatis, & tollentis reatum pœnę exterminantis, siue reatum pœnę extremi supplicij, sed non reatum pœnæ corrigentis seu castigantis. Sic & apud deum gratia, qua reconciliamur per Christum dominum, tollit inimicitiam dei, auersiōem & maculas, sed nō tollit semper reatū disciplinę. Quemadmodum bonus pater castigat filiū redeuntē quem diligit, Ita & deus pater noster misericors, castigat omnē filium quem recipit. Hactenus de ratione formali peccati, & de maculis, vulneribus, & peccatoris reatib⁹.

¶ Pro maiori declaratione istorum aliquot adijciemus sententias. Prima. Quemadmodum anima eatenus peccat, quatenus a rectitudine legis deuiat, et quo magis ac magis deuiauerit, hoc magis peccare dicitur. Ita & eadem anima sese maculat, coninquinat, obscurat, & obtenebrat, quatenus obstaculum vel impedimentum inter sese, et lumē diuinum interponit. Quemadmodū vmbra efficitur per interpositionem nubis inter solē & terram, Ita vmbra quædam fit in anima per interpositiōem peccati inter deū & animam. Quodlibet peccatum est quoddam gratię impedimentum, seu obstaculum impediens, ne super ipsam effulgeat diuinę lucis radius, & ideo quodlibet efficit in anima suam maculam, quibus fit, vt tot habeat anima maculas, quot culpas. Et quemadmodum transeunte actu peccati, manet culpa, Ita & transeunte actu peccati, anima remanet polluta & immunda, sicuti fuerat in ipso actu peccati, quia ita est per dissimilitudinē longe a deo, qui est candor & mundicia mentis, sicut fuerat dum peccatū primum esset completum, & sicuti manet auersa, ita & remanet maculata & obscurata, donec reuertatur ad dominum suum, vt rursus candore diuinæ gratiæ illustretur.

Sententia secunda. Quis rationalis anima in presentiarum sentiat vulnera ex peccato primi parentis derelicta in vniuerso genere humano tam in corpore patiens varias imbecillitates & mortem, q̄ in anima, percipiēs in se legem quandam carnalem repugnantē legi mentis, neq; vulnera tamē, neq; maculas vllas ex peccatis proprijs, actu perpetratis, derelictas, sic percipit aut sentit in sese. Sed hęc omnia reseruantur manifestanda in die domini, cū illuminabuntur abscondita tenebrarum, dum & singulæ culpæ, quę transeuntibus transgressionibus manserunt, singulæq; earum maculæ, ceu notæ quædam infamię & dedecoris videbuntur aperte, tam ab anima ipsa, q̄ ab ipsis angelis dei, nisi hic fuerint dilutę Christi sanguine, videbuntur, inquā, non quemadmodum lux & candor, sed quemadmodum absentia lucis, hoc est, quemadmodū vmbrę, obscuritates & tenebræ cernunt̄ oculis corporis. Vnde & ratione congrua ipsa peccata appellantur tenebrarum abscondita.

Sententia tertia. Quis omne peccatum naturę noceat, per

ceat, per nullum tamen peccatum natura humana sic est in deterius mutata, quemadmodum duorum primorum hominum peccato est vitiata. Veruntamen quodlibet etiam in alio homine mortale peccatum nocere peccanti hinc est manifestum, quia quodlibet cum sit gratiæ obstaculum, nõ solum modo gratiam excludit, sed et animam debilitat infirmat & vulnerat, faciens illam minus habilem, magisq; indignam ad gratiæ susceptionem, de quibus latius in libro de natura & gratia.

Quarta sententia ex superioribus consideranda. Aliud est peccare, aliud habere peccatũ seu culpã. Nã qui peccauit, desistẽs ab actu peccati culpã habet, & culpabilis coram deo manet, donec per gratiã dei conuertendo cor suũ ad ipsum, ꝓpinquior ei fiat. Aliud insuper peccati culpa seu malitia, Aliud peccati macula, Aliud peccati vulnus, seu infirmitas ex peccato derelicta, Aliud reatus pœnæ propter peccatum debitę. Item aliud priuatio seu carentia gratiæ, aliud culpa. Aliud proinde est carere gratia, seu non habere gratiam, aliud habere culpam. Carere gratia in se consideratum, neq; est peccatum, neq; est habere peccatum, neq; est pœna peccati, in eo q neq; gratiã a deo vnq̃ accepit, neq; se ad illam habendam indignum fecit. Voluntarie autem facere aut omittere, quo ipse operans vel omittens, efficitur & indignus gratia, & dignus pœna, est iã peccare seu deuiare a deo, seu a lege diuinæ voluntatis. Vnde consequens est, ꝙ hominem habere peccatum seu culpam, est ipsum tale quid fecisse vel omisisse, secundum quod actu adhuc manet elongatus, alienus, auersus seu remotus a deo, quod si tale quid fecerit, sed non amplius, secundum illud manet alien' seu auersus a deo, iam non amplius habet illius facti culpã, veluti dum iam reuersus, & per gratiam factus est propinquus deo, stans in via recta ad dominum deum suum.

Et quia omnis natura tam angelica, q̃ humana, ab initio condita est, vel in gratia, vel in tali perfectione, qua sese poterat ad gratiam desuper accipiendam accommodare, vel saltem sese ad illam suscipiendam facere non indignam, & non minus habilem. Hinc cõsequens est, ꝙ in omni rationali creatura, carentia gratię, iam sit pœna originalis vel actualis culpę, quę orta est ex eo quod ipsa creatura, vel gra-

De his in alijs latius. Sententia sexta.

Intellectis superiorum nominum interpretationib⁹ facilius patere potest, quid sit tollere seu auferre peccata, qd diluere peccatorum maculas atq; reatus, quid item sanare vulnera ex peccatis derelicta, quid viuificare & illuminare. Nam si peccare est voluntarie recedere a deo, & peccasse est recessisse, & elongatũ esse ab ipso, consequẽs est peccatũ nõ tolli, nisi per reditum seu accessum, quo anima ipsa quæ fuerat elongata, fiat deo propinqua. Et quia huiuscemodi accessus, quo anima sic fiat deo propinqua, vt mereatur esse glorię ęternę diuinitatis particeps, fieri non potest nisi de⁹ ipse offensus misereri dignetur illius, quę per peccatũ sic facta est rea, vt perpetuo maneat a consortio dei aliena. Hinc est quod culpa voluntatis sic sese a deo auertentis, tolli non potest, nisi per gratiam dei ꝑ sua misericordia huiuscemodi culpã remittentis. Vnde etiã rationalis creatura immunis ab oĩ peccato, veluti Adam sub innocẽtiæ statu, nõ poterat absq; auxilio gratię deo sic appropinquare, vt mereref acci pere gloriã sempiternę deitatis, quanto magis nũc homo ꝓpter impedimẽtum seu obstaculũ peccati inter deũ & aĩam interpositum indiget gratia diuinæ bonitatis.

Sententia septima. Peccatum quod est ipsius gratię obstaculum, nõ solum modo excludit gratiã, sed & infirmat & vulnerat atq; debilitat naturã, nõ quidem destructis naturalibus potẽtijs, sed ipsis labefactatis, imminutis, & debilitatis naturali suo vigore. Anima quo magis immergit sese terrenis, hoc magis sese a suo fine beatifico elongat, & quanto magis sese elongat, tanto magis indigna fit deo, tãtoq; minus habilis, vt fiat propinqua termino seu fini suo beatifico. Fit autem anima per plura peccata minus habilis ad assequutionem gratiæ & gloriæ propter plura apposita impedimenta, quibus in eadem anima ratio ad cogitãdum ea, quæ dei sunt magis hebescit, magisq; indurescit ad bonum diuinæ charitatis volũtas, magis accrescit bene viuendi difficultas, magis exardescit concupiscentia. Verum tamen est, quod & si naturale rationalis animę bonũ quod est habitabilitas seu capacitas gratię ac gloriæ diuinitatis sempiternę possit per peccatum semper diminui, dum adijciuntur peccata peccatis, non tamen potest totali

¶ Sequitur secūdum huius partis membrum, in quo declaratur liberatio per Christū facta esse per modum lotionis, purgationis, sanationis & illuminationis & viuificationis.

AD intelligendum autem quonam pacto liberatio facta per dominum nostrum Christum, fiat per modū lotionis seu purgationis, sanationis, illuminationis, & viuificatiōis, operę pretiū est aliquot ꝓpositiones cōsiderare.

Prima propositio. Peccatum quatenus dicitur macula, vel secum afferre maculam, congrua ratione dicit tolli per viam lotionis seu purgationis. Quatenus autem secum dicitur afferre morbum spiritualem & vulnera, congrua ratione dicitur tolli per sanationē, & medicinā. Peccatū vero, quatenus dicitur mors aię, vel secū afferre mortem, congrua ratiōe dicitur tolli viuiuificatiōe seu resuscitatiōe largiēdo vitam. Quatenus vero dicitur tenebrę, vel secum afferre tenebras, dicitur tolli illuminatione seu spiritualis luminis immissione. Secunda propositio.

Quia totus effectus operum redemptionis humani generis est tollere peccata, & restituere vitam æternā, quæ per peccatum erat amissa, ideo primum oportet intelligere, quid sit tollere peccata. Ex superioribus patet, ꝙ peccare est a deo seu a lege dei recedere, et qui iam recessit, manet ab ipso remotus, potest nihilominus adhuc abire remotior. Quemadmodum autem elongatio corporum, secundum loci distantiam separatorum a seinuicem, non tollitur nisi secundū loci mutationem accedat alterū ad alterū. Ita & hac in re auersio seu recessus humanę voluntatis a deo, non tollitur, nisi mutatione eiusdem voluntatis redeuntis, ac sese conuertentis ad dominum deum suum, & elongantis sese, atꝙ auertentis ab omnibus huius mundi illecebris, a cogitationibus peruersis, prauisꝙ desiderijs, necꝙ enim ad deum conuertit cor suum, qui sese adhuc terrenis immergit. Et quia huiusmodi conuersio seu accessio, qua voluntas (abnegatis visibilibus huius mundi bonis) ad dominum deum suum accedit, & id quidem tam digne, vt & ipse de⁹ dignetur sese iungere eidem animæ redeunti, fieri non potest nisi per mediatorem Iesum, quem solum deus ipse secundum suam misericordiam humano generi iam perdito,

consti

re & tollere nostrorum peccatorum maculas.

Propositio quarta. Ex his consideratis intelligunt scripturæ sacrę, quibus legantur & peccata tolli, & iusticia nostra esse a deo per Iesum Christum per fidem & gratiā, & per sanguinem, & per passionem, & per redemptionē. Ad Rom. 3. & 5. legimus nos iustificatos per gratiam, p redemptionem, & habere accessum ad deum patrem per Iesum Christum per fidem. Per omnia ista cum legatur iusticia fieri in nobis, in alia tamen & in alia significatione intelligatur prępositio, per, esse accepta. Vnde sol oriēs tollit in aere tenebras, tollit & eas lumen solis, tollit item eas, qui obstaculum remouet, vtpote is qui fenestrā aperit, qua lumen solis intret. Sic peccata, eorumq; maculas tollit deus, tollit & eas gratia dei diffusa in cordibus nostris, & quia Christus suo sanguine, suaq; passione vadem & principalem pro nobis fecit in se suscipiens peccata nostra. Ideo & ipse Christus sanguisq; eius & passio dicuntur abstulisse peccata nostra, eorumq; maculas.

Propositio quinta. Passio olim in cruce tollebat peccata nostra, tollebat, inq̄, tanq̄ opus meritoriū remissionis peccati. Sic & sāguis Christi olim in cruce effusus etiam nūc lauat a peccatis suis eos qui baptizantur, non quod passio illa aut sanguinis effusio semel in cruce facta, quę iam transijt sit causa nūc pręsēs visibiliter hęc agēs in eis qui iam baptizantur, sed quod passio illa, sanguisq; effusio fuerit tunc causa meritoria aquę spiritualis gratię, quæ diffundit in animabus electorum, vsq; in finē sæculi. Quauis itaq; sanguis Christi neq; visibiliter adsit, neq; visibiliter se iungat aut infundat homini qui iustificatur, inuisibiliter tamē adest nō modo sāguis sed et totus ipse Christus p fidem, spem & charitatem inhabitans, possidens, & gubernans animam, quę per gratiam Christi conuersa ad dominum deum suum mirabili quodā & ineffabili modo facta est spiritus sancti templum, habitaculum domini nostri Iesu Christi, sed & totius trinitatis, quēadmodū ipse Christus ait. Pater meus diligit eum, & ad eum veniemus & mansionē apud eū faciemus. Ipse Christus secundū suę diuinitatis pręsentiam nusq̄ abest, secundū aūt humanitatē suā, secundum corpus & sanguinem suum corporaliter residēs

in cœlo

quæ lotione corporali fit ſordida & immunda, ſed quemad modum candor lucis in ſe puriſſimus, emanans ab immen ſo fonte bonitatis. Chriſtus per ſuum ſanguinem, in• quit Bernardus, lauit nos a peccato, non quidem vt aqua di luens & ſordes retinens, ſed vt ſolis radius deſiccans, & rè tinens puritatem. Eſt etenim dei ſapientia vbiq; attingens propter ſuam mundiciem. Hunc in modum dicitur charitas operire ſeu tegere multitudinem peccatorum, non quemadmodũ velamen tegit ſubiectũ ſibi corpus, ſed quẽ• admodum ignis extinguens atq; conſumens frigus, quem• admodum lumẽ a ſole diffuſum in aere, operit & tegit vm bras & obſcuritates eius. Sic gratia Chriſti tanq; lumẽ & candor igneus ſuperinfuſus animarũ mentibus, delet in eis peccatorum culpas & maculas, quę tamen in anima peccã• te ſunt accipiendę, non tanq; qualitates aut habitus praui, aut diſpoſitiones, ſed tanq; priuationes ordinis cuiuſdã ad dominum deum ſuum. Per quamlibet culpam priuatur aĩa quadam ſua propinquitate ad deum, & per quamlibet cul• pam magis alienata a deo, dilabitur in ordinem quendam inferiorem, quo minus eſt habilis ad ſanctam illam cũ deo vnionem, quæ fieri non poteſt, niſi per gratiam Chriſti me diatoris. Et ita gratia ſecundum quam anima coniungitur atq; vnitur deo diffuſa in animam, diluit in illa culpas eo• rumq; maculas. Culpas quidem, dum ab eadem anima tol• lit auerſiones illas, ſeu elongationes, quibus anima ſemeti• pſam fecerat alienã, & elongatã a dño deo ſuo, qui aliquan do eratis, inquit Apoſt. longe, facti eſtis prope in ſanguine Chriſti. Culparum autem maculas diluit, dum ſecundum illã gratiã, anima fit coniũcta domino deo ſuo, atq; ita iam adhęrens eidem domino deo ſuo, ſic fit nitida & illuſtris, vt iam pereant in illa omnes peccatorũ notæ ſeu infamiæ, in quibus ceu vmbris quibuſdã derelictis ex diuerſis culpa rum obſtaculis, priuata erat natiuo ſuo nitore. Ex his igitur manifeſtum eſt liberationem hanc eſſe per viam lo• tionis, mundationis, ſeu purgationis, & id quidem propter effuſionem pretioſi ſanguinis Chriſti effuſi in remiſſionẽ peccatorum, quę ſane ſanguinis effuſio, fuit delectionis pecca torum noſtrorum meritoria cauſa, ad quam reſpiciens tota diuinitas in lauacro ſenſibilis aquæ, inuiſibiliter operatur

lis sub deo cōditore ac beatificore suo, cęteraq; oīa in homīe sub rationali voluntate, sic videlicet, vt rationalis aīa absq; vllo impedimēto, absq; vlla difficultate & obstaculo, habilis esset in deū ipsū ascēdere, vt neq; rō sup via salutis ad verū suū beatificū bonū esset vllo pacto aut ceca, aut cecutiēs, neq; volūtas esset prona sese immergere carnali voluptati, dū neq; insurgeret motus vllius carnis cōtra desideriū mētis, neq; quicq; aut int' in corpore, aut foris in homine turbaret hunc ordinē pacis ac tranquillitatis. Per peccatū aūt protoplasti ordinem istū tranquillitatis et pacis perijsse de humano genere est ex superioribus manifestissimū, secundū scripturas tā veteris q̃ noui testamēti iuxta generalia sī dei nrę documēta, a diuo Paulo iterū atq; iterū repetita, Sicuti in Adā oēs moriūt, ita et in Christo oēs viuificabūt. Sicuti p hoīem mors, ita & p hoīem resurrectio mortuorū. Sicuti p vnū hoīem Adam peccatū intrauit in hūc mundū, & p peccatū mors, ita & p vnū hoīem Christū iusticia intrauit in hūc mundū, & per iusticiā vita, & si quę alia sint testimonia, quę declarāt ipm Adā dū peccauit, in totā suam stirpē misisse mortē, & in se tanq; in radice vitiasse vniuersos suos posteros occulta tabe peccati cōcupiscētię, neminēq; ex Adā nasci, nisi in peccato filiū irę, alienatū a deo, vinculoq; dānationis obstrictū, & neminē ex his maculis liberari, nisi renascēdo p Christū, qđ tā incōcusse, ingt Aug. tenere debemus, vt sciam' eū q hoc negauerit, nullo mō ad Christi fidē, & ad dei grām ptinere. Ex his diligēter cōsideratis manifesta est hæc tertia ꝓpositio. Aīa, qa p peccatū facta est spiritualiter mortua, simul & ceca, infirma, & imbecillis, cōsequens est spirituale mortē, simul et spirituale infirmitatē ac cecitatē ad bñ viuendū simul cōcurrere in eandē aīam. Quis eñ is, q secundū corp' est cec' aut infirm', nondū sit mortuus, tñ q ꝓpter peccatū secundū aīam cecus est, aut infirmus propter idem peccatū spiritualiter est mortuus, quia deus qui per spirituale gratiā suam inhabitans, est animæ vita, secundū huiuscemodi spirituale gratiā adesse potest & abesse vitæ nrǣ substantiali, quemadmodū & ipse per grām suā est aīæ caput nō substantiale quidem, sed aduentitiū. Sicuti est & p lumē fidei aīę rōnalis ocul', q secūdū talis grę bñficiū nō ē ad hoc, vt qualitercūq; videam' necessarius

Habem'

ligat regnum dei & iusticiam eius, totum denicp hominem dirigens in obsequium dei. Quia igitur gratia per Christū nobis facta est animæ nostrę vita, secum afferens lumen q̄ videat anima, & robur seu fortitudinem quo confortatur id, quod est imbecille & infirmum, ideo ratione congrua, redē ptionis opera per Christum nobis impensa, vocantur viuificatio, illuminatio, & sanatio.

Propositio quinta. Iustus quisq̄ per gratiam Christi viuificatus, donec hic vixerit, manet spiritualiter infirmus, imbecillis, & languidus, præsertim propter mortale corpus deprimēs animam, & propter peccatum in carne ipsius habitans. Per quod, iuxta Pauli doctrinam, caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnē, vt nequeat anima persistere immobilis, in his quæ dei sūt, & ideo q̄uis ipsa viuat, exerceatq̄ æternæ vitę opera, tamē discors adhuc suo intestino bello distrahitur, corporecp mortis huius in terrena deprimitur, vt non sine difficultate, nō sine laboris molestia, valeat in bona voluntate perseuerare, & ideo iusta ratione iustus q̄sq̄ in corpore mortis huius, adhuc tanq̄ infirmus, tanq̄ captiuus, tanq̄ in laqueis, & in morte, & in tenebris constitutus, legitur implorare auxilium, orare, vt illuminetur, viuificetur, liberetur, & sanet. Propheta iam illuminatus cognitione legis dei, iam viuificatus, liberatus & iustificatus, iugiter adhuc orabat, Illumina oculos meos domine, ne vnq̄ obdormiam in morte. Notam fac mihi viam in qua ambulem, nō abscondas a me mādata tua. In via tua viuifica me, iudica iudicium tuum & redime me. Propheta si iam viam dei cognoscebat esse Christum, & per fidem in ipsum iam erat liberatus, viuificatus, & saluus, cur ergo adhuc orat postulans doceri, illuminari, viuificari, & liberari? nisi quia sentiebat se nondum a peccato prorsus liberum, nondum ab ęterna morte certum & securum, nondum ab inuasione, impugnatiōe, atq̄ insidijs diaboli tutum, & ideo adhuc sentiēs in se mortem quandam, id est, priuationem quandam spiritualis vitę stabilis & immobilis, iugiter orat & obsecrat, postulans adiutoriū dei assiduū, vt in bono, qđ cœperat, perseueraret, vt magis magisq̄ illuminaret, & corroboraretur in fide, spe, & charitate, donec per Christum vincantur omnia hu-

ius vi-

nostra tradēs illum in mortem, eundemq; faciens nobis suorum testimoniorum viam, de qua propheta. In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicuti in omnibus diuitijs psal. 118. viā testimoniorū dei, inquit Augustinus, nihil certius nihil breuius, nihilq; grandius intelligimus esse, quā Christū, in quo sūt omnes thesauri, scientię, & sapientię dei reconditi, qui non solum est via, sed & vita nostra. Inde & iste ait sese delectatum in hac via sicuti in omnib9 diuitijs.

¶ Sequitur huius capituli pars tertia, declarans quemadmodum in opere salutis nostræ fuerit emptio, redemptio, satisfactio, reconciliatio, & sacrificium diuisa in sex articulos.

Reliquum est iam considerare beneficia nostræ redemptionis per Christum exhibita, esse emptionem, redēptionem, satisfactionem, & reconciliationem, per mediatorem Iesum. Sunt autem hæc secundum rationem distincta a victoria verbi dei per bellum acquisita. Nam, vt ex superioribus patet, quamuis non fuisset vllus humani generis inimicus, & peccasset homo non suggerente vllo inimico, indigeret nihilominus tam reconciliatione, qua reconciliaretur deo patri, q̄ satisfactione pro peccato. Hæc igitur euidentius poterimus cognoscere, si ex superioribus consideremus in scripturis sacris quatuor esse personas, inter quas versatur totum hoc sacratissimum reparationis humanę mysterium, quę sunt homo peccans, deus homini peccanti irascens, diabolus iusta lege hominem puniens, Christus recōcilians. Diabolus & homo quid aduersus deū dicant non habent. Nam vterq; deo iniuriosus fuit, diabolus iniuriam fecit & deo & homini, deo quidem qui hominē dei seruum fraudulenter abduxit, homini autem, quia fallaciter promittendo decepit, & deceptum violenter tenuit. Proinde quēadmodum in diabolo nihil erat, propter quod deus contra illum ad liberandum hominem sua debuit vti fortitudine, aut de celis in terram descendere, ita nihil erat diabolo debitū, ꝑpter quod Christus ad redimēdū hominē debuit suū sāguinē, aut aliud quippiā in pretiū exoluere.

Homo

serijs nostris, qui dicit, Nolo mortē peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat, manifestum est quod nos dum peccamus sub illius ira efficimur, digni profecto qui puniamur semper, si deus ipse rationem districtæ iusticię sequeretur, sed misericordia ipsi⁹ perire non potest, quę secundū vtriusq; testamenti scripturas peccatorum debita seu vincula ęternæ mortis gratis remittit orantibus & supplicantibus his, quos ipse saluare voluerit. Illius igitur gratia & misericordia si sufficiat sola ad tollenda peccata, non videtur opus esse satisfactione vlla præstanda deo. Tertio deum esse iratum nihil aliud est quam deum velle punire propter peccatum, deum autem remittere peccatum nihil aliud est quā deum nolle punire propter peccatum. Quarto quomodo deus pretium & satisfactionem pro debito peccati exigit ab homine, cum homo ipse peccans hęc, nequit prestare, aut si morte Christi satisfactum sit pro me & solutum sit pretium in solidum pro peccati debito, quid mihi quotidie orandum vt remittat debita? Quinto cur deus omnipotēs, cuius sapientia attingit a fine vsq; in finem, condidit creaturas quas nouit tantum facinus perpetraturas, propter quod oportuit Christum innocentem tradere ad mortem, neq; enim oportuisset Christum innocentem pati si non fuisset vllum malum peccati. Cur deus non tales fecit angelos & homines vt peccare non possent? Sexto Christus si vera emptione nos emit, ergo ab aliquo, qui nos vēdidit & pretium accepit. Hic autem non potest esse, neq; deus pater, neq; diabolus. Si dicamus Christum emisse nos a deo patre, quomodo pretium sanguinis soluit illi, qui non delectatur, nec in sanguine, nec in morte innocentis. Non videtur ergo Christi pœna esse pretium, qđ exigit pro peccato deus, cuius voluntas non potuit esse ad mortem hominis innocentis, cum, iuxta scripturam, voluntas dei non est ad mortem etiam hominis peccatoris, sed ad vitam. Nolo, inquit, mortem peccatoris & cæt. Septimo Christus ipse, si nos emit a deo, cui pretium sanguinis soluit, consequens videtur deum vendidisse nos Christo, atq; ita alienasse nos a sua potestate & dominio. Cæterum Christus ipse cum sit vnus deus cum patre & spiritu sancto, Si emit nos a deo, consequens est ipsum nos emisse a se ipso. Nemo au-

tem recta ratione dicitur sibi satisfacere,aut saluere,aut eme re a se ipso,cum nemo sibi ipsi debitor fieri potest. Videtur ergo Christus,qui vnus erat deus,nō venisse in hūc mundū ad soluendū deo pretium pro peccato humani generis. Hęc sunt,quæ ad intelligendū emptiōis & redēptiōis & satisfa ctionis mysteria difficultatē ingerūt,ꝓ qb⁹ operæ pretium est cōsyderationes aliq̄t præmittere. Consyderatio .1.

Quemadmodum seruus rebellis domino suo ad alienū dominum transfuga,aufert domino suo,quod illius est, debitum videlicet honorem & seipsum totum,qui non suus, sed illius est,& idcirco obligatur non solum seipsum restituere rursusq; subijcere se vero domino suo,sed & satisfacere pro offensa in dominum commissa. Ratione etenim soli us offensæ dignus est pœna,mereturq; pro compensatione iniquę voluntatis,seu iniqui actus humiliare se, aut subiectus esse disciplinæ. Ita & omnis rationalis creatura dei ab ipso habens totum quod habet,si in deum peccat, rapit quod illus est,honorem videlicet dei,& seipsum totum,qui non suus,sed dei est. Solus honor & totus, quem rationalis creatura deo debet,& quē ipse ab illa exigit,est obedi re illi,illū & diligere,et colere,vt summū et beatificū bonū. Iubet autem deus,vt sibi obediamus,non suę voluptatis aut vtilitatis causa,sed propter vtilitatem nostram. Nobis enī summa vtilitas est, atq; fœlicitas voluntarie diligere ipsū, & honorare,illo frui,illius legi obedire,non quod nos hæc facientes aliquid deo conferamus,sed quia hęc faciendo,debito fungimur officio,& finem,in quem creati sumus,attigimus. Secunda consyderatio. Rationalis creatura ad dei imaginem & similitudinem condita, dum solo deo fruitur,in rerum vniuersitate seruat pulchritudinem ordinis sibi diuinit⁹ pręscriptam. Dum autem deo neglecto per amorem sese iungit visibilib⁹ rebus,aut creaturis vllis, qui bus fruatur, tum perturbat quidem hanc diuini ordinis pulchritudinem, sed tamen nequit se prorsus eximere ab omni ordine diuinæ potestatis iusta ratione ipsum ordinantis in pœnam,atque miseriam,quam patiatur inuitus qui quod sibi placuit contra legem diuinæ voluntatis fecit voluntarius. Tertia consideratio. Sicut ergo natura rationalis,dum vult deo esse subiecta, dum illo fruitur, dum sese

dum sese sub illius obedientia seruat tum honorat ipsum, il
licq; præstat, quod debet, non quia deo aliquid conferat, sed
quia ipse erga illum talem sese exhibet, qualis debet esse.
Ita & ipsa rationalis creatura dum peccat, nolens esse sub-
iecta diuinæ voluntati, rapit quod dei est, non quod diuinã
potestatem, aut dignitatem aliqua ex parte minuat aut le-
dat, sed quod amorem ac obedientiam debitam deo non ser
uat. Et quemadmodum homo dum peccat, rapit quod dei
est, ita & deus cum punit, rapit quod hominis est. Quem-
admodũ homo rapiens, quod dei est, nihil illi infert lesiõis
aut detrimenti, ita deus auferens quod hominis est, nihil ac
cipit vtilitatis aut emolumenti, sed vtrobiq; tam lucrum
quam damnum cedit homini. Nam dum homo rapit quod
dei est, non deum, sed seipsum ledit, turbans iusticiæ ordi-
nem diuinitus constitutum in suam vtilitatem & commo
dum. Dũ autem deus aufert quod hominis est, non sibi cõ-
modũ, sed homini facit supplicium debitum seruans iusti-
ciæ ordinẽ, inferens inuito pœnã, quã cõmeruit. Sic enim
dedecus peccati emendat decore iusticię. Ex his sequi
tur cõsideratio quarta videlicet, quod & si rationalis creatu
ra diuinæ legis ordinationi nolit subiacere, ordinationem
tamẽ volũtatis & potestatis diuinę nequit effugere, q̃a si fu
git ordinẽ diuinæ volũtatis iubentis, currit in ordinẽ diui-
næ volũtatis punientis. Et ita p̃ hominẽ peccãtẽ impossibi
le est deũ honorẽ suũ p̃dere. Aut enĩ homo soluit sua sponte
deo honorẽ, quẽ debet, obedientiã videlicet illi debitã, aut
de⁹ ab homine inuito accipit honorẽ suę iusticię, ingerens
peccati pœnã, & suppliciũ qđ cõmeruit. Sẽper ergo de⁹ ho
minẽ sibi seruat subiectũ, si nõ volũtariũ, saltẽ iuitũ eũ sibi
subijcit torquẽdũ. Et ita de⁹, dũ in suo vniuerso singulis q̃-
busq; creaturis rationali mente preditis congrua & con-
digna meritis tribuat, nihil turpe in suo imperio esse per-
mittit, qđ non pulchritudine quadam rursus ornet. Hęre-
ses cæteraq; crimina deus permittit esse in regno filij sui,
vt qui probati sint, manifesti fiant. Sic vasa iræ in locis &
temporibus congruis, inquit Augustinus, ordinanť, vt etiã
deus de ipsis faciat notas diuitias gloriæ suę in vasa miseri-
cordiæ, quę de massa damnationis segregantur, vt fiant
vasa in honorem, non suis meritis, sed per gratiam illius.

Pœna peccãti irrogata honor dei eſt, quia eſt opus in atteſtationem factum diuinę iuſticię, ſecundum cuius pulchritudinem decet peccatum non manere impunitum. Quinta cõſideratio. Rationales creaturas fecit deus non ſolũ, quas ſub ſua obedientia atq; iuſticia nouit permanſuras, ſed etiam, quas nouit fore non obedientes, quas condidit liberi arbitrij, non vt peccarent, ſed tales, quę peccare poſſent, & nõ peccare, vt eſſent ornaturę vniuerſum & pulchritudinem ordinis diuinæ poteſtatis, ſiue peccare, ſiue non peccare vellent. Proinde quamuis ipſa peccata peccatorumq; ſupplicia vtpote calamitates, & miſeria condicionis humanę non ſũt perfectioni, aut pulchritudini vniuerſarum creaturarum neceſſaria, neq; congrua & decora creaturis ipſis in ſe conſyderatis, quatenus a deo conditis, Ipſa tamen miſeria eſt congrua & decora creaturis deo inobedientibus. Deinde quamuis ipſa peccata non ornant, neq; vniuerſum, neq; rationales creaturas, quibus illa inſunt, ipſę tamẽ creaturę, quatenus ſunt rationales, liberiq; arbitrij, & tales quæ poſſunt peccare & non peccare, pulchra quædam ſunt entia, quę ad dei maginem & ſimilitudinem condita vniuerſum ornant, quę ſi velint peccare, pulchrum eſt, miſeras ſubiectaſq; manere voluntari diuinę iuſticiæ. Si peccare nolint, pulchrum eſt illas fieri beatas. Si pœna ſeu miſeria eſſet, non pręcedente vlla culpa, deformis videretur ordo, totiuſq; vniuerſi adminiſtratio. Rurſus ſi peccata fierent impune, ſimiliterq; faceret deus peccãti, & nõ peccanti, nõ reluceret in vniuerſo perfectio diuinę iuſticiæ dehoneſtaretq; iniquitas ordinem vniuerſitatis. Ex conſiderationibus ſupra dictis inferunt cõcluſiones corrollarię. Prima eſt. Quamuis peccatum deturpat & dehoneſtat rationalem creaturam, non tamen ob id vituperandus illius creaturæ autor, quippe qui in illa peccatum non condidit, ſed rectam ab initio fecit, & talem quæ libera voluntate poſſit peccare & non peccare. Secunda concluſio.

Quuis peccatum eſſe in rationali creatura ſit turpe, tamen pulchrum eſt adhibere ſupplicium creaturæ peccanti. Nã pulchrũ eſt pœnam atque miſeriã locare in ſuo loco ex ordine, vbi illã congruit eſſe. Quemadmodũ enĩ premiũ cõgruit merito bono, ita & ſupplicium congruit peccato.

Proinde

Proinde exilium a paradiso, mortalitas atq; miseria conditionis humanę, ornant filios Adę, quia congruũt peccato Adæ, non custodientis paradisum. Si peccatrices aiæ permitterentur habitare in sublimibus locis, turpe atque indecorum esset, qa non conueniunt illis, quibus nec bene vti, nec ornamenti aliquid adferre possunt. Si sceleratũ hominem cum eadem malitia voluntatis ad sedem honorum sempiternam videmus eleuari, quis nõ offunderetur super iusticiam diuinæ voluntatis. Rursus si pium, si sobrium, castum, iustum videremus deijci in sempiternum exilium, quis non turbaretur super diuinæ bonitatis prouidentiã? Virum autem sobrium, moribus ornatum, iusticię zelatorem, si videamus ad tempus ab ipsis iusticię persecutoribus patienter ferre tormenta pro iusticia, pro dei honore, et salute reipublicę, quis non laudabit in illo animi boni constantiam ac fortitudinem? Proinde, quemadmodum & patebit in solutione argumenti septimi, adducti in principio libri, Miseria, mortisq; supplicium voluntarium ornabant dñm nostrum Iesum Christum, qui propter homines, & propter nostrã salutẽ descendit de cœlis, vt incarnatus, nostras miserias indueret voluntarie, qui in sola dei forma manens pro malis peccato nostro debitis pœnas ferre non poterat. Hic iã si dixeris. Pœna comitatur sceleris autorem, neq; in vniuerso pulchrum est eum puniri, qui neque peccauit, neq; commeruit quicq; vt puniretur. Respõdeo duplex esse pœnæ genus. Quędam est pœna diuinę vltionis super inuitum, & hanc decet esse super eum solum, qui peccatum fecit. Alia est pœna diuinæ placationis voluntarie assumptæ aut toleratę, & hanc pulchrum est esse in eo, qui ad dei gloriam pro iusticia & salute aliorum vult pati. Deus q̃uis non delectetur in pœna aut in morte hominis innocentis, vtiq; tamen cõplacet ei charitas, bonaq; voluntas illius pro salute multorum patientis. Sexta cõsideratio. Ad intelligendum vim & efficaciã satisfactionis, emptionis, & meriti Christi pro nobis operantis, intelligenda est in Christo sub vnitate personę, formarũ seu naturarũ diuersitas. Deitas enĩ in Christo, anima rationalis & caro, sunt in vnitate personæ, quæ sane naturarũ diuersitas ad hoc valuit, vt quod opus erat fieri ad hominũ instaurationem

rationem faceret atq; suppleret diuina natura, vbi deficeret humana. Et vbi opus non conueniret diuinę naturę exhibe ret humana, vt non alia persona, sed eadem esset deus & ho mo, qui totum opus redemptionis perficeret, & per naturā humanam ex Adam solueret pro peccato, qđ genus Adæ debebat, & per diuinam faceret, quod humano generi expe diebat. Ex hac consideratione sequūtur conclusiones.

Prima. Secundum huiuscemodi naturarū in Chri sto diuersitatē fit, vt & sit in Christo gemina vita, Increata videlicet, quæ est sempiterna deitas, & creata, quę est huma na natura ex carne & aīa rationali cōsistēs. Gemina itē sa pientia, gemina potestas, gemina voluntas, creata videlicet & increata. Rursus creata voluntas in Christo est gemina. Vna est naturalis secundum sensum carnis naturaliter vi tam appetentis, & mortem horrentis. Altera rationalis, se cundum rationem mentis decernentis vitam esse dandā ꝓ liberandis fratribus, & ideo Christus recte dicitur petere, aut velle, aut nolle, aut fugere id quod caro illius secundum sensum corporis vult, appetit, & fugit, q̄uis secundū ratio nalem voluntatem id neq; velit, neq; appetat, veluti cum di cit, Non sicut ego volo, sed sicut tu vis, significat se velle ali quid fieri, quod non vult fieri. Secunda conclusio.

Propter diuinam & humanam naturam sub vnitate ꝑ sonæ, triplex operum genus in sacris literis reperitur Chri sto attributum. Primum genus operum eorum, quæ sunt solius dei opera. Deinde opera, quæ non possunt esse nisi o pera hominis, quæ deitati conuenire non possunt. Postre mū est eorū, quæ nō possunt esse nisi opera illius, qui simul est de⁹ & homo. Vnde viuificare, iustificare peccatū remit tere, & id genus alia, sunt solius dei opera. Obedire, orare, sacrificare, ꝓ iusticia certare vsq; ad mortē, deo gratias age re, nō possunt esse nisi hoīs aut rationalis creaturæ opera. At vero emittere spiritū, & ꝓ volunte ponere animam, & iterum sumere eā, resuscitare se de morte, pretiū condignū soluere ꝓ peccatis totius mundi, nō possunt esse opera nisi illius, q simul est deus & homo. Diximus autem de his prolixe in.3. libro de ecclesiasticis scripturis & dogmatib⁹., capi. primo tractatus tertij. Ex his iam potest esse manifesta conclusio tertia. In Christo secundum hu manā

manã formã fuit verus dolor, verus pauor, & timor, vera si-tis & esuries, Vere(inqt Esa.)dolores nños ipse tulit. Sed hęc oia in illo erant sub potestate suę benedictę voluntatis. Oblat⁹ est quia voluit, & qñ voluit, cœpit tedere, pauere, et mœstus esse cum sibi placuit, & q̃ diu placuit. Verã naturam humanã passibilem habuit, cõstitutam ex vera rõnali aĩa, & vera carne passibili, & ideo secundũ voluntatẽ quan dã naturalem infirmę carnis mortẽ fugiẽtis, mortẽ noluit, cui⁹ naturalis volũtatis desideriũ, ipsa in eo rõnalis voluntas creata diuinitati ad instructonẽ nr̃am intimauit, qđ & subiectũ esse voluit diuinæ volũtati, dũ & sibi placuit desideriũ illud, seu naturalẽ mortis horrorẽ in carne sua esse, vt pro peccatis nr̃is possit pœnitentiã agere, & per mortẽ suã nos deo patri recõciliare. Quarta conclusio.

Verus in Christo dolor secundũ doctrinam sanctorũ, ex scripturis sacris fuit maximus super oẽs pręsentis vitæ dolores, quos vnq̃ sustinuit in hac vita vllus hoĩm. Qđ sancti patres colligũt ex. 4. causis simul iũctis, quarũ colectio nũq̃ talis in aliq̃ alio hoĩe fuit, quæ sunt, Multitudo rerũ dolorẽ ingerẽtiũ, viuacitas sensuũ, tã interiorũ q̃ exteriorũ in cõplexione sua tenera & nobilissima, destitutio oĩs solatij dolorẽ mitigantis, ardentissima charitas ipsius, volẽtis copiose satisfacere, ac luere pœnas p̱ peccatis totius mũdi. Ex his causis simul collectis, nullus vnq̃ alterius hoĩs dolor est cũ illius dolore cõferendus. Ipse nãq; sustinuit oĩm passionum species, passus ab oĩm hoĩm generibns, a põtificibus, a principibus, a gẽtibus, a cognatis, a suis discipulis fugiẽtibus, a Iuda traditore, a viris, a fœminis, passus in fama, in honore p̱ blasphemias, cõtumelias, & falsa testimonia, passus in reb⁹, spoliatus vestibus, in corpore, in aĩa, in oĩbus mẽbris, secundũ oẽs aiæ vires, secũdũ oẽs corporis sensus. Oĩa horrẽda, oĩa tristia, in capite spinea corona, in qua sentiret peccatorũ nostrorũ spinas, in facie alapę et sputa, super oculos velamẽ, in gustu fel & acetũ, in auditu cõuitia & iniuriæ. Passus tã in ecclesiastico q̃ in sęculari iudicio turpissimũ et iniuriosissimũ mortis gñs, et id qdẽ in loco vilissimo, et cũ vilissimis ac sceleratissis, nõ accelerato mortis supplicio, nõ ferro trũcat⁹ (vt Paul.) nõ igne absumptus (vt Lauren.) nõ lapidatus (vt Stephan.) non fluctibus demersus, non alia

quauis

quauis morte celeriter transeunte præuentus, sed tempore longo appensus cruci, manibus, pedibusq; confixus in carne tenerrima, & complexione nobilissima, perspicacissima & viuacissima mente apprehendens nostra peccata, esse oēs suorum tormentorum causas, contristatus propter omniū hominum scelera, propter cecitatem Iudęorum crucifigentium secundum suæ voluntatis arbitrium, tam intus, q̄ foris destitutus omni solatio, quo minueretur illi tristicia aut dolor. Hæc sunt quæ palam euangelica nobis pandit historia, quæ & in propheticis scripturis, & præsertim in psal. multis annorum centenarijs erant super futurum Messiā pręnuntiata, quæ & Christus ipse ad patrem loquens, & sanctissimę suę passionis sacramenta commemorans describit. Vnde totus psalmus. 87. est vox Christi ad patrem dicentis, Domine deus salutis meę in die clamaui et nocte coram te. Intret oratio mea in conspectu tuo, inclina aurem tuam ad precem meam, quia repleta est malis anima mea. Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber, destitutus videlicet omnis auxilij tui solatio, sicut destituuntur vulnerati, dormientes in sepulchris, qui tamen inter oēs mortales solus liber & immunis eram a peccato. Super me confirmatus est furor tuus, & omnes fluctus tuos induxisti super me. Longe fecisti notos meos a me, posuisti me abominationem eis, & infra. Pauper ego sum, & in laboribus a iuuentute mea. Cum dicit, Factus sum sine adiutorio. Super me confirmatus est furor tuus, omnes fluctus tuos induxisti super me, significat se prorsus esse in pœnis derelictum a patre, cuius furor, seu poti⁹ ira (vt inquit Hieronymus) erat super ipsum, dum omnes fluctus .i. vniuersa genera afflictionum posuit super ipsum, percutiens eū grauissimis pœnis atq; doloribus propter scelera nostra, quæ grauissimis & sempiternis pœnis erant digna. Vnde non pro vno solum peccato, qd' per vnum hominem intrauit in vniuersū genus humanū, sed ꝓ oīum hominū peccatis passus est Christus, quia posuit deus in eo iniquitates omnium nostrum, Esaiæ. 53. Sicut in populo Iudęorum, & in vniuerso genere humano a planta pedis, vsq; ad verticem, id est, a maximo vsq; ad minimum non erat sanitas, Omnes enim declinauerunt, & inutiles facti sunt. Ita & in carne

carne domini nostri Iesu a planta pedis vsq; ad verticem capitis sui nō erat sanitas, omnibus membris suis benedictis sauciatis, cesis, & flagellatis, vt pro sanandis omnibus mystici corporis sui membris omnia carnis suæ membra sentirent vulnera. Quemadmodum synagoga Iudęorum grauiter afflicta, & in Babyloniorum captiuitatem deducta, deplorabat olim suam miseriam, tanq; maiorem cæteris omnibus. Vide domine & considera, quoniam facta sum vilis. O vos omnes qui transitis per viam attendite, & videte, si est dolor sicut est dolor meus. Quoniā vindemiauit me dominus, id est de vinea sua succidit me, tanq; sterilem, & infructiosam, vt locutus est in die furoris sui, Threnorū primo, & infra. Audite obsecro vniuersi populi, & videte dolorem meum. Ita & Christus in multis psalmis, & prophetis tormenta suæ passionis commemorat, tanq; cæteris omnibus aliorum hominum passionibus grauiora.

Vnde & in eisdem threnis Christus sub figura Hieremię designatus ad diuinitatem loquens, Factus sum, inqt, in derisum omni populo, canticum eorum tota die repleuit me amaritudinibus, inebreauit me absinthio, recordare paupertatis meę & transgressionis absinthii, & fellis, & infra. Vidisti domine iniquitatem illorum, furorē, opprobrium eorum, omnes cogitationes eorum, & meditationes eorum aduersum me, Threnorū tertio. Item spiritus oris nostri Christus dominus captus est in peccatis nostris, cui diximus, In vmbra tua viuemus inter gentes, capit. quarto. Christus est spiritus oris nostri, eo quod ipse inspirat nobis spiritū sanctū, quo et viuimus, & recte sapimus. Secundū Hebræos sensus qdē literalis et historicus, ī threnis Hiere. est planctus Hiere. & populi sup vrbis Hierusalē vastatione, & Iudaici populi captiuitate, & super Iosie regis occasu, vt patet. 2. Paralipomenon. 35. quæ sane omnia Hieremias suis sæculis partim per Aegyptios, partim per Chaldæos facta esse cernebat. Verum vt docent Hieronymus cęterique sancti interpretes non solum modo de illa desolatione & captiuitate fuit Hieremiæ prophetæ cura lamentiones istas spiritu sancto dictante scribere. Neq; enim solum voluit rerum tātum pręsentium, aut transactarum historiam texere, sed & prophetice locutus est in illa designans deso-

lationem istam, in qua nunc sunt, per Romanos factam, in qua fuit euersio totius reipu. Iudæorũ, & templi sanctuarij, sacrificij, & sacerdotij, vsq; in consummationem sæculi.

Quamobrẽ nunc habent causã maiorẽ plorandi, vt dicant, Quomodo sedet sola ciuitas & reliqua, quã desolationẽ patiunt̃ ppter turpissimã mortẽ, in quã damnauerunt Christũ pphetarũ dominũ. Proinde & passĩ intermiscet ea quę ad Christi & Ecclesiæ pertinent sacramenta. Et ideo cõsyderandę sunt in lamentationibus illis mutationes per sonarũ frequẽtes. In principio primi capituli est vox Hieremiæ deplorantis destructionẽ ciuitatis Hierusalẽ. Quomodo (inqt) sedet sola ciuitas plena populo, & reliqua, vsq; in eũ locũ vbi dicitur, Vide domine quomodo facta sum vilis, O vos omnes qui transitis per viã attẽdite & videte, & cæt, vbi iã est vox populi deplorãtis suę calamitatis magnitudinẽ. In .2. cap. est uox Hiere. deplorantis captiuitatẽ & desolationẽ totius regni Iudaici. In .3. ca. ẽ vox Hieremię deplorantis suiipsius captiuitatẽ in carcere, & in lacu, vt patet Hiere. 2. & .28. capitulis. Et qa ipse Hieremias typũ gessit Christi dñi, ideo ipse spũ pphetico agẽs psonam Christi, pphetice describit Christi & ecclæ sacramẽta, desi gnãs psecutiões Iudęorũ cõtra Christũ dñm, simul & passiones atq; tormẽta eiusdẽ, quæ & si plærisq; carnales Iudæi intelligãt solũ de Hiere. ppheta, & de passiõibus ei⁹. Nos tamẽ Christiani spiritualiter edocti, in ipso Hieremia et in calamitatibus eius, intelligim⁹ Christũ dominũ & passiões ipsius, ea q̃q; quæ añ aduentũ dñi sub Chaldaica captiuitate de vastatiõe Hierl'm, & tẽpli, & sanctuarij, de calamitate populi, ex parte (inqt Hiero.) p Chaldęos cõplebant̃, nũc post incarnationẽ dñicam pleni⁹ intelligim⁹ esse facta per Roman. qđ et satis indicat ca. 4. vbi est vox Hiere. deplorãtis destructionẽ sacerdotij, tẽpli, & sanctuarij, tãq; grãdẽ fuisse calamitatẽ totius populi, vt mulieres coquerent filios suos, et vescerentur carnibus eorũ, simul & designãtis hęc oĩa mala venisse sup Hierusalẽ ppter peccata pphetarũ ei⁹, & propter iniquitates sacerdotũ eius, q effuderũt in medio eius sanguinẽ iustorũ, & pręsertim sanguinẽ Christi pphe tarũ domini, q captus (inqt) est in peccatis nr̃s, vbi cõtinuo adiecit, cui diximus, In vmbra tua viuem⁹ inter gẽtes, apte

significa-

significans quod Ecclesia fidelium Iudæorum, qui victuri erant sub vmbra Christi, migratura esset ex terrena illa Iudæa, in nationes gentiū. Iusta igit̄ ratione Hiero. cęteriq; patres sancti in quatuor capitulis lamentatione Hiere. tradūt ad literā nō solūmodo calamitatē gētis Iudaicę sub Babylonijs deplorari, sed & hanc nouissimam earū sub Romanis, sed & tertio etiā deterrimā toti⁹ vniuersitatis electorū eiectionē extra paradisū īmortalitatis & pacis, in hāc desolationē & captiuitatē sub potestate tenebrarū in illis priorib⁹ captiuitatis figuratā, & quarto insup desolationē vniuscuiusq; aię, q̄ lapsa a plenitudie virtutū & donorū tot seruit sceptris dedita, quot vitijs. Quadruplex ista captiuitas fuit sctō viro Hieremię & singulis etiā captiuis aliquā suarū captiuitatū p̄dictarū sētientib⁹, lamētandi cā & materia, & presertī captiuitates. 3. & .4. quæ in primis duab⁹ ceu in vmbris qbusdā & figuris trāsitorijs designant̄. Ex supriorib⁹ ergo patet in threnis Hieremiæ, quadruplicē calamitatē deplorari videlicet Babylonicā, Roma. Vniuersalem totius humani generis, & quartā vniuscuiusq; aię iā lapsę. Nam unicuiq; viro Christiano anima sua est ager, est ciuitas, est & ei vinea. In hac euellit ac dissipat spinas & tribulos, in hac ędificat, & plantat. Lamentatiōes istas fieri p̄pter duas illas calamitates corporales factas p̄ Babylonios & Romanos, facile intelligim⁹, si cōsideremus mutationē personarū fieri, & nūc Hieremiā loq, nūc vero ipam Iudęorū synagogā, & in hac designari ecclesiā, quę varijs ī hoc mūdo afflictionib⁹ & p̄sequutionib⁹ cōcutit̄, et hāc eandē appellari varijs noībus, hoc est, nūc ciuitatē, nūc Iudā, nūc filiā Iudæ, nūc Israel, nūc inclytā Israel, nūc Sion, nūc Hierusalē, nūc filiā Sion aut Hierusalē, nūc scabellū dn̄i. Cæterū coaptare etiā sentētias ad calamitatē toti⁹ generis humani secutā ex peccato Adæ facile qsq; poterit, mō cōsideret in vniuersitate toti⁹ humāi generis eiecti e paradiso, geminam esse ecclesiam, Vnam infidelium, quæ est Satanæ, suam hanc calamitatē non agnoscentiū, quos appellat Hieremias prouincias gentium, & charos & amicos ratione sanguinis ex eodem parēte Adam factos inimicos et hostes. Semp enī ecclesia, quę ē secūdū spiritū mūdi huius, persequitur & odit ecclesiā, quę viuit secundū dei spiritū.

sum est, ipsum alienari, diuidi, & separari a dño deo suo. Ab his malis liberari nõ possumus, nisi hic viuamus in vm bra Christi, qui captus est in peccatis nostris. Congruis igi tur rationibus, ecclesia Christi per vniuersum orbem lamẽ tationes istas singulis annis publice commemorat, concele brans diuinum officiũ in septimana sancta, peculiarem tũc agens passionis dominicę memoriam. Ad intelligen dum sacræ scripturę locos, quos hactenus de Christo dño, et de passione ipsius, & de regno ipsius intellexerunt sancti patres, sępe cogimur a materia proposita digressum facere, ꝓpter intolerabilem quorundã sciolorum pręsumptionẽ, q his nostris sæculis sibi arrogantes Hebræę linguæ peritiã supra Hieronymũ & oẽs prædecessores, cõtra cõmunẽ ec clesiæ vsum, extollũt semetipsos, tãꝗ ecclesia multis iã cẽ tenarijs annorum vtẽs huiuscemodi, similibusq́ scripturis, vt propheticis, sacramentorum passionis dominicæ, hacte nus aut errauerit in scripturis intelligendis, aut ex eisdem intellectũ habuerit a mente sancti spiritus alienum, & neq; intentum a spiritu prophetico, fauentes expositionibus He bræorum, qui dominum nostrum Christũ contemnẽtes, & sacramenta passionis illius irridentes, similes scripturas so lum carnaliter intelligunt, nihil commemorantes de Chri sto Iesu, homines profecto Christiano nomine indigni, ma gis delectati expositionib⁹ Iudæorum, ꝗ Apostolorũ, q do cuerunt oĩa veteris legis gesta in bellis, prælijs, sacrificijs, ceremonijs beluino sanguine plenis, esse ad Christũ, & ad ecclesiam illius referenda. Hæc ꝗuis ad secundum & terti um librum De ecclesiasticis scripturis & dogmatibus per tineant, ea tamen hic volui obiter inserere, vt Christiani sa crę theologiæ studiosi intelligãt in similibus scripturis ve ros sensus a spiritu sancto designatos, magis esse de Christo domino, aut de operibus illius, tunc in carne gerendis, aut de spirituali regno eius, ꝗ de reb⁹ olim apud Hebræos ge stis, ita tamen vt quotiescũq; congruit, nõ negligatur histo rię sensus, qui est tanquam materia, vmbra, & figura eorũ, quæ in illo spiritualiter designantur. Habes igitur in thre nis Hieremiæ, sacramenta passionis dominicę pręnuncia ta, & magnitudinem dolorũ Christi, supra cæterorũ hoĩm dolores. Item psal. 21. eandẽ suæ passionis acerbitatẽ

malis inquam non culpis, sed culparum pœnis & dolorib⁹, repleta inquam, vt nihil fuerit in ea doloribus vacuum. Zelus quidem charitatis ad satisfaciendum copiose ꝓ peccatis nostris fuit in Christo maximus. Sed eiusdem zeli alacritas ex dispensatione suæ voluntatis sic intus fuit contracta, vt foris corporis sensus non absorberet, vt summum beatificum gaudium animæ suæ neq; in carnem, neq; in illius sensus corporales redundaret, quibus contigit, vt dolor comes ipsius cruciatus in carne tantus fuit, quantus nō fuit in vllis martyribus, quorum multi alacres, & cum gaudio ad immania mortis tormenta properabant, atq; in ipsis tormentorum medijs læti, tanquam epulantes leguntur exultasse, quibus alacritas charitatis per redundantiam in carnē, aut adimebat, aut minuebat doloris sensum. Laurentius super cratem ferream assatus, ministris prunas administrantibus, ad Deciū tyrannū inquit, Disce miser, q̄a carbones tui mihi refrigeriū præstant. Stephanus in passione positus vidit cœlos apertos, & Iesum stantē a dextris virtutis dei, quamobrem & lapides torrentes illi dulces fuerunt, quemadmodū de ipso canit ecclesia. Andreas crucē alōge aspiciēs, gaudet, gestit, gratulaṫ, ꝓ voto ac desiderio suscipit & clamat. Salue crux sancta, quæ in corpore Christi dedicata es, anteq̄ in te ascēderet magister me⁹ Christ⁹, timorē terrenū habuisti. Nūc aūt ꝓ voto susciperis. Christ⁹ aūt imminēte crucis tormēto nihil tale inueniṫ dixisse, sed cœpit tœdere & timere, cœpit pauere et mœst⁹ esse, & orare. Pater si possibile ē trāseat a me calix iste. Martyres multi adhuc pueri, virginesq; puellę sexu et ętate fragiles, impterrito corde contēpserūt tyrannorū minas, cū vultus hilaritate calcarunt furias, et ferocia sæuaq; verba impiorū hominum. Christus autem sustinuit quidē patienter oīa, tanq̄ ouis ad occisionē ductus, attamen factus in agone, sudorem sanguineum stillat in terras, nihil simile memorant euangelistę de Christo, qualia multa de martyrib⁹ testanṫ historię. Quid cāę nisi ꝙ martyrib⁹ alacritas charitatis redūdans in corpus, minuebat sensū dolorū. In Christo aūt et si charitas imensa lōgeq; maxīa fuerit, nihilo tñ fecit mitiorē sensum mortis, q ex dispensatiōe suę volūtatis ita int⁹ suspēdebat suę charitatis gaudiū, vt nō redūdaret in corpus.

Proinde

Proinde clamat in cruce. Deus meus, deus me⁹, vt qd dere liquisti me. Itē, Factus sum sicut hō sine adiutorio. In alijs hoibus natura fit, vt insignis dolor, magnaue voluptas aut minuat, aut absorbeat alias passiōes seu affectiōes min⁹ vehemētes. Ex dispēsatione aūt diuina supra naturā in ipsi⁹ Christi anima, neq; summū diuinæ fruitionis gaudiū, mitigauit ipsius cruciatus sensum, neq; acerrim⁹ ille corporis cruciatus minuit gaudium illud diuinę fruitionis, in eo q non necessitate, sed sponte voluit pati, & non sua, sed nostra causa voluit esurire, sitire, pauere, & vsq; ad mortem tristis esse. Quod autem Hieronymus & alij dicunt Christū fuisse contristatum, non timore patiēdi, qui ad hoc venerat vt pateretur, qui & Petrū timiditatis arguebat, sed propter infelicissimum Iudam, propter oīm Apostolorum scandalum, propter Iudæorū cecitatem, & euersionē miseræ Hierusalem, Hoc accipiendum est eos negasse a Christo timorem, tristiciamq;, aut inopinate descendentem super illius animam, aut perturbantem mentis vigorem. Et ideo quod ipse in psalmis ad patrem loquitur, Terrores tui conturbauerunt me, humiliatus sum & conturbatus. Conturbata sūt omnia ossa mea, Accipiendum est non de turbatione, quæ facit mentem attonitam, aut obrutam secundum serenitatē internę rationis, sed de conturbatione congerente dolorem atq; tristiciam, quam & ipse in se fecit, non conditionis, sed beneplacito suę voluntatis. Totum propter nos agebatur, vt nō modo passio corporis, sed affectio charitatis, qua ipse, qui est omnium consolator benignissimus, voluit pauere, adeoq; mœstus esset, vt dignaretur confortari ab Angelo, vt nostram infirmitatem erudiret, suaq; trepidatione iam adhuc pusillamines, insipientes, & nondum charitate perfectos, faceret esse robustos, doceretq; recurrere in omni tribulatione ad consolationem non caducam, sed ad spiritualem & cœlestem. Quę conturbant aliorum hominum mētes, ad malumq; stimulant in ipso Christo vigorem rationis internę, liberamq; eius voluntatem non minuebant, tātum doluit, quantum pleno mentis vigore voluit, cuius sēsibus nihil inopinatum potuit accidere, quemadmodum lōge planeq; tractant sacræ theologiæ magistri in sententiarum libris, hæc omnia ex scripturis sacris demonstrantes.

Sequit

¶ *Sequitur huius partis articulus secundus de emptione & satisfactione per Christum impensis humano generi.*

His consyderatis operępretium est per propositiones sententias & conclusiones sacratissima huius emptio nis, redemptionis, satisfactionis, meriti, reconciliatio nis & sacrificij mysteria elucidare ex scripturis sacris. Et quia hęretici, schismatici, aut pertinaces forsitan cōtende rent omnia hæc, meritum inquam Christi, emptionem & satisfactionem in scripturis sacris non reperiri, arbitrantes Christum suscepisse crucem & mortem solum ad docendū nos, seu ad demonstrādam viam salutis nobis, qui fueram⁹ sicut oues errantes & ad exemplum patientiæ nobis exhi- bendum, & ita non esse opus declarare vllam efficaciam sa tisfactionis, meriti, emptionis, aut redemptionis. Quem- admodum enim is qui errat in via, dum docetur & erudit, ab errore quidem liberatur, sed non est illic vlla emptio, re- demptio, aut satisfactio, aut meritum alienum. Ita videre- tur forsitan Christus docendo, prædicando & conuersando liberasse quidem nos ab erroribus infidelitatis, vt cogno- scētes viam salutis, & legem ac voluntatem eius, deinceps secundum illam viueremus, qui hactenus vixeramus secun dum desideria huius sæculi, sed non videtur quod hæc faci endo emerit nos, aut satisfecerit. Verum contra sic. Hęc propositio. Christus non solummodo ad doctri- nam nostram, & ad exemplum patientiæ nobis exhiben- dum suscepit crucem, sed verum sacrificium pro nobis obtu lit in cruce, vere satisfecit ꝓ nobis, vera emptione emit nos, & id quidē non pecunia, aut huiuscemodi quicꝗ dādo, sed carnem suam & sanguinem suum & seipsum totum offerē do pro debito peccati nostri tollendo. Huius propositio nis veritas est accipienda non tanꝗ sit per vagas aut varias magistrorum opiniones facta solum verisimilis aut pro babilis, sed tanꝗ certissima fidei veritate subsistens, patent enim hæc omnia ex scripturis sacris. Primū de sacrificio, Semetipsū, inquit Paulus Apostolus, obtulit immaculatū deo, ad Hebræos nono. Tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis, ad Ephe-

tios quinto. Et alibi, Eum qui nō nouerat peccatū deus pro nobis peccatū fecit. Semel oblatus est ad multorū exhauriēnda peccata. Oblatus est, inquit Esaias, quia ipse uoluit. Item de satisfactione similiter patet ex scripturis docētibus Christum suscepisse in se omnium peccatorū nostrorū supplicia. Apud Esaiam est vox ecclesiæ de Christo. Posuit dominus in eo iniquitatem omnium nostrorum. disciplina pacis nostræ super eum, hoc est castigatio peccatis nostris debita super eū fuit, per quā pacem habemus ad deum patrem. Ipse tradidit in mortē animā suā, vulneratus ꝓpter iniquitates nostras, cū sceleratis deputatus, factus nouissimus virorū, Esaiæ. 53. In eodē capite vox dei de Christo est, Propter scelus populi mei percussi eum, Itē Christus semel pro peccatis nostris (inquit apostolus Petrus) est mortuus, iustus pro iniustis, vt nos offeret deo mortificatos quidē carne, viuificatos autē spiritu, peccata nostra ipse pertulit ī corpore suo sup lignum. Itē apud Esaiam vox Christi est, Corpus meum dedi percutientibus genas meas, vellentibus faciem meam nō auerti a cōspuentibus. In psalmo insuper ipse loquitur. Quę nō rapui, tunc exoluebam. Postremū quod nos vere emerit patet, nam hoc ipsū ipse Christus docet in euāgelijs. Filius hominis venit saluare quod perierat, & dare animā suam redemptionē ꝓ multis. Matthæ. 15 & 20. Itē apud Ioan. legimus, Panis quē ego (inquit) dabo, caro mea est ꝓ mundi vita. Sic deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Item apostolus, Empti estis pretio magno & non estis vestri, ideo pro oībus mortuus est Christus, vt qui viuunt, iam non sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est. Item primę Petri primo. Nō corruptibili auro vel argento redempti estis de vana vestra cōuersatiōe paternæ traditionis, sed precioso sāguine agni imaculati. Vnde Christus iam trāsiturus ex hoc mundo instituit mirabile illud sacramentum corporis & sanguinis sui frequentādum iugiter in sua ecclesia vsq; in cōsummationem sæculi, & relinquens sub illo passionis suæ memoriam expressit carnē suam & sanguinem tradendum esse in morte pro mundi vita, Hoc (inquit) est corpus meum, quod pro vobis tradetur, Hic est sanguis meus, qui pro vobis & pro multis effundetur. Et hæc quidem inculcat ipsis in vltima cœna, cuius me-

mine-

minerunt omnes quatuor euangelistę, vt hoc sacratissimum pretium pro salute nostra impensum arctius hæreret mentibus nostris nulla vnquam memoria delendum. Ad penetrãdum autẽ verum scripturarum intellectum latius singula hæc sunt declarãda. Sciendum est igitur quod aliud est satisfacere pro peccato, aliud satis pati pro illo. In inferno damnati satis patiuntur inuiti sentientes tormẽta quantũ diuinę iusticiæ sat est, sed pro peccato non satisfaciunt. Dum pœna pro peccato infligitur inuito, pensatur eius qui punitur iniquitas. Dum autem ad satisfaciendum, aut placandum, pœnam voluntarie sustinet, pensatur eius qui patitur non iniquitas, sed beneuolentia seu charitas. Deinde aliud erat in Christo mereri nobis, aliud satisfacere, aut soluere pretium seu stipendium peccati pro nobis quamuis satisfaciendo pro nobis etiam meruerit nobis. Meritum est actio voluntaria vel passio voluntarie tolerata, qua operans fit dignus premio sibi vel alteri applicando.

Satisfactio autem est actio voluntaria vel passio voluntarie tolerata, qua operans sua sponte tantum facit quantũ iusticię sat ẽ, aut soluẽs creditori qđ illi debuit, aut volũtarie assumẽs humiliatiõis disciplinã quã peccatũ cõmeruit.

Satisfactio prę supponit, aut eũ qui satisfacit aut eũ pro quo satisfacit esse debitorẽ. Meritũ autẽ non prę supponit eum pro quo meretur fuisse debitorẽ, sed facit eum apud quem meretur debitorem esse. Meretur quis apud eũ etiã cui nihil debetur, sed satisfacere nemo dicitur nisi ei cui aliquid debet. Potuisset homo apud deum facere meritũ bonũ etiã si non pręcessisset peccatum vllum. Satisfacere autem deo, quemadmodum nunc de satisfactione loquimur, nemo potest nisi fuerit qui offendit. Est quidem homo ratione beneficij accepti semper debitor deo, a quo accepit totũ qđ habet, sed antequam offenderet, non erat illi debitor ratione commissi peccati.

Vnde satisfacere bifariam dicitur. Vno quidem modo satisfacere est honorem deo debitum impendere, altero modo est honorem deo debitum restituere. Honorem deo debitum impendit etiam is qui nil abstulit vel peccauit, sed honorem debitum non restituit nisi qui peccauit. Peccantis pœna est honor

acceptata, sed etiã quia in se ratione psonę, quæ deus & homo magis fuit digna atq; dilecta, quã exosa fuerit offensa. Sed de his latius in conclusionibus sequentibus. Nunc autem sufficiat intelligere aliud fuisse in Christo satisfacere & emere nos. Aliud mereri nobis. Quibus consideratis singula in specie facilius intelligemus.

Primum quod Christus vere pro nobis satisfecerit patet. Nam pro delictis peccatorum nostrorum delendis vere passus est, voluntariam poenam diuinę iusticię sufficientem, gratam & acceptabilem, quemadmodum creditori fit satisfactio, dũ fit illius debiti solutio, qua constituitur ęqualitas dati & accepti, ita & irato atq; offenso fit satisfactio, dum constituitur ęqualitas emendę & pręcedẽtis offensę. Passio mortis Christi voluntarie pro offensis peccatorum nostrorum suscepta tanti esse pretij & valoris apud deum patrem pensabatur, quantus erat is qui moriebatur. Sicut autem fuerat deus immensus, qui erat offensus, ita erat de⁹ immensus, qui pro peccatis nostris diluendis est impens⁹. Proinde offensa si dicatur immẽsa propter dignitatem immensę personę quę offenditur, multo magis recompensatio impensa erit infinita propter dignitatem Christi, qui impẽditur. Amplius autem sciendum est quod charitas Christi patientis longe fuit maior, quã libido humani generis trãsgredientis. Et ideo ipsius Christi supplicia longe superãt omnium peccatorum debita. Vna gutta sanguinis sufficiẽs fuit pretiũ diluendi õnis criminis, neq; oportet, si Christ⁹ patiẽdo pl⁹ soluit q̃ toti⁹ humanę naturę peccatũ cõmeruit, quod ergo Christus iniuste quippiam egit, quemadmodũ nihil iniuste facit, qui hoĩ offenso volũtarie plus soluit quã debuit. Deinde quod Christus vera emptione nos emerit patet, quia acquisiuit nos sibi, impendendo sanguinem suum, imo seipsum totum tanq; pretium. Vnde ex superioribus patet, emere nõ aliud esse, quam dominium rei acquirere vel soluto pretio vel fide data de pretio soluendo. Quemadmodum is qui emit, alteri tradit pretium atq; ipsũ a se alienat vt mercẽ habeat, ita Christus propter nimiam charitatẽ qua dilexit nos, carnem suam & sanguinem p nobis impendit & exposuit. Diximus autem supra, pretium rei esse compensationem datam vel deputatam ad rẽ acqui-

quātitate seu sufficiētia pretij secūdū gen⁹ pœnæ, quę erat cōstituta secūdū taxationē diuinę iusticiæ exigētis mortē p morte ad nostrā liberationē simul & eruditionē atq; doctrinā imbecillitati nrę cōgruissimā. Vnde Bernardus, Vna gutta fuit sufficiēs pretiū nostræ redemptiōis, & ita Christus nō gratis fuit mortu⁹, quia q̄uis minor passio citra mortē sufficere potuisset, tñ mors Christi ad redēptionē humani gñis ex diuina iusticia & sapiētia vtiliter deputata ē, vt sit copiosa apud deū redēptio, qua nec iustior cogitari potest ad nostrā instructionē, & magna apud deū misericordia, qua nec ad cōmēdationē charitatis dulcior haberi potest. Quid iustius, q̄ si deus dicat, accipe pretiū maius oī pretio, vt habeas q̄ soluas oē debitū. Quid benignius & misericordius poterit audire miser & dānatus, nihil habēs, vñ se redimat, q̄ si deus illi dicat. Accipe unigenitū meū & da p te, atq; ipse filius dicat, tolle me et redime te. Hic etiā sciēdū est, qđ pretiū illud fuit qdē sufficiēs p peccatis toti⁹ mūdi, sed nō oībus pficit qa neq; his qui repellūt illud, quēadmodū de qbusdā in psalm. loquit̄, Popul⁹ hoc iā pretio redēptus pretiū meū cogitauerūt repellere, neq; his q cōfidūt in virtutibus suis & gloriāt̄ in multitudie diuitiarū suarū & viriū suarū, q suā volūt cōstituere iustitiā, ignorātes eā quæ a deo est p Christū dominū. Sed his dūtaxat pficit, q gratāter recipiūt ipsū, q hāc gratiā agnoscētes pretiūq; id gratū habētes viuere nolūt, iā nō sibi, nō satanę, sed Christo emptori ac redēptori suo. Vult nos de⁹ p̄tiū illud in sacramēto baptismi depositū credēdo accipere, & ad se cū gratiarū actiōe pferre, vult nos nō esse negligētes pbi sui, qđ loquutus est; Nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua & spū sctō, nō potest itroire ī regnū dei. Deparuulis autē, q nōdū hñt rōis iudiciū alia ē ratio. In hac igit̄ satisfactione, oblatiōe, & emptiōe p̄tiū p peccati debito solutū sacrificiūq; oblatū est Christi sanguis deitati vnitus, imo tot⁹ ipse Christus, & ideo q erit premiū nostrū simul fuit & p̄riū nostrū & sacrificiū nostrū, merx autē empta ē hereditas Christi, grex Christi, q̄ est ecclesia Christi sāguine q̄sita ī toto mūdo collecta & colligēda, vsq; in cōsūmationē sæculi, de qua sane hereditate ait propheta. Ecce hereditas dñi filij merces fruct⁹ vētris, ac si dicat, here ditas dñi sūt filij q merces sunt emptę a Iesu fructu ventris

Marię Haste-

Hactenus de emptione qua nos emit Christus, iam de venditione, qua nos deus vendidit Christo videamus, & quonam pacto merx empta sit etiam ea, quam Christus no bis acquisiuit, vt sunt vita ęterna, & Christus ipse, & deus ipse. Ad quorum intellectum penetrandum sit hæc con sideratio. Quemadmodum Christus emit nos a deo patre, cui & satisfecit pretiumq́ soluit pro delictis nostris, ita deus pater accipiens hoc ipsum pretium in solutionem pro debitis peccatorum nostrorum, quodammodo vendidit nos eidem Christo filio suo. Quamuis autem hic sermo po sterior in scripturis sacris forsitan nõ reperiatur expressus pro eo quod venditionis vocabulum ex sui ratione videtur significare quandam rei, quæ venditur, alienationem ab eo qui vendit, verumtamen emere & vẽdere cum relatiue ad se inuicem dicanẽ, Christus si emit nos a deo patre, non ab surdus erit sermo si & deus pater dicatur vendidisse nos Christo, nec tamen inde consequens est deum nos sic vendi tos alienasse a se. Nam & dationis vocabulum alienationẽ quãdam significare videtur, non tamen deus facit alienos a se, quos dat filio suo. Quemadmodũ pater dat filio in hæ reditatem gentes, non ita vt ipse deus amittat illas, & non pertineant ad se amplius, nam & ipse filius, vbi dixit, pro his rogo quos dedisti mihi, continuo adiecit, Omnia mea tua sunt, Ita deus pater vnus cum filio & spiritu sancto vendidit nos Christo filio suo, non quidem alienando nos a sua potestate, aut dominio, sed alienando nos a potestate irę suæ, & acquirendo nos filios vitæ sub gratia sua, qui eramus serui irę, damnati sub rigore iusticiæ suę. Proinde quemadmodum secundum scripturę sermonem deus pater per Christum reconciliauit sibi mundum, ita nõ erit absur dus sermo, si dixerimus deum patrem per eundem Christum emisse quodammodo sibi mundum, qui alienus erat a gratia illius, emisse quidem non ab alio, sed a se, dum mi sit filium suum, qui exoluit pretium iusticię suæ debitum pro peccatis nostris, quamq́ non sic proprie pater emerit, quemadmodum filius emit. Nam qui emptionis pretium, soluit in propria persona stipendium peccati tolerans, ma gis proprie dicitur emere q̃ is qui mittit illum. Deus pater in sua persona stipendium peccati nostri nõ tulit, quia carnẽ

carnem noſtram ſibi non aſſumpſit.

Horum intellectus vt fiat illuſtrior operę pretium eſt conſiderare. Quemadmodum in ciuilibus rebus homines plerumq; propter debita voluntarie contracta, quę nequeunt ſoluere, iuſta ratione adiguntur in miſeriam, in ſeruitutem corporalem, qui rurſus emuntur ſeu redimuntur ab huiuſcemodi ſeruitute, dum quiſpiam ſoluit pro eorum debitis ſufficiens pretium vero domino. Ita & hac in re in emptione ſcilicet & redemptione per Chriſtum facta intelligendũ eſt. Nam tota natura ab Adam propter debitũ peccati voluntarie contractum iuſto dei iudicio adacta eſt in ſeruitutem, in miſeriam ſub poteſtate diaboli, a qua ſeruitute quamuis nequeat ſeſe homo eximere, redimitur tamẽ dum rurſus emitur per Chriſtũ, qui pro huiuſcemodi debito ſoluit pretiũ ſufficiens diuinæ iuſticiæ. Vnde Chriſtus factus in carne frater noſter, videns neceſſitates ſuorum parentum & fratrum ex Adam ſub ira dei patris, videnſq; eoſdem ſua culpa contraxiſſe debita, quæ nequeunt ſoluere, iuſtaq; ratione traditos in ſeruitutem, miſertus eorundem parentum ſuorum, & fratrum ſoluit deo patri pretium ſufficiens pro debitis illorum. Et quemadmodum in ciuilibus rebus quis dicitur emere homines in ſeruitutem adactos, dum ſoluto pretio acquirit illis libertatem, & vitam, & manumiſſionem a ſeruitute. Ita congrua ratione dicere poſſumus Chriſtum emiſſe & nos, & vitam æternam nobis, item emiſſe ſeipſum nobis & deum patrem nobis, & ea quidem omnia emiſſe non a diabolo, ſed a deo patre. quãobrẽ & congrua ratione poſſumus dicere deum patrem vendidiſſe non ſolum nos, ſed & libertatem & vitam æternam nobis, & filium ſuum nobis & ſeipſum nobis. Et qa vita æterna noſtra, non eſt extra deum in vlla re, qua fruamur, ſed eſt ipſe Ieſus vnus cum patre et ſpiritu ſancto de9. Idcirco quemadmodum ipſe Chriſtus emit nos ſibi, ita & emit nos deo patri. Et quemadmodum emit ſe nobis, ita emit & deum patrem nobis tanquam finem beatificum, quẽ in Adam perdideramus omnes. Proinde vnica emptionẽ emit omnia hæc. Siquidem illum emiſſe nos a deo patre nõ eſt aliud quam ipſum ſoluto pretio acquiſiſſe nobis libertatem apud deum patrem .i. vitam æternam, & ſemetipſum

ferēs restituere iustificato, donec pretiū id ꝑ debito generis esset persolutum. Quemadmodū verus hęres dignus qdē est paterna sibi debita hæreditate, sed illam oppignoratam paterno aliquo debito adire & possidere non potest priusquam debitum illius fuerit persolutum.

Supradicta consyderatio non humana opinione, sed prophetico atq; apostolico testimonio passim in scripturis sacris intimatur. Nam pactum fœdus seu testamentum & iusiurandum de mittendo Christo saluatore fecit deus ad Abraam, fecit ad Isaac, fecit ad Iacob, seu Israel, vt patet ex libro genesis, quemadmodū & plane testatur psalmus. 104. Tale insuper sub Moyse pactū fœdus seu testamētū fecit deus ad populū Israel, corroborās illud sāguine vitulorū. Vnde in Exodo Moyses dū narrasset plebi oīa verba & pręcepta videlicet iudicia, ceremonias, & promissiones benedictionum, Respondit populus cunctus vna voce, omnia verba domini, quę locutus est, faciemus. Scripsitque Moyses vniuersos sermones domini, & mane consurgens ædificauit altare, & obtulit duodecim vitulos, obtulitque dimidiā partem sanguinis, & fudit super altare, partem autem residuam misit in crateram assumensque, volumen fœderis legit audiente populo, qui dixit, omnia quæ loquutus est dominus faciemus. Ille vero sumptum sanguinem ex cratera sparsit in populū, dicens. Hæc est sanguis fœderis, quod pepigit dominus vobiscum super cunctis sermonibus his, Exodi vigesimotertio & vigesimoquarto.

En habes primum fœdus seu pactum aut testamentum inter deum iubentem ac promittentem, & populum deo iubenti consentientem. Habes item sanguinem vitulorum aspersum in populum. Apostolus ad Hebræos nono addit ipsum quoque librum legis aspersum esse sanguine. Habes tertio dimidiam partem sanguinis super populum sparsam, residuam autem super altare fusam, quibus significatur sanguis Christi in duobus sacramentis operari, in sacramento videlicet aquæ baptismi, qui virtutem habet sanguinis Christi ad abluenda peccata, & in sacramento altaris, in quo sanguinem eius in virtute bibimus. Habes quarto eundem

 sangui

sanguinem appellari foederis peccati seu testamenti. Moyses accepto sanguine vituli aspersit librum, & omnem populum Israel dicens. Hic est sãguis testamenti, quod dispo suit ad vos deus. Habes quinto quod iste sãguis est exemplar seu figura sãguinis testamenti, de quo loquitur Christus dicens, Hic est sãguis meus noui testamenti. Nã sãguinem illum vitulorum significare sanguinem Christi docuit Paulus sancto spiritu suo magnifico in epistola ad Hebręos, & non solum Paulus, sed & Apostolorum schola, & nec hæc solummodo, sed & prophetica scriptura plano sermone testatur sãguinem testamenti illius, sanguinem testamẽti Christi. Zachariæ nono, vbi est vox dei ad Christum. Tu quoque in sãguine, testamenti tui emisisti vinctos de lacu, in quo non est aqua, sãguinem appellat eum qui vna cum aqua de latere Christi lancea militis aperto effluxit. Victos appellat quotquot ab origine mũdi fuerũt iusti collecti in lacũ inferni, in q̃ nõ erat aqua, aquã appellat gratiã talem, quę abluens peccata aperiret cœlestis regni ianuam. Et quod hęc prophetia Zacharię sit de Christo, patet. Nam de illo continuo pręmiserat deus loquens ad populũ Hierusalem. Exulta valde filia Sion, iubila filia Hierusalẽ, Ecce rex tuus veniet tibi iustus, & saluator. Ipse pauper & ascendens super asinam, & super pullum filium asinę, & loquetur pacem gentibus, & potestas eius a mari vsque ad mare, quę prophetia impleta est in Christo ipso die palmarum, quum illi sedenti non super phaleratum equum, sed super humilem asellum, appropinquanti Hierusalem, turbæ, quæ venerant ad diem festum, honorifice occurrerunt, nõ armis micantibus, sed floribus, & suauitatibus odorum cum ramis oliuarum atque palmarum, clamantes, Benedictus, qui venit in nomine domini, benedictum quod venit regnum patris nostri Dauid, benedictus rex Israel, osanna filio Dauid. Ex his igitur manifestũ est pactũ illius, quod fecit dominus cum Mose & populo Israel fuisse pactum promissionis super Christo venturo, vt totius salutis authore. Quod & significauit dominus per Aggęum prophetã absque ulla velaminis nube, dicens. Ego vobiscum sum, dicit dominus. Verbum quod pepigi vobiscũ cũ egrederemini de terra Aegypti, & spiritus meus erit in medio vestrum.

nolite timere, adhuc vnũ modicũ, cũ & ego cõmouebo cœlũ & terram & cæt. & veniet desideratus cunctis gentibus, & in isto loco dabo pacem, tanq̃ dicat verbum quod pepigi vobiscum cum egrederemini de terra Aegypti implebitur cum venerit Christus desideratus cunctis gentibus, faciens pacem & spiritum nouum in loco isto, Locũ istum secundum Augustini sententiam appellans Hierusalem, nõ terrenã corporalib⁹ muris circũseptã, sed illã spiritualẽ Hierusalem, de qua Zacharię secundo, Absq; muris habitabitur Hierusalem præ multitudine hominum & iumentorũ in medio eius, & ego ero, ait dominus, murus ignis in circuitu eius. Aperte igitur significauit Aggęus propheta deũ super Christo domino mittendo iniisse fœdus seu pactũ cũ populo Israel. Quatenus autem intelligantur scripturę de pacto isto testamento, seu fœdere dei promittentis Christum saluatorem consyderandę sũt vocabulorum significationes. Eadem res est, quam scriptura appellat nunc testamentum, nunc pactum, nunc fœdus, nunc iusiurandum, alia quidem & alia ratione sic diuersimode appellata. Hoc patet ex verbo prophetæ in psalmo dicentis. Ipse dominus deus noster memor fuit in sæculum testamenti sui, verbi quod mandauit in mille generationes, quod disposuit ad Abraam & iuramenti sui ad Isaac, & statuit illud Iacob in præceptum, & Israel in testamentum ęternũ dicens. Tibi dabo terram Canaã, & funiculum hereditatis vestræ, & infra de filiis Israel. Dirupit petram & fluxerunt aquę, abierunt in sicco flumina, quoniam memor fuit verbi sancti sui, quod habuit ad Abraam puerum suum, psalmo. 104.

In loco isto cæterisq; similibus Hieronymus, & alii interpretes passim loco testamenti ponunt, nunc pactum, nunc fœdus. Itẽ psal. 24. Vniuersæ viæ domini misericordia, & veritas requirentibus testamentum eius & testimonia ei⁹. En plane habes idem appellari testamentum & verbum sanctũ dei iusiurandũ, & pactũ, seu fœdus diuinę pmissionis, verũ alia & alia ratione. nam testimoniũ latine, quod dicitur græce martyrium, est dictum, vel scriptum alicuius testificantis alicui de re aliqua voluntatẽ animi sui. Pactũ dicitur quasi pacis actum inter aliquos, quod cõgrua ratione testamẽtũ, & testimonium dicitur, quia tractatus ille inter

ter

ter aliquos siue consistat in verbis, siue in scriptis adiectis conditionibus vtrinque seruandis, est tanquam testimonium mentium & voluntatum vtriusque, & secundum hanc rationem, lex vetus, & lex noua appellantur testamenta, eo quod contineant in se pacta, seu fœdera dei, & iubentis, & gratuito promittentis. Vnde testamentum proprie, neque est sola promissio, neque sola iussio, neque solas iustificationes, neque promissiones solas continet, neque est collectiuum nomen solum verificabile, aut de tota lege Moysi, aut de tota lege Euangelij, sed est omnis sermo dei iubentis simul, & pollicentis benedictionem obedientibus iussioni, maledictionem autem non obedientibus. Testamentum continere tam promissiones, quam iussiones & leges, patet ex scripturis, quibus & nos deum oramus, vt sit memor testamenti sui, & deus ipse a nobis requirit, vt ipsius testamentum impleamus. Vnde psal. 131. Iurauit dominus Dauid veritatem & non frustrabitur eum, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam si custodierint filij testamentum meum, & testimonia mea hęc quę docebo eos. Item irritum fecerunt domus Iuda, & domus Israel pactum meum seu testamentum meum Hiere. 11. Plane habes testamentum dei, seu pactum dei ab homine, aut custodiri, aut irritum fieri seu pręuaricari. Vbi autem est pręuaricatio, ibi & lex esse debet. Idem patet ex verbis propheticis supra citatis ex psal. 104. et in alio psalmo veteris legis ecclesia cum orasset, ne tradas domine bestijs animas confitentium tibi, & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem, continuo subiecit, respice in testamentum tuum, id est in fœdus, in pactum, seu in verbum promissionis tuę quo promisisti Christum saluatorem hoc sub alijs verbis orat. Memor esto verbi tui in quo mihi spem dedisti. psal. 118. Item psal. 110. Memor erit in sæculum testamenti sui, vbi vt significaret testamentum illud esse de operibus mirabilibus redemptionis peruenturę in gentes propheta continuo adiecit. Veritatem mirabilium suorum annunciabit populo suo, vt det illi hereditatem gentium, Veritatem appellans, impletionem promissionum suarum, sicuti promiserat Abrahæ. In semine tuo benedicentur omnes generationes, vnde continuo adiecit. Redemptionem misit populo suo, mandauit in æternum testamentum suum. Cæterum quod testamentum in scripturis non solummodo de lege tota collectiue sumptum

dicatur

dicatur, patet. Nã deus vt iã diximus, priusq̃ Moyses scri psisset legẽ, iam fecerat testamẽtum fœdus, seu pactum ad Abrahã, & ad Isaac, & ad Iacob quod ex semĩe eorũ nasce retur Christus, p quẽ benedicerẽt gentes, vt patet ex libris Genesis, & iã citatum est ex psal. 104. Similiter testamentũ post Moysẽ fecit ad Da uid, qđ ex semĩe illius esset Christ⁹ oriturus. Et qa õne verbũ pmissiõis diuinæ tendit ĩ finẽ Christũ, omne quoq; verbũ diuinæ legis iubẽtis tẽdit in charitatẽ, vt diligat deus toto corde, & totis virib⁹. Ideo diuersa testamẽta, seu pacta quę deus secũdũ successionẽ tẽporũ fecit erga diuersos patriarchas & pphetas sũt eadẽ in virtute & substãtia, oĩa em sũt de Chrsto saluatore in remis sionẽ pęccatorum nobis dãdo. Et ideo Christus iã sanguinẽ suũ effusurus p nobis, vt significaret se esse finẽ & cõsũ mationẽ oĩm illorũ testamẽtorũ, pactorũ, & fœderũ olim initorũ cũ populo Israhel in vltĩa cœna testamẽtũ cõdidit. Hic (iquit) est sãguis me⁹ noui testamẽti, qui p multis effũdet, tãq̃ dicat. Hic ẽ sãguis me⁹ cõfirmator testamẽti noui. Quẽadmodũ testamẽtũ inter viuos pprie sumptũ sorti tur suũ effectũ p testatoris mortẽ, p quã deuoluit legata hereditas, legatarijs qualificatis, sub pactis, cõditionibus, & modis in testamẽto designatis, quod sane testamẽtũ cũ ante mortẽ sẽp fuerat reuocabile, p testatoris mortẽ cõfirmat, roborat, & fit irreuocabile, & ita mors est testamẽti roboratrix seu cõfirmatrix. Sic & in Christi morte, & in effusiõe sãguinis ei⁹, cõfirmat nonũ suũ testamẽtũ, quo pmisit dare grãm & aptionẽ ianuæ cælestis vitæ. Et quia verbũ dei ęternũ manet irreuocabile (neq; eñ de⁹ est vt hõ qui agat penitẽtiã sup eo qđ ęterno suo pposito locut⁹ fuerat) ideo testimonia & fœdera, pacta, & testamẽta populo Israel facta corroborãt effusiõib⁹, & aspersiõibus sãguis vitulorũ aut agnorũ occisorũ ĩ oblatõem vel in holocaustũ dño, quib⁹ ĩtimare voluit diuinus spũs testamẽtũ illud pmissiõis de legato celestis uitę p mortẽ, seu effusiõem sãguis Christi dãdo esse tã firmũ atq; ĩmobile, ac si iã ipsa mors ĩteruenisset, quãobrẽ & ĩ scripturis sacris testamẽtũ illud, seu fœd⁹, ac pactũ veteris legis populo factũ appellat iusiurãdũ. Vtrũq; cõmemorat Zachar. Lucę. 1. cõpletũ esse ĩ Chrõ dño benedicẽs deũ, q fecit redẽptõem populo Israel, vt memor esset

testamen-

tamenti sui sancti & impleret iusiurandum, quod iurauit ad Abraham patrem nostrum daturũ se nobis. Congrua igitur ratione sanguis ille holocaustorum veteris legis vocatur sanguis testamẽti & fœderis, quia sanguine illo asper sus popul⁹ tanꝗ signo seu charactere erat deo cõfœderatus secundum similitudinem fœderis maritalis, quemadmodum ait ad populum Israhel deus, Vbera tua intumuerunt, & pilus tuus germinauit, & eras nuda, & confusione plena, trãsiui per te & vidi te, & ecce tẽpus tuũ, tempus amãtiũ, & expãdi amictũ meũ super te, & operui ignominiam tuam, & iuraui tibi, & ingressus sum pactum tecum ait dominus omnipotens Ezechielis .16. Sic sermonem illum, sanguinem testamenti, interpretatur Apostolus ad Hebręos .9. Vnde neq; primũ ĩquit testamẽtũ sine sangine dedicatũ est. Dedicatũ, inqt. Chrysost. id ẽ firmatũ, roboratum, aut sancitũ est. Quemadmodũ ergo Moyses accipiens sanguinem, & aspergens populum, cum dixit. Hic est sanguis testamen ti, quod pepigit vobiscum dominus, significabat sanguinem illum esse confirmationẽ ac robur pacti sui, de sanguine Christi offerẽdo in remissionem peccatorum. Ita & Christus cum dicit. Hic est sanguis meus noui testamenti, significat sanguinem suum olim verbis atq; figuris promissum, iam præsens adesse tanq; dedicatiuum, sanctificatiuum, & confirmatiuum fœderis noui cũ sponsa sua ecclesia, quemadmodum & ipsa inquit. Sanguis eius ornauit genas meas, ãnulo suo subarrauit me dominus Iesus. Sic enim interpretatur nobis Apostolus ad Hebręos .9. Testamentum nouum comfirmari Christi morte, in qua fuit effusio sanguinis eius. Et ideo in veteri lege omnia erant plena sanguine vitulorum aut agnorum, cæterorumue animalium, & sine sanguinis effusione non fiebat vlla mundatio aut remissio, quibus significabãtur omnia sacrificia nostra, omniaq; opera nostra oportere esse respersa sanguine Christi, hoc est prodire ex fide in sanguine ipsius. Quicquid ceremoniarum extitit, in immolatione paschalis agni, & in sacrificijs cęteris fuit typ⁹ seu figura sanguinis seu mortis Christi, & ideo fuit testamentum quoddam seu pactum, et testimonium promissionis dei pollicentis Christum et sanguinem eius in premiũ redem-

redẽptionis nostræ ꝑtiũ. Sed hic iam forsitan quęret quispiam, cum Matthęus recitat Christum dixisse, Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum, Quemadmodum & Marcus dicit, Lucas vero recitat Christum dixisse. Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine, quam formam recitat & Paulus ad Corinthios .11. Quæ igitur sunt verba quę Christus dixit in consecratione sanguis sui: an illa quę Matthęus scripsit, an illa potius quæ scripserunt Paulus & Lucas. Solutio hui⁹ patuit in tertio libro, de ecclesiasticis scripturis & dogmatibus, tractatu tertio, vbi ostensum est Euangelistas non scripsisse nobis certam verborum formam ac ordinem, quo vsus est Christus, docens populum, suosq; discipulos, sed intimasse nobis res ipsas, quas & fecit & docuit Christus. Matthæus itaq; & Marcus recitantes Christum dixisse. Hic est sanguis meus noui testamenti, voluerunt significare eandem sententiam quam significauerunt Lucas, & Paulus recitantes Christum dixisse, Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine, volentes intimare Christum benedicentem vinum in sanguinem significasse illud quod continebatur poculo seu calice, quem tenebat in manibus esse suum sanguinem, per quem populus nouo quodam modo confœderatur deo, per ipsum habens pacem, remissionem peccatorum hereditatẽ cœlestis regni vsq; in sempiternum. Quamuis igitur Matthæus & Marcus non expresserint calicem, probabile tamen est Christũ dixisse vtrumq;. Vnde & Ecclesia in consecratione sanguinis expressit vtrumq;, dicens, Hic est calix sanguinis mei noui & æterni testamenti. Ex his igitur primũ est manifestum, Sanguinem Christi propterea vocari sanguinem testamẽti, quia per illum succedimus in hereditatẽ patris cælestis, facti iam filij ipsius, Christo cohęredes. Itẽ & sanguinem sempiterni fœderis, quia per illũ populus deo confederatur pace sempiterna, quemadmodum & olim promissum & figuratum erat in vitulino sanguine fœderis.

Insuper manifestum esse potest, cur in vetri lege non solum populus, sed & volumen legis simul & altare sanguine vituli asperguntur, in quo significãtur viui libri, in quibus scribẽda est lex noua euangelij, & ipsa insuper alta-

ria, quę sunt hominum corda, in quibus offerendum est iu-ge sacrificium laudis, & gratiarum actionis esse dedicanda fide in sanguine Christi. De quibus libris & altaribus, scriptura prophetica dixit. Feriã cũ populo meo fœdus nouum, scribam legem meam in visceribus eorum.

Sequitur tertius huius partis articulus de merito Christi & sanctorum eius.

Iam de merito Christi videamus. Ad intelligendũ autem quonam pacto Christus meruerit omnibus electis primam, gratiam, remissionem peccatorum, aditũque regni cęlorum, aliquot considerationes pręmittimus.

Prima est Ex superioribus sciendum est merita secundum generalem nominis rationem esse opera mercede digna, siue bona sint siue mala. Merito quis patitur, quando pœnas malefactis suis digãs luit. Secundum merita pręmiatur & coronatur, quando premium operibus laudabiliter factis dignum recipit. Secundo sciendum est quod sicuti transeunte actu prauo, remanet reatus, secũdum quem is qui peccauit, manet dignus pœna, ita & transeunte actu meritorio, manet vis & dignitas boni operis, secũdum quã is qui laudabiliter est operatus, manet dignus pręmio.

Tertio sciendum non talia esse merita bona inter creaturam & creatorem, qualia sunt inter creaturas, inter quas meritis rependitur merces secundum valorem vtilitatum, quas vna creatura consequitur ex alterius operibus & laboribus, istic enim valor operum attenditur secundum cõmodum, quod ex operibus ipsis consequitur is, apud quem meremur, veluti qui vel plantat vineam, vel fodit, vel pro ciuitate militat. Non sic autẽ nos operibus nostris, siue bona sint siue mala, possumus deo præstare quicquã commodi, aut vtilitatis, vel nocumenti, & ideo secundũ talem modũ merẽdi, nihil possumus mereri apud illum. Quarto quia meritum facit eum, apud quem meretur esse debitorem, Sciendum est deum fieri debitorem suæ creaturæ, non ab illa, sed a seipso, & id quidem bifariam. Primum quidem liberaliter pręmium seu brauium cælestis vitæ suæ creaturę reuelando, proponẽdo, & promittendo, deinde gratificando, eam consecrando, dignificando illam ad participandam di-

diuinitatis gloriam supra naturæ debitum. Quinto, quia inter meritum & præmium debet esse æqualitas quædā va loris seu dignitatis, oportet considerare vnde habeant bona createç volūtatis opera, quod sint ex cōdigno meritoria, seu digna cælestis vitę præmio, & quia omniū iustorū hominum opera, si quā habeant apud deum merēdi vim & efficaciā, illā sortiūtur ex gratia & meritis, factis nobis per dominū nostrū Iesū, quia sine merito & gratia Christi non potest mereri quicq̄ vllus Adę filius. Idcirco iam de merito Christi cōsiderādæ sunt aliquot ꝑpositiones. Prima. Christus mereri potuit non secundū diuinā naturā, quia secūdū hanc ęqualis ē patri, sed secūdū naturā humanā, quia hæc in ipso est dignissima creatura, sublimiter atq̄ mirifice exaltata, ac vsq̄ ad vnitatē diuinæ personæ deificata, per quam est nobis gratia, remissio peccatorū, & iusticia communicata, quēadmodū per omnē locū passim docet scriptura sacra. Gratiā autē & remissionē peccatorū, iusticiam & vitam æternā nobis dari per Iesū Christū non est aliud q̄ hæc nobis cōmunicari ꝑpter merita domini nostri Iesu, sicuti patebit ex sequētibus. Secunda ꝑpositio. Christus mereri potuit non ꝑ sua solūmodo ꝑsona, sed & ꝑ vniuersa creatura humana. Patet. Nā meritū Christi fuit actio ꝑsonæ, quę magis fuit digna quā oēs cęteræ ꝑsonæ simul collectę, & possibiles esse in tota natura humana. Et ideo q̄uis actio Christi meritoria, fuerit actio volūtatis creatæ in humana natura, eadē tamē actio fuit & actio volūtatis increatæ, quæ in operibus redemptionis nostræ vsa est, & humana natura, & voluntate illius creata, ceu instrumētis quibusdam deificatis, dignitatē suam, merendiq̄ efficaciam a diuinitate accipiētib⁹. Vnde quēadmodū in Christo natura humana volūtasq̄ illi⁹ creata, sūt deificata ꝑpter admirabilē naturarū in se inuicē accessionē & immanētiā, igressionem, earūdēq̄ hypostaticā vnionē. Ita & actiones eius createç in operib⁹ redemptiōis humanę, ꝑpter huiuscemōi vnionē erant tanq̄ deificatæ, dignissimæ atq̄ sublimiores quam possit esse actio quantumlibet excellens, aut laudabilis vllius puræ creaturæ. Verum hic sciendum secundum sanctos & deiferos patres viros apostolicos, quod sicuti in Christo non vna natura est facta ex humana & di

uina, Ita neq; est vna actio in ipso ex humana & diuina acti one composita, sed secundum naturarum dualitatem erat & dualitas actionum, quarum vtraq; a sua prodibat volunta te, ita tamen vt quod Christus ad reparationem humani ge neris egit voluntate humana, id egit & voluntate diuina, quę (vt inquit Damascenus) vtebatur humana ceu instrumē to quodam agente ex libero rationis iudicio. Quemadmo dum autem instrumentū ab artifice motum, in sese accipit impulsum, impetum, seu vim quandam artificis, dirigitur que in finem secundum ipsius artificis intentionem, Ita & natura humana in Christo voluntasq; ipsius creata mota a diuinitate, accipit in sese vim quandam deitatis, dirigentis eādem humanam voluntatem ad perficiendum opus huma næ redemptionis. Tertia propositio. Quamuis Christus veniens in carnem quodlibet suum opus in carne sua mortali propter nos faciens pretium seu stipendium peccato nostro debitum solum pręstiterit, dum semetipsum impendit pro nobis vsq; in mortis supplicium. Ipse tamen sola voluntate soloq; proposito moriendi ab initio concepti onis suę meruit. Verum illa sola voluntas non erat in eo pretium traditum, & idcirco voluntas illa non erat redem ptionis aut satisfactionis opus. Sciendū enim est quod aliud est meritum remissionis culpę & inimicitię seu meritū gratiæ & vnionis ad deum, quod oritur ex solo interiori motu cha ritatis, aliud est meritum emptionis & satisfactionis, ad quod sola interior, charitas non sufficit, sed requiritur pre tij, aut debiti exolutio. Et ideo secundum hunc merendi modum, Christus per tolerantiā passionis ac mortis meru it aliquid, quod per præcedentia opera non meruerat, vt pote aditum cælestis paradisi, & redemptionem seu libe rationem a lacu inferni, a detentione diaboli.

Quarta propositio, Christus & sibi meruit & nobis, si bique meruit aliquid quod nobis mereri non potuit, & nobis item meruit aliquid quod sibi mereri non potuit. Si bi meruit nomen manifestatum super omne nomen, dicen te Apostolo Paulo, Christus factus est pro nobis obediens vsq; ad mortē, mortem autem crucis, propter quod deus exal tauit illum & dedit illi nomen quod est super omne nomē, ad Philippenses secūdo. Obedientia igitur qua Christus factus

est

est obediens vsque ad mortem crucis, fuit causa, propter quā deus exaltauerit illum, dans ei nomen manifestatum super omne nomen. Cum ergo omne opus, per quod operans dignus est accipere a deo pręmium, sit eiusden pręmij meritorium, consequens est Christum obediendo vsque ad mortē meruisse suę exaltationis gloriā. Nobis autem, propter quos præcipue in carnem venit, meruit multa quę sibi mereri non potuit, vt gratiam, remissionem peccatorū, diuini vultus fruitionē. Claritatē autē seu īmortalitatē corporis & impassibilitatē animæ ac corporis, tā sibi quā nobis meruit, Oportebat Christū pati, & ita intrare in gloriam suam. Quod autem Christus meruerit omnibus membris suis gratiam & remissionem peccatorum patet. Nam tota scriptura sacra plena est testimonijs docentibus gratiā & remissionem peccatorum, iustificationem & vitam æternam esse effectus humiliationis, & passionis domini nostri Iesu Christi, nec aliud esse nomen sub coelo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri, & deum propitium esse humano generi, per dominum nostrum Iesum, & eundem dominum nostrum Iesum esse mediatorem, & reconciliatorem, qui pacem fecit inter deum, & hominū genus. Reconciliatorem dico, non talem solummodo, qualis est medius inter aliquos discordes, amicus qui innititur soli gratiæ, qui porrigens preces solas & supplicationes, pacem facit, sed qualis est qui emit, qui satisfacit, pretiumque exoluit. Proinde & in scripturis, Christus dicitur pacificare sibi genus humanum, per sanguinem suum, per passionē & mortem suam. Dignus, inquit apostolus Ioannes, est agnus qui occisus est accipere fortitudinem & honorem, & gloriam. Proinde & omnes sanctorum preces prodire debent ex fide in Iesum, quemadmodum & tota Christianorū ecclesia quicquid orat, hoc orat vt per dominū nostrū Iesum, per pretiosum sanguinem, per passionem & mortem ipsius dignetur deus misereri seu liberare se, remittere peccata, & saluare, ipso dicente. Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Quod & olim veteres iusti orabant. Propter gratiam nominis tui domine libera nos. Deus in nomine tuo saluum me fac. Propicius esto peccatis nostris, propter nomen sanctum tuum, id est, propter nomen

nomen sanctum tuum quod est Iesus. Ipse deus in scripturis ad Christum loquitur, tanquam ad electum suum datum in fœdus populi & in lucem gentium, & dilectum suum, in quo sibi conplacuit anima sua, cuius vota & opera pro humano genere ipse suscipiat tanquam grata, placita, & accepta. Ex his igitur scripturis manifestum est opera domini nostri Iesu fuisse causam gratiæ, nouitatis vite, seu iustificationis nostræ. Cum ergo non fuerit causa horum beneficia hęc efficiendo, consequens est ea fuisse horum causam merendo. In creaturis non eadem est persona, quę meretur effectū & quę efficit illum. Nam quæ meretur, expectat sibi effectum illum dari ab alio. Christus autem, cum sit deus & homo hæc beneficia meruit nobis, quæ & simul operatur in nobis. Præterea secundum apostoli Pauli doctrinam Christus constitutus est a deo caput corporis sui, quod est Ecclesia, & id quidem (quemadmodum infra latius declarabitur) secundum humanam naturam. Ipse igitur Christus, quatenus homo, influit ī Ecclesię mēbra diffūdēs spiritū vitę. Sed influxus ille a Christo secundum humanam naturam non aliter accipi, aut intelligi potest, quam secundum viam merendi. Neque enim accipitur secundum viam propagationis nature, neq; secundum viam productionis gratiæ. Meruit ergo ipse Ecclesiæ membris spiritum vitæ. Et hoc, quē admodum diximus, est nos de plenitudine eius accipere gratiam, de abundantia videlicet meritorum eius in nos gratiam effluere. Propterea sese appellauit vitem, nos palmites, quia ab ipso fluit in nos ceu in palmites vegetatio sens⁹ & motus spiritualis vitæ. Ipse igitur secūdum humanam naturam deitati vnitam meruit nobis vitalem spiritum, quē admodum & ipse secundum naturam diuinam eundem vitalem spiritum diffundit & creat in cordibus nostris. Christus, inquit Augustinus, quamuis vitis non esset, nisi etiā homo esset, tamē istam gratiam palmitibus non daret, nisi etiam deus esset.

Quinta propositio in corroborationem propositionis pręcedentis. Iustorum hominum opera si quam habēt vim & efficaciam merendi, illam sortiuntur ex gratia & merito Christi. Si ergo superadmirabilis in Christo charitas, obedientia, humilitas, & patientia non fuissent tam sancta, tam

tam grata, tanq̃ accepta deo patri, vt opera ex illis prodeun tia essẽt pro humano genere meritoria, nulla prorsus essent vllorum hominum sanctorum merita. Sunt autem multa sanctorum merita, vt probat, Augustinus ex scripturis, quamuis nulla sint ipsorum merita, vt iusti fierent. Vnde iustus quisque iuxta euangelij doctrinam, humiliando se, & persecutionem patiendo propter iusticiam, habet operum suorum mercedẽ repositam in cœlis. Diuina ordinatione ita est constitutum, vt ad gloriam, ęternæ vitæ non perueniat vlla creatura, neque Angelus, neque homo, nisi per meritum, quæ ordinatio ex scripturis patet, demonstrantibus deum creaturam vllam non creasse beatam, neque angelum videlicet vllum, neque hominem, sed dereliquisse vtrumq̃ in potestate sui arbitrij seu consilij. Potuisset quidem deus & Angelos & homines ab initio creare beatos, sed pro sua sapientia voluit, vt omnis creaturæ beatitudo esset alicuius meriti præmium. Cum ergo pueri iam baptizati ex hac vita demigrantes transeant in æternam beatitudinem, & non per meritum proprium, consequens est eos ad eam transire per meritum alienum, quod fuit actio Christi in humana sua volũtate. Vñ deus largiens gratiam homini, facit sese debitorem ęternæ vitę dandę eidem, eo quod per huiuscemodi gratiam homo ipse dignificatur & adoptatur, vt sit filius & hæres dei Ex superioribus igitur manifestum, quod in Christo vis & efficacia merendi transire potuit in totam naturam hominis propter personam operantem, quæ dignior fuit quam tota vniuersitas humani generis, etiam si in bono, quod a conditore acceperat, absque peccato perseuerasset. Proinde quamuis alia pura creatura etiam immunis ab omni peccato non potuerit mereri pro toto humano genere, non tamen inde consequens est Christum secundum naturam humanam pro humano genere non potuisse mereri. Nam actio Christi in humana voluntate suam vim suamque efficaciam sortiebatur a persona operante quæ erat dei filius, verus deus & homo, per humanam naturam sibi hypostatice counitam, perficiens nostræ redemptionis opera, & idcirco vis meriti sui transire potuit in totam naturam hominis propter immensam dignitatem personę

operantis

operātis. Sexta propositio ex superioribus manifesta est, Dignitas, seu valor operum alterius puri hominis iā assequuti iusticiā in meritis Christi est pensanda non propter solam promissionem dei, liberaliter pollicentis pro illis dare vitam æternam, sed & propter excellentiam, & sublimitatem hominis operantis. Nam hunc deus etiam in hac vita propter Christi merita, varijs spiritus sancti charismatibus, ac donis ita dignatur exaltare, magnificare, sanctificare, ac deificare, vt etiā eleuet ipsū supra terminos suæ naturę debitos, faciēs cū de hoste humani generis mirabiliter triūphare, & esse in eo dignitatis statu, quo idoneus sit facere opera deo digna, qbus secūdū multas apud deū mãsiones augeat sibi multa cęlestis vitæ pręmia. Ex quibus cōsequens est inter operationem liberi arbitrij, ex spiritu fidei ac charitatis prodeuntem, & præmiū cęlestis vitæ, esse qualitatem quandam dignitatis, sicuti inter virtutem seminis, & fructum seu arborem, quę latet in semine. Nam secundum motum meritorium ex fide, ac charitate prodeuntem, ipsa rationalis creatura iam quiescit in deo, pascitur atq; delectatur in illo, fruitione quadam imperfecta, quæ perficietur in patria, manente charitate eadem, quæ consummabitur in pace secura. Quemadmodum fruct⁹ secundum vim quandam est in semine, ita & ęterna vita secundum fidem, spem, & charitatem iam est in nobis, habitatq; diuinitas ipsa nunc in cordibus nostris, iam etiam deo charitate vnitis, vt (iuxta Pauli Apostoli doctrinam) simus iam quasi vnus spiritus cum deo. Et quemadmodum cęlestis vitæ pręmium est, quo attingimus deum ipsum, fruentes sempiterna diuinitate illius, habentes deum ipsum principium & finem, Ita & motus fidei, & charitatis in hac vita meritorius est, quo attingimus deum ipsum, habētes & ipsum principium & finem, quibus fit vt motus ille fidei & charitatis in sese dignitatem habeat, propter principiū, a quo est, & ꝓpter finē ad quem est, & materiā seu obiectū supra quod est, & ideo secundum motum illum, operans est dignus deo, qui enim diligit deum, dignus est vt diligatur ab illo. Ex his iā intellectis, ac diligenter cōsideratis, retunditur eorū sententia, qui volētes magnificare dei gratiam, & supprimere atq; humiliare rationalis creaturæ

elatio-

rationem dicunt nulla esse sanctorum merita, quibus mereantur apud deum ulla cœlestis vitæ premia, propterea quod neq; deus potest fieri debitor suæ creaturæ, neq; ulla liberi arbitrij opera possunt esse condigna tanto præmio. Verum hi quo magis putant sese gratiam dei extollere, atque magnificare, tribuentes ęternæ vitæ præmia soli gratiæ diuinęq; liberalitati, aut promissioni, hoc magis cauere debent, ne gratiarum dona atq; charismata per dominum Iesum humano generi impensa supprimant, laudemq; & gloriam eiusdem dei magis obscurant, atq; obtenebrant, respicientes ad opera ipsa in se vt solius liberi arbitrij opera, & ad ipsam rationalem creaturam in se, non considerantes quod rationalis creatura etiam in hac vita ex meritis Christi per gratiam spiritus sancti habitātis in ipsa exaltatur, sublimatur, & super dignitatem naturæ debitam eleuatur, iam per eandem gratiam quasi deificata, sic enim in scripturis sacris legimus quod homo iam per gratiam ablutus & sanctificatus in sanguine Christi fact⁹ fit consors diuinę naturę & spiritus sancti habitaculum secundum eundem spiritū, filius & hæres dei, & cohęres Christi. Quibus fit vt & hominis sic per gratiam eleuati, actiones prodeuntes ex huiuscemodi gratia & a spiritu sancto inhabitatore ac duce dignificantur ad assequendam vitam æternam, atq; ita actio meritoria est quidem actio creaturæ, sed eleuatæ & exaltatæ sic, vt agat ex virtute diuina per Iesum Christum illi communicata. Vnde & in Christo domino opera meritoria si considerentur in se tanq; prodeuntia vel ab humana creatura assumpta, vel a voluntate illius creata, tum non videbuntur esse tantę dignitatis atq; valoris, vt pro toto humano genere mereantur gratiam & remissionem peccatorum. Verum hęc ipsa opera si considerentur prodire ab humana natura, vel a voluntate illius creata, tanq; iam deificata counitaq; hypostatice filio dei sanctificantis, atq; vtentis huiuscemodi natura seu voluntate creata, tanq; spontaneo atq; voluntario quodam organo sibi coniuncto in vnitatem personæ, iam copiosa videbitur eorundem operum dignitas. Sic & in martyribus consideranda est dignitas meritorū, quæ cum in sacris literis appellentur fructus sancti spiritus, ad Galatas quinto, dei dona ac munera, aurum, argentum lapi-

desq; pretiosi, consequens profecto est talia ipsorum merita esse opera inclyta, nobilissima, deoq; digna, quamq; & hanc dignitatem habeant non a libero arbitrio, sed a Christi gratia, & meritis, quæ sunt omnium meritorum fundamenta. Proinde & gratia vnicuiq; iustificando propter merita Christi gratis infunditur, vt ipsa possit esse principium, & causa meritorum. Ipsam dico nō solam, sed cum humana voluntate secundum eandem gratiam operante, quemadmodū ait apostolus, Plus omnibus laboraui, nō ego, sed gratia dei mecum. Gratiam ergo, quę principium est meritorum, nullus vnquam sibi mereri potuit. Vnde neq; ipse Christus eam gratiam, qua meruit nobis gratiam preuiam remissionem peccatorum, & vitam ęternam, sibi meruit. Sed de his latius in altero libro, in tractatu de meritis sanctorum, vbi & dissoluuntur aduersariorum argumenta. Nunc autē sufficiat considerare merita Christi fuisse merita pro tota natura humana ex Adam propagata. Et ad hęc altius penetranda diligenter consideranda est doctrina Pauli, pręsertim in epistola ad Romanos sumentis argumenta ex lege proportionis & oppositionis primi Adæ, qui terrestris erat ad secundum Adam Christum, qui semper fuit, & est cœlestis. Primus Adam forma seu figura erat secundi Adę tunc futuri. Forma inq; quia sicut per illum peccatū, ita per istum iustitia. Et sicut per illlum mors, ita per istum vita. Sic enim passim argumētatur Paulus, Sicut in illo illud, sic in isto istud, addens tamen hanc formam non ex omni parte esse conformem. Sed non sicut delictum, inquit, ita & donum. Et rursus, non sicut per vnum delictum, ita & donū, tanq; dicat, fortius est donum quam delictum, fortius dico non extensius. Nam donum Christi non prodest pluribus quam noceat delictum Adę, sed plus mali tollit & plus boni pręstat Christus regeneratis quam mali Adam ex se generatis. Adam per vnum delictum vnum peccatum transmisit in filios. Christus per donum suum non solum vnum hoc, sed cætera omnia sustulit de regeneratis ex se. Si ex Adæ inobedientia noscuntur filij irę omnes qui propagantur ab ipso, multo magis ex Christi obedientia efficiuntur filij pacis, quotquot renascuntur ab illo, Vnde charitas seu bona voluntas Christi pro nobis in carne operantis longe erat

vehemen

vehementior,quam mala voluntas,aut Adæ transgredientis, aut Iudæi crucifigentis. Verum hic ne ex doctrina Pauli fallaris,Sciendum quod aliter Adam per suam inobedienciam transmisit originale peccatum in posteros, aliter Christus secundum humanam naturam,per suam obedientiam transmisit iusticiam in filios suos,nam ille Adā videlicet transmisit in posteros originale peccatum non hoc ipsū illis merendo,sed naturam originali peccato vitiatam generādo et propagando, Christus autem quatenus homo tranmisit iusticiam in filios non propagando illam, sed hanc merendo apud deum omnibus ,quotquot receperint ipsum, vt per fidei copulam efficiantur palmites in ipso tāquam in vite. Vnde & Adam si in originali iusticia perstitisset,eandem in filios suos deriuasset,non illam eis promerendo,sed propagando naturam originali iusticia prędità & hoc est quod venerabilis ait Anselus, Adam nequaquam potuisset iusticiam in eos,quos erat generaturus,transmittere, si non ad eos potuisset suam iniusticiam perducere. Intelligitur autem hoc de originali iusticia & iniusticia,& de trāsmissione,quæ est secundum viam non meriti,sed ꝓpagationis. Quemadmodum enim Adam fuit a deo constitutus non vt singularis persona,sed vt principium totius humanæ naturę a se in filios propagandę cum dote immortalis vitæ, Ita Christus a deo institutus est nobis,non vt singularis solum persona, sed vt pricipium quoddam & caput spiritualis vitæ deriuādę seu fluentis ab ipso in omnes qui regenerantur ex illo etiam in eos,qui propter ætatem nondum possunt nec credere,nec inuocare illum. Meritū Christi sese habet ad membra fide sibi nexa ac cohærentia perinde atque sese habet meritum hominis ad seipsum,suum corpus,suaque membra. Quemadmodum igitur homo non solū animæ sed & corpori,suisque membris omnibus dei gratia suffultis meretur incorruptionem & gloriam,ita Christus omnibus membris fide sibi colligatis meretur remissionē peccatorum,exaltationem & gloriam. Si iustus quisque iuxta euangelij doctrinam persequutionem patiens propter iusticiam habet mercedem repositam in cœlis,pro se & omnibus membris corporis sui,multomagis Christus orando, supplicando,contumelias,opprobria & mortem turpissimam

mam tolerando, propter iustitiam nostramque salutem, meruit nobis insitis per fidem membris in corpore suo & gratiam, & vitam æternam. Vnde & per vniuersa passim loca scriptura prædicat Christum sese offerendo & supplicando fecisse & deum patrem propitium nobis & nos sibi coheredes. Quemadmodum in psalmis ait ad illum pater, Postula a me, & dabo tibi gentes, hęreditatem tuam.

Ex supradictis ẽ manifestũ ꝙ Christ⁹ nõ solũ meruit nobis vt per gratiã dei iustificati assequeremur vitã ęternã, sed etiam meruit nobis adhuc impijs & iniustis, vt iustificaremur & assequeremur gratiam ipsam primam, qua ex impijs iusti efficeremur. Proinde meruit non solum viuis mẽbris sui corporis, sed & mortuis, vt de non membris membra fierent. Sed hoc Christi meritum non habet suam vim, & efficaciam in vllo homine spiritualiter mortuo, nisi in eo cui fuerit applicatum, aut per fidem, aut per fidei sacramentum. Quemadmodum ait Apostolus. Quem deus proposuit propitiatorem per fidem in sanguine eius. Ad hoc enim vt cuique prosit meritum istud oportet secundum legem dei communem accedere ministerium humanum. Qui creauit nos sine nobis, inquit Augustinus, non saluabit nos sine nobis. Ad percipiendum fructum meritorũ passionis Christi oportet etiam nos aliquid facere, quod tamen sine gratia eius nos præuenientis non faceremus Quemadmodum Iudęis interrogantibus apostolos. Quid faciem⁹ viri fratres? Respondit Petrus. Pœnitemini, & credite euangelio. Infantibus, qui nihil adhuc peccauerunt propria voluntate, applicatur meritum passionis Christi per voluntatem alienã, lauacrum regenerationis ministrantem.

Sequitur huius partis articulus in quo soluuntur de merito Christi argumenta.

Sed contra hęc videbuntur forsitan argumenta. Primũ. Christus non solum meruit remissionem peccatorum credẽtibus, sed & meruit tã ipsam fidem qua credimus, quã ipsum etiam fidei sacramentum. Nam & ipsa fides & fidei sacramentum sunt etiam dei miserentis dona, docente postolo Paulo. Gratia saluati estis per fidem, & hoc nõ ex

vobis, dei enim donum est, non ex operibus, quonam igitur modo per fidem applicatur vnicuiq; Christi meritum, cum & ipsa fides, quæ prima est gratia, non datur nisi per dominum Christum. Neq; videtur quis gratiam dei posse habere aliũde, quam ex merito Christi. Nam si aliunde sit aliqua in nobis gratia q̃ ex Christi merito, non erit Christus ipse fons omnis gratię Vnde & hoc videtur significasse Apostolus, per Iesum fideles estis in deum. Cæterum & Christus docuit ipsum credere, esse dei opus, hoc est, inquit, opus dei, vt credatis in eum, quẽ misit ille, Ioannis vi. Præterea Christus si meruit vnicuiq; electorum primam gratiam, & remissionem peccatorum, ergo Christus fecit vnicuiq; electo hęc esse debita, quonam pacto igitur poterit stare vnicuiq; electorum ex gratia & misericordia fieri remissionem peccatorum, & iustificationem. Tertium argumentum. Christus orauit deum pro gratia nobis communicanda, & pro remissione peccatorum nostrorũ & pro salute nostra, & vt acciperemus spiritum viuificantem. Vñ & ipse etiam iam in cœlis residens orat pro nobis. Nã hoc dictum ẽ post resurrectionem, qui & interpellat pro nobis. Videtur ergo Christus hęc non meruisse nobis. Orationes nẽpe et supplicationes ad quempiam directę inituntur gratię & misericordiæ eius, qui oratur. Merita vero apud quẽpiam impensa innituntur iusticię.

Quartum argumentum. Quo nam modo stare potest Christi meritum fuisse sufficiens pro peccatis totius mundi, ipsumq; sufficienter pro omnium hominũ peccatis diluendis esse mortuum, cũ ipse nec pro oĩbus orauit, nec oĩm hominum salutẽ voluit, sed pro electis solum, quemadmodũ ipse ait. Ego nõ pro omnibus rogo, sed pro his, quos dedisti mihi. Deinde Christus si pius & misericors adeo dilexit humanũ genus, vt mortem subire voluerit, & pro inimicis suis crucifixoribus, cur ipse apud prophetam orãs loquitur ad patrẽ. Non miserearis omnibus, qui operãtur iniquitatem, Appone iniquitatem super iniquitatem ipsorum, non intrent in iustitiam tuam, deleantur de libro viuentiũ. Item Christus si spontanea charitate voluit pati, qua ratione rogauit patrẽ ab inimicis & crucifixoribus liberari, loquens ad deum in psalmis, Erue me a psequẽtibus me, erue me de

ini-

inimicis meis deus meus, de viris sanguinū libera me. Vnde & instante iam passionis tempore orauit, Pater si possibile est trāseat a me calix iste. & in psalmo 87. Vox ipsius est, vt quid domine repellis orationem meā, auerte faciē tuā a me.

Pro solutione istorū oportet aliqua præmittere.

Primū. Omni gratia, quam meruit nobis Christus, prior est gratia seu misericordia dei preuenientis, præparantis, seu dantis nobis ipsum Christum, neq; enim Christus ipse meruit sibi vt ipse nasceretur deus, & homo de virgine, alienus ab omni obligatione peccati. Quod deus pater filiū suū vnigenitū daret pro vita mūdi eius nullū fuit meritū Christi, sed illius causa efficiēs sola fuit voluntas dei secūdū bonitatē suā diligētis perditū genus hominum, dicente Euangelista. Sic deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Proinde mysterium hoc incarnationis ab apostolo Paulo vocatur sacramentum voluntatis dei secundum beneplacitum eius. Sumus quidem prædestinati in adoptionem filiorum per Christum Iesum, tanq; mediatorem, qui meruit nobis vt essemus dei filij adoptiui. Eius autem, quod sic sumus predestinati in adoptionem filiorum per Christum Iesum, nullum est Christi meritum, nam predestinatis in adoptionem filiorum, prepa ratum est Christi meritum non propter vllum eiusdem Christi meritum, sed ex solo beneplacito dei miserentis, talem saluatorem, qui posset mereri pro humano genere, preparantis, neque enim ipse Christus meruit sibi vt nasceretur mediator noster, ac redemptor, esset q; caput nostrum, habens potestatem talem ac dignitatem, qua potuit satisfacere & mereri nobis, vt essemus filij adoptionis per gratiam qui eramus impij. Deinde neq; ex meritis Christi sunt preparationes, quales longe ante Christum natum deus in lege, in prophetis, & in psalmis preparauit, & reuelauit populo suo missurum se Christum filium suum futurum redemptorem, lumen gentium, virginemq; electam, que pareret Emanuelem, in quem sperantes fieri possent salui. Sed hæc omnia sunt beneficia quædam gratuita, ex dei miserentis bonitate ordinata ad Christum ipsum illiusq; meritum tanquam ad finem, dicente Apostolo Paulo. Finis legis Christus est ad iusticiam omni credenti. Ex his ergo patet esse quædam

gratuita

gratuita humano generi impensa, non tanquam premia meriti Christi, sed tanquam preparationis ad Christum ipsum illiusq; meritũ ordinata ac præparata ex sola voltũtate dei pro sua bonitate volentis misereri humani generis. Sunt autem hæc ad penetrandum intellectum scripturarum diligenter obseruanda. Passim inculcat & copulat Apostolus Paulus per Iesum Christũ secũdum propositum voluntatis dei, i laudẽ glorię gratię suæ, redẽptionẽ per sanguinẽ eius remissionem peccatorum secũdum diuitias gratiæ eius. ad Ephesios prio, Benedict⁹ deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui prędestinauit nos i adoptionẽ filiorũ per Christum Iesum, in ipsum secundum propositum voluntatis dei in laudem gloriæ gratię suę, in qua gratificauit nos in dilecto filio, in quo habemus redemptionẽ per sãguinem eius remissionem peccatorum secũdum diuitias gratię eius, quę superabundauit in nobis in sapientia & prudentia, vt notum faceret nobis sacramentum voluntatis suę, ac si dicat, Facti sumus adoptionis filij per Christũ Iesum tãq; mediatorem, & per meritũ illius. Sed eius quod sumus sic prædestinati per Christum Iesum causa est nõ meritũ Christi, sed propositũ diuinæ voluntatis in laudem glorię gratię suę deriuatæ ad nos per eundẽ Christũ Iesum, qui sanguinẽ suum soluit pretium ꝑ peccatis nostris, quorum remissionẽ consequuti sumus nõ secundũ nostra merita, sed secundum abundantiã gratię illius, quam fecit copiosam atq; abundãtem in nobis. Item ad Rom. tertio, Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptiõem, quæ est in Christo, quem proposuit deus propiciatorem, per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iustitię suę, propter remissionem præcedẽtiũ delictorum in sustentatione dei ab ostensionẽ iustitię suæ, in hoc tempore, vt sit ipse iustus et iustificans eũ, qui ex fide in Ihesũ Christũ. Ponderãda sunt verba singula ad penetrãda sacratissimæ redemptionis mysteria supradicta, emptionẽ redemptionẽ, venditionem, satisfactionẽ, reconciliationẽ et meritum. Gratis, inquit, iustificati sumus, hoc est absq; meritis nostris, et ideo iustificatio hæc nõ redditur tanq; merces nostrorum operũ siue sint opera legis Moysi siue opera legis naturę. Et ne putaretur hęc iustificatio fieri absq; vllo dono nobis dato, ideo subiecit per gratiã. Nõ satis erat dicere gra

tis

tis sed gratis iquit & per gratiā. Et ne putaretur hęc gratia absq; vlla satisfactione & meritis fieri humano generi, continuo adiecit per redemptionem, quę est ī Christo Iesu, aperte insinuans hanc iustificationē non haberi absq; meritis Christi suam carnē & suum sanguinē ī pretiū exoluētis ꝑ mūdi vita. Deinde nullam esse discordiā inter hanc emptionē, meritum, seu satisfactionē, et gratiā, ostendit quæ sequitur particula, quem proposuit deus propitiatorem tanq; dicat, ꝙ talis nobis pręparatus sit redēptor, est ex voluntate dei miserētis. Rursus ne putaretur hęc misericordia fieri absq; vllo liberi arbitrij nostri opere adiecit per fidem in sanguine eius, tanq; dicat. deus ipse pro sua misericordia absq; meritis nostris talem proposuit ac præparauit, in quem credētes iustificaremur. Huiuscemodi redemptiōis seu satisfactōis fructus, quia non ad omnes peruenit, ideo subiungens docet, quidnā hoc sit, per quod huiuscemodi propiciationis effectus seu fructus in vnum quęq; perueniat, per fidem inquit, in sanguine eius, et hæc omnia fecit deus ad ostēsionē iusticiæ suę, hoc ē, vt ostēderet se iustum, veracem, seu fidelem ī ꝓmissis suis, volens hoc pacto ostendere se esse autorem omnis iustitię humanæ, talem pro sua misericordia largiens humano generi redemptorē seu propitiatorē, sicut ante misericorditer promiserat. Et quia posset quispiā arbitrari ex his consequēs esse ante sanguinem Christi fusū nō potuisse peccata remitti, significauit hanc iustitiam fuisse factam propter remissionem præteritorum peccatorum, quæ erant sub priori testamento. sed hæc ipsa peccata interim māsisse ī sustentatione seu tolerātia dei, nondum admittētis homines illos, quibus sic peccata fuerāt remissa, ad assequēdā hæreditatem ęternā, quod est opus iustitiæ abundatioris, quę facta est hoc tempore per Christum aperientem ianuam regni cœlorū. Vnde huius clausulæ intellectum latius explicat idem Paulus ad Hebręos nono, dicēs, Propter hæc Christus noui testamēti mediator est, vt morte intercedente ad remissionem earū pręuaricationum, quæ erant sub priori testamento, hi qui vocati sunt, promissionē accipiāt æternæ hęreditatis. Quod ad Romanos dicit propter remissionē pręcedentium delictorū, hoc ad Hebręos explicat ad remissionem earū preuaricationū, quæ erant sub priori testamento. Pręuaricationes

 ergo

ergo quæ erãt sub priori seu veteri testamẽto, quãtũ ad iusti ficationẽ, a culpa tollebãtur quidẽ per virtutem Christi tũc futuri, sed quantum ad assequutionem ęternæ hæreditatis ꝓmissæ nõ poterãt remitti, nisi intercedente seu inteueniẽte morte. Secundo ex supra dictis est supponendum ꝙ etsi interdũ multa premia sint tempore priora suis meritis, quemadmodum gratia iustificationis Adę pœnitentis fuit premiũ Christi longe post patientis, omne tamen meritum secũdũ naturę ordinẽ prius est premio ex ordinatione eius, qui premiũ ꝓpter pręuisũ aliquod meritũ largit̃. Talis enĩ fuit ordo diuinæ iustitię vt nulli Adæ filio daretur gratia nisi ꝓpter Christi merita vel vt p̃uisa futura vel vt exhibita.

Tertio pro solutiõib⁹ obiectionũ cõuenit pręmittere ipsã gratiam omnibus virtuti bus pręstare merendi vim & efficaciam. Neq; enim valor operũ vllius virtutis dignus esset æterna gloria, si non persona operantis esset deo grata seu accepta. Primum respexit deus ad Abel, deinde ad munera eius. Vnde neq; spes absq; gratia ad merẽdũ sufficiẽs esset, neq; item charitas ipsa creata, si per dei potentiã absolutam relinqueretur qualitas in anima nuda absq; spiritu sancto inhabitante animã & mirabili quodã modo viuificante & gratificante, faceret opera habere merendi vim seu efficaciã. Fides, spes, charitas, secũdum Apostolũ tria hęc manent in hac vita, quæ cum habeant deum vt obiectum & vltimum finem, dirigunt actus aliarum virtutum in eũdẽ vltimum finẽ. At vero gratia, qua sumus deo grati & accepti, præstat nõ solum alijs virtutibus, sed & ipsi fidei, spei, & charitati vim seu efficaciam iustificandi atq; merendi vitã æternam. Et quemadmodum fides iuxta Pauli apostoli doctrinam reputatur homini credẽti in deum ab iustitiam secũdum propositũ gratię, ita spes & charitas sperantibus ac diligentibus deum ad iusticiam reputantur secundum propositum gratiæ. Quod si charitas ipsa diffusa in cordibus nostris per spiritum sanctum sit substantialiter gratia ipsa, qua super omnia deum ipsum charum seu dilectum habentes efficimur grati deo & cõsortes diuinę naturę, tũ charitas est ipsa gratia propter Christi merita in nobis diffusa p spiritũ sãctũ nobis datum inhabitantem & sanctificantẽ corda nostra, secũdũ quã ceu formã ĩhęrẽtẽ sumus grati &

chari deo. Ad primam igif obiectionē, qua dicitur, Christus meruit non modo remissionem peccatorum nobis credentibus, sed & ipsam fidem, vt fieremus ex incredulis credētes, cū & ipsa fides sit dei miserentis donū. Respōdeo ex supra dictis patet non esse consequens, Si fides sit dei miserentis donum, ꝙ ergo sit nobis datum propter Christi meritum. Aliud est aliquid esse a Christo deo seu donū dei, aliud esse ex merito Christi. Omnem gratiam, quā meruit nobis Christus præuenit dei misericordia secundū quā & datus est nobis Christus, & in lege & in prophetis longe ante reuelatus. Sic & dispositiones, quibus vnicuiqꝫ electo meritum Christi applicatur, sunt quidem gratuita dona dei miseretis sua bonitate, hæc præparantis his, quos ipse ꝑ meritum Christi saluare decreuerit. Sed non sunt præmia ex Christi merito, quēadmodū ꝙ homines sumus industrij, præstātes virib⁹, atqꝫ īgenijs habem⁹ a deo patre & Christo filio, sed non ex Chr̄i precibus, non ex merito passionis aut mortis illius, neqꝫ enim Christus venit in carnem passurus & moriturus pro nobis vt nasceremur creaturæ rationales, prestātes corpore aut ingenio. siquidem talis hominum diuersitas extitisset etiam si Christus in mortalem carnem non venisset, sed venit vt prime homines recti in Adam secundum dei bonitatem creati iustificaremur a peccatis, & reconciliaremur deo patri, & assequremur vitā cœlestis paradisi, quam in Adam perdideramus omnes.
Quod si iam forsitan quispiam obiecerit. Quisquis meretur premiū aliquod is & meretur illud omne, sine q̄ premiū illud haberi non potest, Christus ergo si meruit electis præmium, sequitur eum & meruisse illis fidem omnemqꝫ etiā dispositionem, sine qua gratiam participare non possunt.
Respondeo, ex superioribus liquido patet falsā esse propositionem antecedentem. Nam si hoc daretur pari ratione iusti tam veteris quam noue legis homines cum meruerint vitam eternam, meruissent quoqꝫ tam gratiam primam q̄ domini nostri Iesu Christi incarnationem, quod cōstat esse falsissimum. Deinde & Chistus cum meruerit nobis vitam eternā, etiā meruisset sibi gratiā suā atqꝫ hypostaticā humane nature cū diuina vnionē, sine qua nobis mereri non potuit. Sciendum igitur nōnulla esse quę nō solummodo ad præmiū participandū, sed ad merēdū siue ad hec vt quispiā
mere

mereri posset sũt necessaria, cuiusmodi sũt natura ipsa, rationalis volũtas, ĩcarnatio domini nostri Iesu Christi, quæ sũt seu initia quędã atq; præsupposita ãte õne meritũ humanũ. Cæterũ ĩ argumẽto, cũ assumit̃ neminẽ posse habere gratiã aliũde q̃ ex meritis Christi, Respõdeo gratiã illã qua quis iustificat̃, ꝑ quã et remissionẽ peccatorũ et vitã ęternã asseq̃t̃ nemo potest habere aliũde q̃ ex merito Christi. Verũ hac gratia prior est gratuita quædã. i. gratuita dei motio seu prę paratio cõstituta ĩ Christũ, tãq̃ ĩ suã ordinationẽ. Cęterũ donem⁹ fidẽ ĩ nobis esse primã gratiã cadẽtẽ sub merito Christi, nihilomin⁹ iusta fiet ĩterrogatio, cur gratia ista nõ ꝑueniat ĩ oẽs Adę filios. Ad quã sane ĩterrogationẽ ex scripturis sacris nihil possum⁹ certius respõdere q̃ asserere hoc ꝑuenire parti ex ꝑdestinatione dei, hunc ꝑ sua misericordia ad fidẽ eligẽtis, istũ autẽ iusto iudicio suo deserẽtis, parti ex libero arbitrio hominis, nũc sese ad accipiẽdũ fidẽ accõmodãtis, nũc autẽ cõtẽnẽtis motionẽ, suasionẽ, seu tractũ dei, animã ad credẽdũ excitãtis. Fides igit̃ ex dei gratia homini dat̃ & per fidẽ etiã gratia homini dat̃, sed diuerso modo nomine gratię accepto. Per motũ fidei gratia iustificãs dat̃. Ipsa vero fides dat̃ ex gratia, id ẽ ex gratuita bonitate dei, sic intus trahentes hominem queadmodũ aptũ nouit, vt obediat, sicuti ait Saluator. Nemo potest venire ad me nisi pater me⁹ traxerit illũ. Venire ad me, i. mihi sociari ꝑ fidẽ ac particeps esse meritorũ meorum, nisi pater meus sua motione gratuita pulsauerit cor eius, vt credat ĩ me. Post lapsũ primi hoĩs nulli vnq̃ hoĩ ꝑpagato ex Adã data est gratia iustificãs, nisi ꝑ fidẽ in Iesũ tacitã vel explicitam. Ad fidẽ autẽ huiuscemõi quia nemo ꝑuenit, nisi cęlitus a patre tract⁹, ꝑinde ne & fides ipã sit sꝑba & ne glorief ĩ fide, tãq̃ in merito suo, Ideo & ipsa fides definit̃ esse grã, i. donũ quod dã gratuitũ, & hoc est ꝑ quod vnicuiq; electo meritũ Christi ad assequẽdũ gratiã iustificãtẽ applicat̃ secũdũ beneplacitũ diuĩæ volũtatis decernẽtis eã vnicuiq; esse viã ꝑueniẽdi ad parcipãdũ fructũ ac meritũ Christi. In hãc sẽtẽtiã vergit Apostolicũ ṽbũ, fides reputat̃ ad iusticiã secũdũ ꝑposi tũ grã dei. Huc quoq; tẽdit, qd' Aug. in libro de pręd est. fact. ĩquit, hõ q̃sq; ab ĩitio fidei ea grã fit christian⁹, qua filî⁹ dei ab ĩitio fact⁹ est Christus loquẽs de grã pręd estina-

tionis. Quemadmodum igitur Christus non ex vllo merito, sed ex prædestinatione habuit, vt nasceretur Christus, sic & homo quisque electus non ex meritis Christi, sed ex prædestinatione diuina habet quod sit ad consequendam efficaciam meritorũ Christi cõditus, & prædestinatus. Patebũt autẽ hæc latius in libro de concordia diuię prædest. & liberi arbitrij. Ex quibus cõsequẽs est effectus quosdã gratuitos cõtineri in cõgerie effectuum prędestinationis diuinæ, qui non sũt in serie effectiuũ meritorũ Christi. Verbum autem apostoli ad Ephesios primo dicentis, prędestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum, accipiendum est vt sermo ille, per Iesum intelligatur relatus ad diuinę predestinationis effectũ, videlicet ad adoptionem filiorum. Iesus nempe etsi sit causa meritoria, ac media gratiæ, qua sumus adoptionis filij Christo cohæredes, per quem & deus, vt inquit apostolus Petrus, magna & pretiosa promissa nobis donauit, vt diuinæ simus consortes naturæ, Petri primo, non tamen est causa meritoria, neque æternæ prędestinationionis diuinę neque omnium effectuum illius. Quod ergo in scripturis deus dicitur fide iustificare aut purificare corda, in hunc sensum est accipiendum, quod motus fidei in Iesum habeat vim seu efficaciam mundandi, iustificandi, aut merendi, hoc habet a gratia data ex ipsius Christi merito per motũ fidei nobis applicato. Vnde & huius cõsideratione dicedat Paulus apostolus ad Romanos. 4. Credenti in eum, qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiã secundum propositum gratiæ dei, Aperte insinuans neque fidem neque nostrum credere mereri iustitiam, sed reputari ad iustitiam secundum propositum gratiæ dei statuentis meritum Christi ad iustificationem prodesse omnibus, qui credunt in ipsum. Ad id quod cõsequenter in argumento assumitur, si aliunde quam ex Christi merito sit aliqua in nobis gratia, non erit ergo Christus fons omnis gratiæ, facilis est responsio, siquidem patet ex supra dictis Christum esse fontem omnis gratiæ, id est omnis doni gratuiti largitorem & datorem vna cum patre & spiritu sancto, sed non inde consequens est Christum esse fontẽ omnis gratię meritorium. Nam & ex iam dictis liquido constat Christum neque sibi neque angelis meruisse gratiam, neque patres veteris legis,

neque

neq; virginem Mariam meruisse filij dei incarnationem, neq; motum fidei vllius liberi arbitrij credentis in Christū esse vnq; meritorium iustificationis, aut salutis aut iustificātis gratiæ. Verum tamen est omne opus diuinę misericordiæ ad salutem electorum post lapsum Adę pręparatū aut dari ex merito Christi aut ordinari ad ipsum Christū meritumq; eius. Verum insuper est neq; fidem in Christū neq; pręparationem vllam talem fuisse gratiæ futuram, si Christus non fuisset incarnandus, sed non hinc cōsequēs est illa dari nobis ex merito Christi. Iam si dixeris. Christus orauit pro nō membris vt membra fierent ecclesiæ suæ pro infidelibus incredulis & impijs, vt ipsi nondum credētes fierēt credētes. Vnde & ipse pro persequentibus & calumniantibus, id est incredulis & pertinacibus fidem oppugnantibus orare docuit, quod & teste Cypriano petimus in oratione dominica, Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra. Videtur igitur fides vnicuiq; electo dari ex merito. Respondeo. Christus vtiq; orauit pro nō membris ecclesię suæ vt membra fierent, pro incredulis vt crederent, Sed nō inde consequens est fidem vnicuiq; electo esse præparatam ex merito Christi. Nam Christus orauit solum pro his, qui erant a deo gratis ad habendum fidem electi, nō vt illis meritum suum esset pręparatum, non vt ad fidem, per quam fierent participes meritorum eius, essent prædestinati, sed vt sic prædestinati per eandem fidē absq; vllis proprijs meritis assequerentur gratiam & remissionem peccatorū propter eadem Chisti merita, quę deus pater deputat vnicuiq; applicata, qui in ipsum Iesum crediderit & baptizatus fuerit. Vnde & huius cōsideratione opera & merita Christi sunt quodammodo per fidei copulam facta opera & merita nostra, quo fit, vt dum propter merita & opera Christi aliquid datur nobis, hoc & propter opera nostra dari dicatur. Sic docet Augustinus vitam ęternam dum paruulis regeneratis datur propter Christi merita, simul & dari propter ipsorum opera, maneatq; vniuersalis veritas illius quod dicitur, Tu reddis vnicuiq; iuxta opera sua, & alibi, Omnes nos manifestari oportet āte tribunal Christi, vt referat vnusquisq; pro ut gessit in corpore siue bonum siue malū, secundę ad Corinthios. sexto, Vide super hac re Augustinū in

in epistola ad Vitalem. Cęterũ & hic sciendũ ꝙ Christus etiam secundum formam humanam omnium futurorũ praescius sciebat, vt ĩquit Augustinus, eos ꝑ quibus sanguinẽ suum effundebat. Videns itaqꝫ tam eos, qui erant ĩ eum credituri, ꝙ̃ et eos, qui credituri non erant, nõ pro permansuris reprobis, & incredulis orabat, sed pro illis, quos videbat credituros, quemadmodum & ipse testatur apud Ioannem ad patrem loquens. Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi, & pro eis ego sanctifico meipsum, vt sint & ipsi sanctificati in veritate, non pro eis autem tantum rogo, sed & pro eis, qui crediturí sunt per verbum eorum in me, vt omnes vnum sint sicut tu pater in me & ego in te, & vt ipsi in nobis sint vnum, vt credat mundus, quia tu me misisti, Iohannis decimooctauo. Ex sermone isto Christi duae sunt considerandae sententiae.

Prima Christus non pro reprobis, sed solum pro electis rogauit, & his quidẽ oĩbus siue tunc in carne viuentibus, siue postea futuris per verbum Euangelij credituris.

Secunda sententia. Christus tria orauit pro ipsis. Primũ vt ipsi sit vnũ oẽs, & sãctificati ĩ veritate. Secũdũ vt ipsi ĩ ipso & in patre vnum sint. Tertiũ vt mũd⁹ credat ipsũ a patre missũ. Et ideo verbũ rogo vbiqꝫ ĩqt Aug. ponẽdũ est vt sensus sit, rogo vt oẽs vnũ sit sicut tu in me, & ego in te, rogo vt ipsi vnũ sint in nobis, rogo vt mũdus credat, quia tu me misisti. Ex qua sententia vtiqꝫ consequens est Christum rogasse quidem pro electis vt crederent, qui & si fuerant ad fidem assequendum praedestinati, non tamen inde sequitur Christum aut meruisse, aut rogasse pro illis, vt ad fidẽ assequẽdũ essẽt praedestinati. Neqꝫ itẽ sequitur Christũ rogasse pro mundo illo vt sic traheretur a patre qualiter illi mundo aptum nouerat vt crederet, atqꝫ ita mundum illum praedestinatorũ hominum credidisse propter preces Christi, alium autem mundum reproborum non credidisse, eo ꝙ non pro illo rogauerit Christus. Nam si hoc quispiam dixerit, mox percunctabimur. Cur ergo pientissimus Christus miserator, misericors, & clementissimus dominus, in quo & dolor compassionis, secundum quam miserijs humani generis condoluit, longe grauior fuit dolore passionis quam in carne sua sensit, qui & iuxta propheticum ver

bum non vult mortem vllius peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat, non pro omnibus rogauit, quatenus ita traherentur a patre cœlesti vt crederent, qui vtiq; credidissent omnes, si pro omnibus orasset. Hic non habemus quod conuenientius videatur esse respondendum, q̃ vt dicamus, quod Christus voluntatem suam seruans semper diuinæ voluntati conformem pro illis duntaxat rogauit, quos deus secundum æternum & benignum suum iudicium illi dederat, vt crederent, vt scilicet credentes illi assequerentur gratiam & remissionem peccatorum propter merita incarnationis, passionis, & mortis ipsius. Atque ita per Iesum Christum est gratia omnibus secundum ęternum dei propositum prędestinatis in eum credituris, aut credentibus, quos & ipse deus ad fidem, ad gratiam, & ad vitam æternam dilexit ante mundi constitutionem.

Ex his igitur primum liquet reconciliationem, qua sumus deo per mortẽ filij eius recõciliati, non sic, vt & ĩquit Augustinus, accipiendam esse, quasi filius ideo nos deo reconciliauerit, vt iam deus inciperet amare nos, quos oderat, sicut reconciliatur inimicus inimico, vt deinceps sint amici, & inuicem diligant, qui oderant, sed sic accipiendã esse, vt iam nos reconciliati simus ei ab æterno diligenti nos, cum quo nos propter peccatum ĩimicitias habebam⁹, ille vero charitatem erga nos habebat etiam cum inimicicias aduersus eum operaremurt. Ille semper dilexit nos, & tamen ei verissime dictum est. Odisti omnes qui operãtur iniquitatem, proinde & miro atque diuino quodam modo nos diligebat etiam quando nos oderat, odiens iniquitatem in nobis, diligens tamen nos ad gratiæ suæ beneficium largiendum propter Christi meritum.

Secundo patet, quod Christus neq; orauit hoc quod ipse esset saluator mundi & crearetur tam dignus tantaque prędicus gratia, qua possit satisfacere, & humano generi primam gratiam atque remissionem peccatorum promereri, sed de his beneficijs a deo patre sibi datis gratias agebat. Tertio patet, quod neque orauit, neque meruit pro impijs & incredulis, vt ipsi in impietate sua siue ĩcredulitate permanentes assequerentur gratiam & remissionem peccatorum, quia hoc est impossibile.

Neq;

neq; item orauit aut meruit vt gratia suaq; merita fierent vlli filio Adę debita, quia iam gratia nō esset gratia, sed meruit & orauit vt pridem impij atq; icreduli, qui coelitus inuitati in ipsum credere uoluerint & baptizati fuerint gratis .i. absq; proprijs meritis assequerētur gratiam & veniam peccatorū. Vnde baptismus, motus fidei, ceterçq; dispositiones secūdū naturam prçcedētes gratiā ex se sunt isufficientes ad gratiam, sufficiētes vero propter Christi meritū virtualiter in illis cōtentū secundū beneplacitū dei patris sic ordinātis, vt patet in scripturis reuelatis, qui & aliter etiam ordinare potuisset si placuisset. Quarto patet sermonē scripturę designātis iusticiam & salutē nostrā esse aut ex fide in Iesum, aut per fidem, seu per motum fidei non sic esse intelligendū tanq; per fidem mereamur iustificationē, aut gratiam remissionis peccatorū, neq; enim fidei aut charitatis motus neq; vllius liberi arbitrij nostri, actus est iustificantis gratiæ meritorius, sed sic est accipiēdum ex fide in Iesum nos iustificari, quod in vnoquoq; adulto motus fidei est prçparatio seu dispositio, secundum quam anima cœlitus attracta disposita est seu apta ad participandum fructum & merita Christi. Ille autem gratuitæ fidei motus in primo iustificationis momento, & si sit cęlestis premij meritorius secundum gratiam, quæ tunc infunditur, non tamen est meritorius, sed effectus potius gratiæ illius, estq; actus ille hac ipsa gratia secundum ordinem naturę quodammodo prior, & quodammodo posterior. Prior quidem, quatenus est actus liberi arbitrij celitus attracti atq; vocati, præparatus ad participandum efficaciam meritorum Christi, posterior vero quatenus est actus æternę vitæ meritorius. Quinto ex supradictis sequitur gratiā, quæ est principium omnis meriti, non posse esse vllius meriti premium, & ideo incarnationem domini nostri Iesu, quæ super humanum genus est omnis gratiæ principium, iuxta illud, Gratia & veritas per Iesum Christum facta est, non posse esse vllius meriti premiū, qbus fit vt neq; patriarchæ & prophetę, neq; virgo Maria, meruerint Christum incarnari. Ex eisdem quoq; patet responsio ad id quod deinceps in obiectionibus assumitur. Christus si meruit vnicuiq; primam gratiam, qua ex impio fiat iustus, ergo Christus
sibi

suo merito fecit primam gratiam eidem impio debitam.
Respondeo id consequens non esse, nam Christum meruisse remissionem peccatorum, & primam gratiã impijs, non est sic accipiendum, quod Christus suis meritis fecerit primam gratiam esse debitam vlli impio aut incredulo, aut vllis meritis seu operibus impijs, sed quod ipse Christus fecerit illam debitam suis meritis per fidem applicatis homini prius impio iam credẽti & resipiscẽti ab impietate sua. Iam si dixeris. Si Christus suis meritis non fecit primam gratiam vlli homini debitam, quanam igitur ratione ipse dicitur meruisse primam gratiam, cũ mereri alteri aliquid apud alterum nihil sit aliud ꝙ suis operibus facere hoc esse debitum illi, dicente Apostolo Paulo, ei qui operatur, merces imputatur non secundum gratiam, sed secundum debitum tanquam dicat, homini qui operando meretur, merces est debita, Facilis est responsio. Nam gratia illa ẽ debita non homini illi, non meritis personę sic credentis, sed meritis Christi per fidei copulam transeuntibus in personam sic credentem, & hoc quidem ex sola voluntate dei sapienter ordinantis fructum passionis unigeniti filij sui peruenire in vnumquemꝗ per fidem in sanguine eius, dicẽte Apostolo. Quem proposuit deus propitiatorem per fidem in sanguine eius. Quod si vltime roges, cur dei misericordia huic & non illi voluit Christi merita applicari. Respondeo ex prædictis vnicuiꝗ Christi merita applicantur per fidẽ & sacramentum fidei. Et quia motus fidei est opus dei simul & hominis voluntarie consentientis diuinæ suasioni, misericorditer præuenientis vnumquemꝗ electorum, suasio autem prȩueniens, quæ solius dei ẽ opus vnicuiꝗ electo datur non ex debito, sed ex ipsius dei miserentis bonitate. Ideo quod merita Christi non omnibus hominibus, sed huic non illi applicantur, partim est ex libero arbitrio hominis volentis aut credentis aut non credentis, partim ex electione dei volentis hunc, non illum ita præuenire qualiter aptum nouit vt obediat. Hanc autem discretionem inter homines electos, & eligendos ad gratiam salutarem, statuit deus pro sua sapientia ad ostendendum suam iustitiam, simul & misericordiam, vt videlicet pro sua bonitate misericordiam, & gratiam in electos, & pro iusto suo iudicio suam iusti-

tiam notam faciat in vasa iræ. Cæterum ad id ergo quod eõ sequẽter in obiectionibus assumit, Christus si meruit vnicuiq; electorum primam gratiam & remissionẽ peccatorũ, qua ratione orauit deum pro gratia illis communicanda, & pro remissione peccatorum. Pater, inquit, ignosce illis, quia nesciunt quid faciũt. Orationes preces, & supplicationes ad aliquem porrectæ innituntur gratiæ, atq; misericordiæ ignoscentis, merita vero apud quempiam impensa innitũtᷓ iustitiæ. Respondeo nullũ esse meritum apud deum, nisi quod ex gratia eius est factum. Meritũ nostrum est ex gratia, quam accepimus per Christum dominum, seu per illius meritum, meritũ aũt Christi est ex gratia non quã ipse accepit per sui ipsius aut alterius meritum, sed quã ipse accepit a deo præter omne meritũ. Sicut ergo iusti innixi gratiæ & meritis Christi orantes, Adueniat regnũ tuum, merentur illud apud deũ. Ita & Christ9 initẽs gratiæ coelit9 acceptæ ĩ humana natura, porrigẽs preces ꝓ nobis meruit primã gratiã nõ sibi, sed nobis qbus meruit, & vitã æternã quæ ĩ scripturis sacris appellatᷓ merces, premiũ, & iustitiæ corona. Declarãtᷓ autẽ hæc latius in capitulo de merito. Ad scripturas in vltima obiectiõe recitatas, quib9 videtᷓ significari Christum orasse patrem, vt non misereretᷓ oĩm , Respondeo Christũ hæc dixisse per verba imperatiui vel optatiui modi, nõ affectu optantis & orantis contraria saluti eorum, sed iudicio prænunciantis, & conformantis se diuinæ voluntati. Quæ igitur filius ad patrem dicit, Fiat mensa eorum corã ipsis ĩ laqueum, & non intrent in iustitiã tuã, deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur. Appone iniquitatem super iniquitatẽ eorũ. Hæc & id genus alia sunt accipienda non tanq̃ in se optata quædam ac desiderata a filio, qui non delectatur in perditionibus nostris, sed tãq̃ prænuntiata quædam futura a deo non solũ vt permittẽte, sed vt iudice irato & vindicante vnum peccatum per aliud peccatum, apponẽdo causas, quibus ille populus dur9 est de peccato in peccatum ruiturus. Aut si optantis voto talia quædam dixerit, veluti quod ait non miserearis omnibus, qui operantur iniquitatem, postulat vt illorum peccata in hac vita non remaneant inpunita, vt cõuertantur emendabiles, inemendabiles autem auferantur vt non præualeant aduersus iu

sus iustos. Ad id quod pro corroboratione vltimi argumēti adducitur patet responsio ex his quæ in prima parte huius cap. de bello diximus. Scripturas videlicet, quibus significatur Christus patrē pro ereptione & liberatione ab inimicis suis orare, esse accipiendas non quod Christus postulauerit euadere passionē trāsitorię mortis, ad hanc enim oblatus est, quia voluit, sed quod postulauerit resuscitari ad vitam immortalem, & moriendo destruere mortem nostram, & resurgendo vitam nostram reparare, & ita inimicos & hostes nostros uincere, vt amplius non dominentur nobis ad mortem. Vnde in omnibus scripturis commemorantibus passionem dominicam, cum Christus ipse loquitur oportet intelligere ipsum Christum loquētem non solū vt personā singularem, sed vt caput totū corp⁹ suum mysticum cum omnibus mēbris suis, & ita oportet verba quæ loquitur interdum accipere tanq̄ dicta non pro sola sui ipsius persona, sed et pro mēbris in corpore suo quod est ecclesia. Pro nobis itaq; hęc Christus orauit, vt nos liberaremur & eriperemur ab inimicis animarum nostrarum, & ab his qui volūt interficere ipsum Christum in nobis qui moliuntur extinguere nomen ei⁹, odorē bonæ famæ, & fidē ipsius. Proinde oratiōes istę Christi sunt exauditæ. Ab initio vsq; in consūmationē sęculi eripitur Christus ab inimicis & ab insurgētibus in illum, ab insurgentibus quidem tota die, toto tempore, q̄ hic viuimus, constituētibus prælia aduers⁹ nos vsq; in consummationem sęculi, viuit Christus in electis hic sub mortali carne peregrinātibus, & tota die non cessat hō malus carnalis & terrestris Adam esse molestus. Ille tota etiam die inimicus noster diabolus circuit quęrens quē deuoret. Hacten⁹ de emptiōe, satisfactiōe, & meritis Christi.

Sequitur huius partis articulus quintus, in quo demonstratur Christus esse mediator, sacrificiū, & ecclesiæ caput.

Reliquum est vt iam doceamus dominum nostrū Christum esse mediatorem, sacrificium, & caput nostrum. Primum autem ad hæc cognoscenda ex superioribus recolere oportet, quę nam appellationibus horū nominū significentur. In his sacratissimę redemptionis mysterijs oīa cohærēt, & ideo cogimur fræquentius eadem atq; eadem repetere. Ex superioribus patuit aliud esse redimere, aliud

satisfacere de ratione satisfactionis propter offensam commissam debitæ esse pro emenda tantū luere aut soluere quātū sat iustitię secūdū grauitatē offēsę de ratiōe redēptionis esse ꝑ liberatione alterius pretiū exoluere, seu pretio exoluto mercē recuperare. Ita de ratione mediatoris est inter offēso rē & offēsū agere recōciliationis officiū & habere cōmunionem quādā cū vtrisq; partibus inter quas mediat. De ratione autē capitis est, esse cōforme .i. similis formę cū mēbris cæteris, & inter illa præcipuum tenere locum, & oēs totius corporis habere sensus. Vnde in homine ꝓprietates capiti peculiares sunt tres. Prima caput in vnoquoq; hoīe est eiusdem naturæ membris cęteris, & inter oīa mēbra dignissimū, tū ꝓpter altitudinē & sublimitatē sit⁹ supra mēbra cætera, tū ꝓpter eminentiā operationum sēsuū quę nobiliores ac digniores vigent in capite, quales sunt quinq; sensus externi, & item interni, vis imaginatiua atq; memoria, quorum organa sunt in capite. Secunda proprietas peculiaris capiti est. Caput in vnoquoq; est principium & origo virium animalium, dans videlicet cęteris membris sensum & motum. Verum quidem est cor in animali esse principium virtutis vitalis, radix vitę, à quo in cætera membra deriuātur, vita, spirituśq; vitales. Vnde solet prouerbio dici, in animali cor esse primum viuens, & vltimum moriens. Caput vero excelsissimum & ꝓximū cœlo ratione sensuum illic vigentiū, regimen habens vitæ deriuatę a corde, principiū est virtutis sentiendi atq; mouēdi, initiū omniū sensuū atq; neruorum cōmotionis volūtarię. Tertia proprietas peculiaris capiti est dirigere cętera membra ī operationib⁹ suis, propter sensus & vires cognitiuas, quæ vigēt in illo. Hactenus de ratione capitis. De ratione autem sacrificij, est esse oblationem sacratam deo, tanq; vniuersali omnium domino. Vnde recōciliationis effectus ad rationem sacrificij, extrinsecus se habet, quemadmodū primo capite huius declarauimus, potest enim sacrifcium a sacrificante ordinari, vel ad placandum deum iratum vel adorandum illū seu ad agendum gratias illi. Dicitur autem sacrificium quasi facrum factum, a sacrifico quod ē sacrum facio. Omnis enim oblatio idest omnis res siue externa sit siue īterna spōtanee data, seu pręsentata deo, tanq; supremo oīm domino

proprie sacrificium appellatur, & ideo per oblationem ītelli gimus non actum solum, sed & donū ipsum oblatū siue sit cor nostrū, siue mot⁹ cordis, aut dona, aut hō se offerēs deo. Vnde iuxta prophetam. Sacrificium deo est spiritus contri bulatus, & ipsa laus dei ac gratiarū actio, insuper & carnis nostræ mortificatio, sacrificia appellantur. Omnis pontifex ex hominibus assumptus est pro hominibus cōstituitur in his quę ad illum sunt vt offerat dona & sacrificia pro pecca tis, ad Hebręos. 5. Sacrificium, inquit Augustinus, est quic quid offerentes in deū ordinamus, siue sit opus nostrū siue nosmetipsi, siue dona quæ a deo accepimus, siue corpus, siue anima, siue totum ex anima & corpore, siue tota ecclesia per organum sacerdotis semetipsā offerens deo in sacrificio mis sæ. Sic & in altaris mysterio tota sacerdotis actio ī votis & precibus, sacerdos quoq; semetipsum offerens cum ecclesia tota & ipse item Christus nobis in specie panis & vini da tus deoq; pręsentatus, sacrificium appellatur. Nam & si in terdum aliud corpus Christi, aliud sacrificium corporis ap pelletur, sicuti aliud vitulus, aliud oblatio vituli, tamen & ipse Christus & vitulus item ipse, dum deo pręsentantur at q; offeruntur, etiam sacrificia appellātur. Demū & ipse hō aut deo sese deuouens, aut satanæ renuntians, mūdoq; mo riens quatenus deo viuat sacrificium dicitur. Pręmissis ho rum nominum significationibus, ad intelligendum quonā modo Christus sit mediator, sacrificium & caput nostrum aliquot propositiones subijciamus. Prima est. Christus factus est pro homine misero mediator, aduocatus, princeps & sequester inter deum & hominem, quemadmodū docet Apostolus primæ ad Timotheū. 2. ad Gala. 3. ad Hebræ. 8. & 9. & 12. Vnde et de ipso Christo sub noīe Dauid loqui tur apud prophetam deus. Ego illis in deum & seruus me us Dauid princeps in medio eorum in sempiternum, Eze chielis. 37. Et pręterea ī scripturis non modo Christum sed & deum patrem esse nostrum redemptorem, & reconcilia torem legimus. Mediatorem autem non esse nisi vnū Chri stum hominem. Omnia, inquit Paulus, ex deo qui nos re conciliauit sibi per Christum, & dedit nobis mysterium re conciliationis, quoniamquidem deus erat in Christo, mun dum recōcilians sibi, primæ ad Corinthios quinto. Hoc A

postolico

postolico verbo deus, hoc est tota diuinitas ipsa, pater, filius, & spiritussanctus significatur recōciliasse nos sibi, & fuisse reconcilians nos, siue reconcilator noster. Alibi vero inter diuinas personas significatur solus Christus mediator, veluti cum dicit Apostolus. Vnus est mediator dei & hominum Christus Iesus. Propositio secunda. Christus est ecclesię suæ caput. Hęc propositio est Apostoli mu is in locis, primæ ad Corinthios, 6. Nescitis inquit quia corpora vestra membra sunt Christi. Et alibi. Ipsum dedit caput super omnem ecclesiam. Ad Ephesios primo, Item vir, caput est mulieris, sicuti Christus caput est ecclesiæ. ad Ephesios quinto. Et paucis interpositis. Nemo vnquam carnem suam odio habuit, sed nutrit & fouet eam, sicut & Christus ecclesiam, quia membra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius, propter hoc relinquet homo patrem & matrem & cæ. Sacramentum hoc magnum est in Christo & ecclesia. Item ipse est caput corporis ecclesiæ, qui est principium primogenitus ex mortuis, vt sit in omnibus ipse primatum tenens Ad Collossenses .1. Deinde & seipsum esse caput, a quo fluat in ecclesię membra spiritalis vita intima uit cum dixit. Ego sum vitis vera, vos palmites. Commonstrat autem hanc propositionem August. habens consideratione ad supradictas proprietates capitis multis in locis, & presertim in libro de agone Christiano. Nam ipse Christus est conformis naturæ omnibus ecclesiæ membris, habens veram carnem, veramque rationalem animam, inter omnes homines dignissimus, in quo & natura humana est exaltata vsque ad vnionem in diuina persona, actus habens nobilissimos, qui sunt redimere & reconciliare ecclesiam in sanguine suo. Quemadmodum caput supra est collocatum ad dirigendum & consulendum ipsius animæ quodammodo personam sustinens, in quo & omnes sensus apparent, Ita ipse Christus, in quo est plenitudo & perfectio omnis gratiæ est veluti origo, propago, seu vitis fructificans, a qua in cęteros homines ceu in membra ac palmites fluit spiritalis vita sensus & motus. Vidimus eum (inquit euangelista Ioannes) Plenum gratia & veritate, & de plenitudine eius nos omnes accepimus gratiā pro gratia. De plenitudine autem eius nos accipere gratiā, est nos fieri participes gratię ipsius impe-

impetrãtis, recõciliantis atq; pmerẽtis illã nobis iã p fidei copulã adhęrentibus illi, seu capiti nr̃o & episcopo aiarum nostrarũ. Ex his igitur manifestũ est Christũ esse caput, a q̃ fluit, decurrit, excrescit, atq; diffundit̃ qcquid salutaris grę habere potest vllũ ecclesię mẽbrũ, quẽadmodũ & apud prophetã in psal. vox patris de Christo ẽ. Sup ipm aũt efflorebit sãctificatio mea, & talis quidẽ sanctificatio, vt ab ipo tã q̃ a capite stillet vnguentũ coelestis gratiæ in barbã Aarõ, & in orã vestimẽti ei⁹, hoc est, a Christo in Apl'os sacerdotes, & inde in totũ corpus, qđ est iustorũ ecclesia, suauitate quadã ac iocunditate mirabili habentiũ cor vnũ, & vnã animã in dño. Vñ & in Canticis graduũ psalm⁹. 131. ordie cõgruo cohęret his, quæ dicũtur in calce psalmi præcedentis.

Propositio .3. Inter corporale caput respectu mẽbrorũ suorũ, et Christũ spirituale caput mẽbrorũ corporis, quod est ecclesia, latũ, lõgumq; discrimẽ est. Nã Christus etiã secundũ formã humanã nullis indiget mẽbrorũ suorũ ministerijs, nullis alimentis. Ipse a mẽbris ecclesię nihil accipit cõmodi vel vtilitatis, qui & secundũ formã dei de nõ membro mẽbrum facit, secundũ formã aũt serui apud deũ meruit, vt de nõ mẽbro mẽbrum fieret. Caput aũt corporale recipit vitã & nutrimentũ, aliaq; obsequia a corde, ab epate & a stomacho, neq; potest facere mẽbrum de nõ mẽbro. Proinde cũ efficimur mẽbra sub capite Christo, mirabili quadam sancti spiritus operatiõe vnimur & transimus in Christũ, induimusq; illũ, & deiformi quadã insitiõe atq; vnitiõe illi & corpori ipsi⁹ qđ est ecclesia inserimur, nõ tanq̃ surculi foecũdę arboris, trũco sterili, sed tanq̃ palmites pridem aridi foecundissimæ viti atq; oliuę, vt illi iã implantati efficiamur socij pinguedinis ac diuinæ consortes naturæ, sicuti et ipse Christus dignatus est pro nobis particeps fieri fragilis naturæ nostræ. Vnde & Paulus admonens gentes in Christum credentes, ne insultent, neue glorientur aduersus Iudæos incredulos, sed in timore dñi pro beneficijs sibi pręstitis gratias agãt, etiã cũ dilectiõe ac desiderio salutis Iudęorũ. Si radix, inquit sancta, & rami sancti. Noli gloriari aduersus ramos, supple, fractos. Nõ tu radicẽ portas, sed radix te. Nam si tu ex naturali excisus es oleastro, & contra naturã insertus es i bonã oliuã, q̃to magis hi secũdũ naturã

inſerētur ſuæ oliuæ ad Romanos.11.radicē ſctā bonamq̧ oliuā appellat,aut Chriſtū,aut fidē patriarcharum ī Chriſtū, aut eccleſiā ipſam patriarcharum propter primitias fidei in ipſum Chriſtum caput atq̧ radicem. Oleaſtrum autē appellat agreſtem & infructuoſam naturam vniuerſi generis humani ſub peccato damnatam. Ex his igitur omnibus liquido apparet Chriſtum eſſe caput noſtrum, mediatorē, & ſacrificium,qui offerēs carnem ſuam & ſanguinem ſuū in altari crucis,fuit odor deo patri ſuauiſſimus,id eſt acceptiſſimus pro mundi vita. Propoſitio quarta. Quēadmodū nō ſecundum formam dei ſed ſecundum formā ſerui Chriſtus eſt redemptor noſter & liberator ſatiſfaciēs pro nobis, quia in eadem forma ſerui pretium emptionis exoluit, In illa peccati noſtri ſtipendium luit, Ita & ipſe ſecundum eādem formam ſerui eſt caput noſtrum,eſt & mediator ſeu reconciliator,ſacerdos & ſacrificium.Caput quidē,quia ipſe Chriſtus ſecūdū formā humanā & eccleſia ſunt tāq̄ vnū corpus propter vnam carnem & eundem ſpiritum viuificantē,mouentem,& dirigentem.Spiritus autem iſte viuificans ſecūdum gratiam in cætera membra fluit a Chriſto tanq̄ a principio meritorio.Porro meritorius iſte īfluxus cū non poſſit eſſe a Chriſto ſecūdū naturā diuinā quæ mereri nō potuit, cōſequens eſt eum eſſe a Chriſto ſecundū naturam humanā. Ideoq̧ Chriſtus dicitur caput eccleſiæ ſecundū formā ſerui. Hæc eſt prophetica ſimul & Apoſtolica,doctrina.Nam & ipſe Adam,dum prophetico ſpiritu de cōiugio loqueret̄ dixit. Erunt duo ī carne vna, igitur iam nō duo,ſed vna ſūt caro. Paulus autem apoſtolus ad Epheſios quinto dicit,hoc ſacramentum eſſe magnum in Chriſto & eccleſia. Ex hoc igitur ſponſo ſeu capite & ex eccleſia ſpōſa ſeu corpore fit tāq̄ vna caro & vna quædam perſona. Nullum maius donum, inquit Auguſtinus, potuit deus præſtare hominibus, q̄ vt verbum ſuum,per quod ōnia condidit,faceret illis caput,& illos tanq̄ membra ſibi ipſi coaptaret,vt vnus deus & homo Ieſus Chriſtus eſſet,qui & oraret ꝓ nobis & oraret in nobis,& oraretur a nobis. Oraret quidem pro nobis,vt ſacerdos,pontifex,& epiſcopus animarū noſtrarū, Oraret in nobis,vt caput noſtrum,& oraretur atq̧ adoraretur a nobis vt deus noſter. Porro ad ītelligendum,quonā pacto a Chri-

ſto

sto secundum formam serui est in nos influxus gratiæ, Sciendum est, quod gratiam, vitamq; spiritualem, sensus & mot⁹ fluere ab aliquo bifariam potest intelligi. Vno modo, quod fluat ab illo tanq̃ a principio efficiente, aut impartiente. Alio modo quod fluat ab illo tanq̃ a principio præparãte, impetrante, & promerente. Et quia secundum priorem modum sola diuinitas, quę non eiusdem est formæ nobiscũ, est causa efficiens omnis gratiæ, õnis spiritualis vitę, Ideo Christus secundum formam dei non est proprie caput ecclesiæ, quamuis sit omnis gratiæ causa efficiens. Nam & talis influxus gratię etiam fuisset, tametsi Adam non peccasset, & Christus incarnatus non extitisset. Proinde Christus nõ propria ratione caput angelorum dicitur, quia nõ sic est vnũ corpus cum angelis, sicut est vnum corpus cum hominib⁹ electis, neq; enim est cum angelis naturæ cõformis, neq; sic ab ipso est influxus meritorius gratiæ in angelos, qualis est influxus in homines. Neq; item est meritoria causa gratiæ angelorum, remouendo ab illis peccatum, aut emendo, aut redimẽdo, aut orãdo & recõciliando. Iã si dixerit quispiã vnam esse dei ecclesiam deiq; ciuitatem cœlestis Hierusalẽ ex angelis & hominibus electis constitutã, & illam etiam fuisse futuram, si nemo peccasset, & Christus incarnatus nõ fuisset. Cum ergo ecclesia illa vt vnum corpus mysticum, vna societas, sine capite tum non extitisset, consequens videtur diuinitatem ipsam esse caput omnium electorum tã ãgelorum quam hominum. Sed hoc facile soluitur ipsam videlicet diuinitatem esse quidem omnium electorum caput secũdum donorum gratuitorum affluentiam, diuinitas nempe efficiendo, seu producendo est causa gratiarum cæterorũq; donorum, sine quibus neq; vlla creatura imunis etiã ab oĩ culpa potest mereri vitã ęternã, neq; tamẽ ꝑpterea sequitur diuinitatem esse caput secũdum cõformitatem naturę, quæ merendo & impetrãdo sit horũ donorum causa. Caput enĩ per translationẽ acceptũ, a naturali capite proprie transferẽ ad personam quæ conformis est naturę. Proĩde si neq; Adam fuisset lapsus neq; Christus incarnatus, sacramentũ nihilominus coniugij in statu innocẽtię fuisset signũ cõiũctionis Christi filij dei & ecclesiæ spõsę illi⁹ secundũ vnionem gratię fluentis a deo per verbum suum ęternum, ĩ quo

condidit, omnia sed non fuisset signum cõiunctionis huma næ naturę cum diuina in vnitate personę, quemadmodum & ipsum coniugium tum solum fuisset in officiũ,quod nũc etiam est in remedium. Hactenus ergo probatũ est Christũ esse caput ecclesię secundũ eam formam in qua est cõformis naturæ, vtpote secũdum formã serui. Secundum hãc quoq; est sacerdos, sacrificium, & mediator, quia in illa reconcilia tionis officium exhibuit, in illa sacrificium obtulit, in illa medius extitit, habens aliquid simile deo & aliquid simile nobis, aliquid etiã dissimile deo & aliqd dissimile nobis. Simile quidem aliquid habuit deo in forma serui & dissimile nobis, videlicet innocẽtiam iustitiam & deitatis gloriam. Aliquid etiam dissimile deo & simile nobis habuit in forma eadem, vt imbecillitates, mortalitatem. & miserias. In forma vero dei Christus nihil habuit dissimile deo, sed per omnia fuit ęqualis ipsi & vnus de9, & ideo ipse secundum formã dei mediator nr̄ nõ extitit, vt habet Aug. sup psal. 29.

Propositio. 5. Christus q̃uis meritoriũ influxũ gr̃æ spiritalis recõciliationẽq; pacis meritoriã, & satisfactionẽ seu pretij exolutionẽ compleuerit non per diuinam, sed per humanam naturam, vt iam patuit, Ipse tamen neq; ecclesiæ caput, neq; mediator esse, sicuti neq; redimere, satisfacere, atq; mereri pro toto genere humano potuisset, nisi simul & deus & homo extitisset, sicut Augustin9 in libro de trinitate, inquit, Christus non esset dei hominumq; mediator, nisi esset idem deus & homo. Iam enim supra demonstrauim9, quod opera Christi non fuissent pro toto humano genere meritoria, neq; satisfactoria, nisi fuissẽt exhibita a persona, quæ simul deus est & homo. Propositio sexta.

Inter hęc obiter considerandã, Sacerdos agens sacrũ missæ officium, nõ solummodo memoriale dominicę passiõis, aut figurã solã, seu signũ sacrificij celebrat, sed & verũ offert sacrificiũ ipsum Christũ semel in cruce pro nobis immolatum. Verũ enim corpus Christi & sanguinẽ sub specie panis & vini velatum de manu dei inuisibili spiritus sanctificatiõe accipiens, ecclesia simul & ipsum & seipsam offert deo patri. In hanc sententiã est cõsensus oĩm patrũ, Dionysij, Ignatij, Iren. Tertul. Basi. Athanasij, Chryso. Hiero. Ambros. August. & cæterorum per vniuersam ecclesiam. Venerabi

lis Dio

lis Dionysius Pauli Apostoli discipulus, ex cuius libris el tauerunt sententias Ioan. Damascenus añ annos mille, & diuus Grego., tradens primitiuę ecclesię missę celebrandę ritū atq; officiū, dicit pontificē in agendis sacris memoriā agere inclinationis seu humiliatiōis domini nostri Iesu, eucharistiā conficere, salutaris hostię oblationē facere, eāq; sumere ac manducare, populoq; videndā & manducandā di uidere, eosq; qui manducant oportere esse mundos atq; pur gatos, Christo illic præsente, oēsq; cogitatiões nostras inspe ctante. En plane vides Dionysiū distinguere inter agere memoriā passiōis dominicę, & conficere seu consecrare eucharistiā, & offerre illā, & sumere seu manducare illā, & di uidere illam populo. In eandē sententiā consentiunt Ignatius, Iren. Tert. cęteriq; ecclesię primitiuę patres, ex scripturis sacris plane docentes oēs scripturas ꝓpheticas de sacrificijs & oblationibus veteris legis adimpleri in Christo domino vero sacrificio, qui semel in cruce visibiliter immo latus, inuisibiliter manens nobiscū sub specie panis & vini quotidie per vniuersam ecclesiā immolatur in recordationē immolationis illius, quę semel in cruce facta transijt, iuxta Malachiæ vaticiniū, cap. 1. vbi repudiās veteris legis sacrificia, Munus non suscipiā, inquit, de manu vestra ab ortu enim solis vsq; ad occasum magnū est nomē meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda. Hanc oblationem antiquissimi patres Irenæus, Cyprianus, Ioannes Damas. Hierony. interpretati sunt eucharistiam, asseuerantes hanc quotidie per vniuersā ecclesiam in toto terrarum orbe offerri nobis datam pro sacrificijs omnibus veteris legis, quemadmodum docuimus lib. 4. de ecclesiasticis scripturis & dogmatibus. Cæterū & hic sciendū est, q sicuti res vna qnq; per multa dicit ꝟba, sic multa veteris legis sacrificia figurabāt vnicū illud sacrificiū, Christū sacerdotē magnū semel offerentē in cruce seipsum deo patri. Vnde & canit ecclesia, Deus qui legaliū hostiarum differentias vnius sacrificij perfectione sanxisti. Verum quidem esse multa veteris legis sacrificia significasse, vt inquit Augustinus, opera multa, seu sacra facta, quę quotidie nos facimꝰ in Christianorū ecclesia, vt dilectionē, gratiarū actionē, laudē, cōtritionē, ac humiliationē cordis.

Cum ad illum habemus cor sursum, altare illius est cor nostrum, & ipsum, & in ipso sacrificium offerimus, cruentas illi victimas cædimus, quando vsq; ad sanguinem pro eius veritate certamus, suauissimum illi adolemus incensum, cū in eius conspectu pio, sanctoq; amore flagram⁹, holocausta illi offerimus, dum in ara cordis feruemus igne charitatis, sed non inde consequens est multa illa non significasse vni cum illud sacrificium semel oblatum in cruce, cuius solius virtute & merito suauia, odorifera. i. deō accepta sunt cætera omnia sacrificia nostra, & ipsa videlicet ecclesia, & cor nostrum & preces & vota, ac omnia quæ fiunt bona opera in tota Christianorum ecclesia. Proinde in veteri lege & si diuersa fuerint animalia quæ offerebantur, vt hircus ꝓ peccato principis, capra pro peccato alicuius de populo, vitulus pro peccato sacerdotis, Leuitici. 4. iuge tamen sacrificium, & quotidianum, quod offerebatur mane & vespere, erat agnus. Num. 28. Quo designabatur verus agnus Christus esse oīm aliorum sacrificiorum finis & consummatio, qui peccata mundi suo sanguine expiaret. Christus ergo & si semel tantum semetipsum obtulit in cruce, tamen nō inde cō sequens est nos non quotidie offerre ipsum, qui in sacramēto altaris dignatur nobis præsens adesse, nam semel voluntarie oblatus est in mortali carne vsq; ad mortē, vt mereret oībus mortis destructionē, resurrectionē & vitam. Quotidie autem nos eum offerimus non in mortem, Christus nēpe resurgens a mortuis iam non moritur, sed in mortis suæ recordationem, vt fructuum passionis ac mortis eius sim⁹ aut maneamus participes semper iuxta suam ipsius doctrinam. Hæc quotiescunq; feceritis, inquit, in mei memoriam facietis, quemadmodum & Chrysostomus in homilia. 11. super epistolam ad Hebræos testatur, Semel oblata est hostia ad salutem sempiternam potens. Nos aūt per singulos dies offerimus ad recordationem mortis illius. Et ne quis forsitan arbitretur inde consequens esse in quotidiana oblatione, quam in memoriam illius facimus non esse verum Christum, sed tantum veri Christi memoriale signum, continuo adiecit, Vnus vbiq; est Christus, hic plenus existens & illic plenus, & sicut quod vbiq; offertur, vnum est corp⁹, & non multa corpora, ita & vnum est sacrificium. Hactenus ille

nus ille. Vnus quidem secundum substantiam formę a diuina natura susceptę, sed alter secundum eiusdem formæ mortalitatem, infirmitatem, passiones & dolorem, quę trāsierunt nunquam reiteranda. In hunc sensum, inquit Aug. 10. de ciuitate dei. Sacerdos est ipse Christus offerens, ipse est & oblatio, cuius rei sacramentū voluit quotidianum esse sacrificium. Putare igitur in celebratione missę eucharistiā idcirco non esse sacrificium, quia est perfectissimum dominicæ passionis memoriale ac sacramentum, ridicula valde & crassa est ratio, quia sicuti iam patuit ex Diony. & Chrysost. Missę officium continet hęc omnia, facere videlicet memoriale passionis dominicę, conficere seu consecrare eucharistiam, eamque de manu domini acceptam rursus offerre domino, eamque sumere & manducare. Ex his ergo valide retunditur hæreticorum prę sumptio, dicentium missę officium nihil aliud esse quam sacramentum, & ad nihil aliud esse, quam vt sacrificium passiōis Christi, quæ in cruce semel præteriјt, quotidie reprę sentetur, & recordatione quadā sub vmbris & figuris mentibus hominum obijciatur, atque eo solū eucharistiam a patribus appellari sacrificium, quod sit instituta, vt figura quædam, imago seu representatio Christi, qui olim in cruce seipsum obtulit in sacrificium, sicuti imago plærumque nomine illius rei cuius est imago cōsueuit appellari. Quod autem hoc sit inopinabile, hinc considerare possumus, quod ex traditione Apostolorum, simul & ex scripturis sacris ecclesiastici patres ab initio ecclesię ad hęc vsque tempora secundum seriem successionis intellexerunt sacrificium missæ veritatem corporis & sanguinis Christi continere, & pariter etiam exemplar esse, & memoriale sacrificij semel pro nobis in cruce oblati, & in huiusmodi officio nos quotidie pro viuis & mortuis offerre, ipsum cōmemorantes oblationem eius semel in cruce factam, videlicet passionem & mortem illius, & nos manducare carnem & bibere sanguinem eius, vt fide sancta & charitate maneamus in ipso, ambulantes in fortitudine cibi illius vsque ad mōtem dei coelestem Hierusalem. Testimonia autem sanctorum patrum de vero Christi corpore, veroque sacrificio missæ attulimus abunde in lib. quarto de ecclesiasticis scripturis & dogmat.

Sequitur

¶ *Sequitur articulus sextus, in quo ex supradictis inferuntur aliquot sententiæ.*

QVAMVIS ea quæ supra diximus sufficiant forsitan acutioribus & exercitatis ingenijs ad cognoscendum redẽptionis humanæ mysteria p oẽm locũ in lege, in psal. in prophetis, in Apostolicisq; doctrinis designata, adhuc tamen p minus exercitatis sententias quasdam ex superioribus subijciemus, quibus multa quæ diximus videbuntur lucidiora. Proinde in primis obsecro studiosum lectorẽ, ne fastidiat hãc meã plixitatẽ. Sepe eadẽ repeto nõ modo semel, sed iterum atq; iterum, vt in rebus fidei nostrę difficultates singulas saltem frequẽti tractatione facilius assequamur, sed & multo magis, vt memorię iugiter hęreant hæc sublimia redẽptionis nostrę sacramẽta, nulla vnq; obliuione delenda. Neq; enim sunt vlla quæ in omnibus ferme psalmis & prophetis, in omnibus apostolorum doctrinis sic inculcãtur, exaggeranẽ, atq; repetuntur, quẽadmodum sacratissima hæc nostræ salutis opera. Deinde semel dicta, rursus suis in locis repetere ad nouarum sentẽtiarum probationẽ, aut ad sacrarum scripturarũ intelligentiã, erit forsitan non solum non inutile, sed & necessarium.

Sit ergo hęc sentẽtia Prima. Christ⁹ etsi secũdũ humanã formã non solũ pro nobis, sed & p seipso orauerit & nõ solum nobis, sed & sibi meruerit, secũdum hanc tamen formã neq; pro seipso sacrificium obtulit, neq; pro seipo satisfecit, Nempe natura humana in ipso absq; macula erat, & ruga, in qua princeps huius mũdi nõ potuit ĩuenire quicquã, idcirco pro se ipso nõ ĩdiguit neq; reconciliatone neq; satisfactiõe vlla. Atq; ita legitur in Ephesina synodo. Si quis dixerit Christum pro se obtulisse sacrificium & non magis pro nobis solum, anathema sit.

Senentia secunda. Christus sua passione non solũ est causa salutis nostræ meritoria, sed & effectiua. Patet, nam opera quæ exhibuit sunt opera personæ, quæ deus est & homo, facta igitur sunt non solum a voluntate eius creata, sed & a voluntate illius increata. Porro opera, quia suam vim & efficaciã habent a principio effectiuo, sequitur passionẽ Christi prodeuntem a voluntate eius creata simul & increata, geminam vim habere seu efficaciam, quatenus est opus

voluntatis increatæ, est causa salutis nostræ, tanq̃ opus eiusdem salutis effectiuum, id est, tanq̃ opus per quod salutem nostram operatur diuina voluntas increata, quatenus autẽ est opus voluntatis creatæ ex intentione vitã suã deo patri offerentis, aut pœnam peccato nostro debitã exoluentis, est salutis nostrę causa, tanq̃ causa eiusdem salutis, aut meritoria, aut pro peccati debito satisfactoria, delens peccati chirographum, seu reatum nostræ salutis obstaculum seu impedimentũ. Quemadmodum enim ianua corporalis, homini est causa per obstaculum, q̃ præpeditur ab ingressu domus, quæ rursus illi aperitur, dũ obstaculum tollitur, Ita & ipsi Adę, toticꝙ posteritati suæ claudebaẽ ianua paradisi, dũ ipse totus cũ omnibus, qui erant in illo propter peccatũ fuit inde eiectus, per hoc ipsum peccatũ, vt obicem atcꝙ obstaculũ seclusus atcꝙ prohibitus ab ingressu, sicuti manifestum est ex scriptura Genesios. 2. Christus autem cũ hoc impedimẽtum sua passione abstulerit, exoluens pœnas peccato nostro debitas, merueritcꝙ sua grã nobis vitã ęternam, cõgrua ratione dicitur nobis ianuam cœlestis paradisi aperuisse. Vñ duo sunt effectus comitantes remissionẽ peccati per Christi gratiam remissi, videlicet carere sensibili pœna, & frui ęterna gloria. Priorem effectũ assequebantur iusti per fidẽ ante mortem Christi, qui descendentes in limbum inferni, nullam illic sentiebant pœnã, interim tamen exclusi a gloria vscꝙ ad mortem Christi, qui solutis iã inferni claustris, eduxit inde vinctas animas in diuinæ visionis gloriam, a qua differebatur, deo (vt inquit Apost. ad Ro. 4.) sustentante seu tolerante delicta eorũ, iã quidem secundum culpã remissa, sed non prorsus ad recuperationem æternæ beatitudinis abolita, donec veniret, q pretium pro debitis delictorum tã pręcedentium, q̃ subsequentium exolueret. Patet igitur veritas supradictę sententiæ, Christum videlicet sua passione nostram salutem operatum esse, non solum merendo, seu impetrando, & emendo, & satisfaciendo, & recõciliando, sed & efficiendo. Christus nẽpe est persona in qua est supernaturalis duarum naturarũ cõcursus, secundũ quarũ vnã ipse operatur, vt deus largiendo & creando spiritum rectũ, & cor mundũ, secundũ alteram operatur, vt homo orãdo, impetrando, spinas peccatorum nostrorũ tolerando.

Senten

Sententia tertia. Ex scripturis est manifestum, quod deus Christum dominum verum deum & hominem moriturum generi humano redimēdo, non præparasset, si nemo peccasset. Christus vt esset homo moriturus, fuit nobis præparatus, eo quod Adam fuit prędestinatus per eundem dominū liberādus. Neque ob id nostra culpa coegit Christū mori, sed dei bonitas & sapientia, propter malitiam nostram abolendam, hanc nobis præparauit medicinam, quam non prępa rasset, si non præuidisset humani generis ruinam. Proinde oportuit animam Christi gaudere, non de lapsu peccātis Adæ, sed de gratia diuinæ misericordię tollentis peccatum Adæ. Sunt doctores non improbandi, qui docent, etiā si Adam non fuisset lapsus, Christus tamen fuisset incarnatus, sed non in carne moritur^9. De hac posteriori sentētia Christianus nemo dubitat, quia secundum scripturas manifestas ipse in carnem mortalem & passibilem venit, vt genus humanum redimeret. De priori autem dubitant multi habentes rationes pro vtraque parte verisimiles. Neque propter hoc debet turbari fides nostra. Sunt enim res quædam in hac materia, de quibus diuersa sentire possumus sine periculo, salua pace & vnitate catholica, cuiuscemodi sunt in huiuscemodi quęstionibus dissoluendis. Vtrū plures futuri sūt hoīes beati, quam fuerint angeli lapsi. Vtrum homines facti sint solum ad instaurandum numerum angelorum imminutum per homines qui implerent eorundem angelorū lapsorum ruinas. An etiam ad perficiendum numerum electorum, qui & si angeli non peccassent, completus & integer non erat ex solis angelorum ordinibus. Sic solent sacrę theologiæ magistri in quęstionem vertere. Vtrū in Christo ille admirabilis duarum naturarum concursus, seu vnio illa superadmirabilis, per quam humana natura in ipso ita est deificata, vt filius dei sit verus homo, ponat in ipsa humanitate Christi vllum aliud creatum donum præter gratiam creatam, seu habitualem charitatem, cæterasque creatas dotes in pura creatura reperibiles. Et videbitur forsitan affirmatiue respondendum, propterea quod humana natura in ipso neque videtur posse a persona verbi esse sustentatā, si non aliter sese habeat assumpta, quam non assumpta. Neque videtur esse altioris aut sublimioris gradus, seu

dignita

dignitatis,q̃ foret ipsa, si cum omnibus eiusdem donis, seu creatis dotibus sibi esset derelicta, seu a verbo dei deposita, quæ tamen sic deposita, quemadmodum & mox dicemus, nõ posset esse neq; caput humani generis, neq; esse mediator, neq; satisfacere ex quibus videt̃ natura humana in Christo, cum omnibus eius creatis donis & dotibus, non esse a deitate separabilis, aut si detur separabilis esse, & vbi separetur, nihil pręter solam relationẽ vnionis sit amissura, cõsequens videtur per eandem naturam humanam in Christo deitati vnitam, in se consideratam, non fieri pro peccato humani generis condignam pretij exolutionẽ, quippe quę Christo vnita nihil amplius habere ponitur, quod nõ posset habere etiam si poneretur separata, dempta vnionis relatione sola. Deinde si vnio illa naturæ humanę in vnitate personę verbi dei, præter solam relationẽ nihil exigit in natura assumpta, quod nõ posset in eadẽ reperiri nõ sic assumpta, consequens videbitur per vnionem, quę fit creata charitate, & clara visione beatifica magis bene esse animę Christi, quam per vnionẽ realem verbi incarnati, quod forsitan videbitur admittendum esse pro eo, quod corpus Christi in triduo mortuum mansit diuinitati vnitum, nec tamen per illam vnionem tantum boni habuit corpus illud mortuum, quantum bonũ habet quælibet rationalis creatura per vnionem charitatis. Hæc & id genus alia multa sunt de sacratissimo nostræ redemptionis mysterio ab intellectu nostro remota, quæ forsitan in vtramq; partem possunt disputari, salua pace & vnitate fidei catholicæ. Proinde non oportet in presentia super his curiosius occupari, satis est ad sobrietatem sapere. Tam grande etenim, tam altum, tam sublime tamq; super omnem naturalem causam est huius supernaturalis vniõis mysterium, vt sit ab humano genere impenetrabile. Solius virtutis infinitæ est naturas in infinitum distãtes coniungere, seu vnire in vnitatem personę. Sufficit autem hac in parte credere, spiritum sanctum mirabili quodam, & ineffabili modo inhabitasse, & possedisse humanam naturam in Christo ab initio conceptionis, & id quidẽ inhabitatione, ac possessione longe altiori, longeq; diuersa a possessione ac inhabitatione illa qua inhabitat, & possidet cæterorum hominum sanctorum corda, hinc enim tota diuini-

tatis plenitudo inhabitans eandem naturam nō impropria personalitate creauit, sed tanꝙ instrumentū suæ misericordię verbo vnigenito in vnitatem personæ vniuit mirabili quadam & ab humano ingenio incomprehensibili vnione, qua factum est, vt deus inciperet esse homo, qui non alia persona quam deus esset, qui nos sua morte redimeret. Quāuis enim aliud a filio dei, vtpote forma serui mortem pateretur in cruce, non tamen patiebatur in cruce alia persona quam filius dei verus deus & homo. Ex his iam sequitur

Quarta sententia. Natura humana in Christo quæ & in scripturis sacris appellatur serui forma, si per dei potentiam absolutam admittatur posse esse deposita a verbo sibiꝙ relicta subsistens in personalitate propria, tum persona illa hominis sub illa natura cum eisdem creatis dotib⁹ non fuisset, neꝗ mediator, aut reconciliator, neꝗ satisfactor, neꝗ caput, neꝗ vitis palmitum ecclesiæ. Potuisset quidem purus homo sub illa natura humana sic disposita pro humano genere orare deum, impetrare, sacrificiū offerre, sese morti exponere, sed huiuscemodi officia in persona illa nō fuissēt emptio, satisfactio, seu pro humano genere condigni pretij exolutio. Iam enim demonstrauimus neminē posse pro peccato humani generis satisfacere, nisi persona, quæ sese offert deo sit aliquid magis pretiosum, ꝙ sit tota vniuersitas rerum sub deo existentium, pro qbus homo peccare non debuit, nihil autem potest sic esse magis pretiosum quā verbum dei factum caro, quod est Iesus Christus forma serui indutus, qui propterea vocatus est Emanuel, id est nobiscum deus, quia in nobis habitauit deus & homo, qui etsi reconciliationis, emptionis, & satisfactionis officium impleuerit, nō secundum formam dei, sed secundum formam hominis, eadem tamē hominis forma morti exposita, pretiū sufficiēs non extitisset, si non vnita verbo dei fuisset, a quo ipsa sic deitati vnita habet valorem, dignitatem, præsidentiā, excellentiam & efficaciam, id est vim, seu virtutem operandi, quam non haberet, si a deitate poneretur separata.

Sententia quinta. Naturę humanę sic existere in persona verbi tanꝙ instrumenū sic illi coniunctum, est sibi melius ac digni⁹ esse, ꝙ existere per se in ꝑsonalitate ꝓpria,

potest.

potestq́ sic coniuncta in opera quædam deo propria, in quę non posset separata, quemadmodum linguæ hominis melius est non in se, sed in corpore existere, tanquam instrumentum coniunctum personæ, quę potest per illam benedicere, orare, deum laudare, gratias agere, in quæ sane opera non posset per se subsistens separata. Quemadmodum instrumentum, si quam dignitatem, vim, et efficaciam aut motionem habet, illam habet a persona, quæ per instrumentũ ipsum operans est, operationis causa, seu principium effectiuum, Ita natura humana in Christo suam habet dignitatem & efficaciam a persona verbi, quæ per eandem humanam naturam sic sibi vnitam, potest facere opera quædam soli deo propria, videlicet satisfaciendo, emendo, redimendo, pretiumque condignum exoluendo, genus humanum quod perierat, saluum facere, illuminare. Quemadmodum item mens intellectiua in homine, per linguam loquitur, per linguam deum laudat, illique gratias agit, quæ sic sunt ipsius linguæ opera, vt tamen nõ sint alterius personę opera quam hominis. Qui per mentem suam operãs corporali lingua vtitur tanq́ instrumento, Ita & diuina natura in Christo per humanã naturam genus humanum redemit & saluat, quæ sic sũt ipsius humanæ naturę officia, vt tamen non sint alterius personæ, quam filij dei opera. Vtitur quidem filius dei cuiusuis alterius hominis voluntate tanq́ instrumento, sed non tanq́ instrumento, sic sibi in vnitatem personę vnito. Proinde opus alterius voluntatis est quidem opus filij dei, sed non est opus solius personæ, quæ deus est, cum sit & opus hominis, qui deus nõ est. Passio ergo Christi cum sit tolerata & voluntarie oblata, non ab vlla persona alia quam a filio dei, qui est immensę dignitatis, consequẽs est eam in promerendo & satisfaciendo esse immensi pretij & valoris. Vnde grauitas offensę si pensanda est ex dignitate eius qui offenditur, valor profecto satisfactionis taxandus est ex dignitate eius quod soluitur.

Sententia sexta. Per nullum creatum gratię donum quãlibet excellens fieri potuit, vt homo esset deus, & deus homo, siquidem humanam naturam superexaltari & sublimari, vt sit supra propriam suam personalitatem eleuata, tamq́ mirabili & incomprehensibili modo a

diuinitate assumpta, sustentata, atque dignificata, vt subsistat nõ in vlla persona creata, sed ĩ persona increata, quæ est filius dei, longe superexcellit omnem creaturę modum, & omnis creatæ gratiæ donũ. Totus mundus est plenus diuinitate, quæ & in omni creatura per essentiam, pręsentiam, & virtutem existit, quæ & supra hæc etiam habitat in sanctis per gratiam & charitatem eleuantem illos longissime supra terminos status naturæ debitos, ita videlicet, vnientem illos deo, vt sint tanquam filij dei consortes diuinæ naturæ. Verum quantumlibet fuerint per amorem in deum rapti, transformati, fruitioneque & gloria diuinitatis inebriati, non sic eleuantur vnquam, vt in sola persona dei increata subsistant. Proinde & si in eadem humana Christi natura sint virtutũ omniũ, et charismatum munera, omniumque gratiarum creata dona, & id quidem longe excellentius, quam in sanctis cæteris, vniuersa tamen hęc non sufficiunt eleuare illam supra personalitatem propriam in personam filij dei, & ideo huius vnionis causa effectiua, est gratia nõ vlla creata, sed increata atque immensa, hoc est, gratuita dei bonitas, faciens personam filij sui esse hypostasim, seu personam naturę humanę non aliquid operando in filio, qui vnus cum ipso deus intransmutabilis est, nunquam discedens e sinu patris, sed eleuando, magnificando, & sic exaltando humanã naturã, vt nõ subsistat in propria creata persona, sed in persona increata, ęterna, quę deus est. Atque ita factum est, vt vna & eadem persona sit deus & homo, secundum duas naturas a seinuicem immenso interuallo distantes non confusas, sed counitas, integreque permanentes, ita vt per assumptionem naturæ humanę a dei verbo, neque facta fuerit alia verbi persona, neque ex verbo & homine composita sit quarta in trinitate persona, neque natura diuina a sua simplicitate discesserit, neque humana natura in deitatis naturam fuerit versa, neque transmutationem suæ essentiæ passa, neque priuata sua existentia, sed idem dei filius vnus cum patre, & spiritu sancto deus constrinxit sibi ex castis, & purissimis virginis Marię sanguinibus carnem animatam rationali anima, expleta tota hominis figura, nõ paulatim per additamenta, sed vno contextu absoluta integritate naturæ, ex vera carne & anima rationali fabricata in virginis vtero a trinitate tota, assumpta

autē a filio solo, qui & proinde intransmutatus, & impassibilis manēs secundū eandem naturam sibi hypostatice counitā factus est verus mortalis homo, de cœlo, vt inquit Apostolus Paulus, cœlestis, hoc est, non ex humano semine conceptus, nō terrenis desiderijs subiectus, similis tamē nobis passibilis, cęterisq; humanæ naturæ imbecillitatibus obnoxius, queādmodū testatur euangelista Ioannes, dicens. Verbum quod erat deus a principio, factū est caro. Omnia hæc alta sunt, grandia, & sublimia, lōge supra humanæ rationis indaginem sola fide tenenda. Vnde neq; patres nostri antiquissimi Christianæ fidei tractatores, ab initio hisce in rebus inter se contraria disseruerūt, innixi nō suis, neq; sapientum huius mundi rationibus, sed sanctorū pphetarū & Apostolorum scripturis, certo scientes, nulla ratione præsumendū esse quippiā de substantiali, sacratissimaq; deitate aut dicere, aut cogitare, pręter ea, quæ nobis diuini spiritus eloquia tradiderūt, quemadmodū & diuus testatur Dionysius in lib. de diuinis nominibus. Quis aūt tractare de loquutionibus in sacramentis trinitatis personarum, ac incarnationis domini nostri Iesu, nō prorsus pertineat ad rē, quam in pręsentiarū tractandā suscepimus, non erit tamen inutile paululum digrediendo de huiuscemodi loquutionibus obiter interserere generalia quędā, quibus ingenia etiā recentiora exerceantur in sententijs Christianæ fidei, atque ducantur in harum rerū, atq; sacrarū scripturarū intellectū.

Sciendū est igitur, q in prędicta Dionysij regula, si designaretur esse præsumptuosum, tribuere deo vocabulū aliquod nouū, aut nomen, qđ in scripturis sacris nō reperitur expressum, destrueretur oīs scripturę sacrę ędítio ex originali lingua facta in aliam linguā, qđ si absurdū est, cōsequitur Dionysiū nō voluisse designare sensum illū. Vnde ponderanda sunt verba illius dicentis, nō esse præsumēdum de diuinitate quicq; dicere, aperte insinuās nullam rē aut proprietatē deo attribuendā præter expressam in diuinis eloquijs. Inuenisse autē olim vocabula noua, aut nomina noua, rebus diuinis secūdum rationē significandi cōgruam accōmodata, quibus & doceanť antiquæ fidei sacramēta, & defendantur verissima religionis Christianę mysteria, cōtra hæreticos iā olim a patribus orthodoxos intellecta, nequāq̄

fuit

fuit præsumptuosum. Nam ad id in scripturis diuinis coegit, tam ipsius fidei docendę vtilitas, q̃ disputandi cum hæreticis necessitas. Neq; Paulus Apostolus verborum nouitates euitare iubet, sed addidit prophanas. Nomen nouum homousion patres condiderunt, sed non rem nouam tali nomię significarũt. Hoc enim vocatur homousion, inquit Augustinus, q̃ ego & pater vnum sumus, vnius videlicet eiusdemq; substãtię. Sũt enim doctrinæ fidei congruentes, quędam verborum nouitates, sicut ipsum Christianorũ nomẽ, quo primum in Antiochia discipuli Christi appellati sunt, & xenodochia, & monasteria postea sunt appellata nominibus nouis. Porro & illud arbitror confessum, cõcessumq; esse omnibus, sanctos videlicet patres propter penuriam latini eloquij, ad res diuinas transtulisse vocabula quædam, quæ in sacris literis non reperiuntur illis attributa, veluti nomen trinitatis, nomen Incarnationis. Item vsitatissimũ ecclesijs latinis, & receptissimum nomen personę, nec in voce latina, nec in voce Græca prosopon illi respondente in diuinis eloquijs, nec singulariter, nec pluraliter reperit̃ attributum patri, filio, & spiritui sancto, quod tamen a sanctis patribus spiritu sancto dictante, translatum est, vt sit tanquam nomen commune, patri, filio, & spiritui sancto, & id quidem congrua nominis ratione, quę in tribus illis rebus proprijssime inuenitur, quãuis & ipsum nomen personæ prius fuerit a sapientibus huius mundi impositum rebus creatis, quemadmodum & cætera nomina Græci & Latini sermonis rebus diuinis attributa. Sed hic iam rationabiliter forsitan dubitauerit quispiam in loquutionib⁹ de sacratissimis mysterijs trinitatis personarum, & incarnationis domini nostri Iesu, oportet Græca vocabula respõdere Latinis, & econtrario, vt ostẽdatur in Græcis & Latinis fidei Christianę vnitas. Quid ergo causę fuit, q̃ Latini in sermõe trinitatis vtantur hoc nomine persona, cum Græci nõ vtãtur ęquiualẽti noie prosopon. Pręterea Latina vox persona, secũdum vim nominis, est vox prorsus ꝓphana significãs faciẽ personatã seu confictam, non videtur igit̃ nomen illud iusta ratione deo esse tribuendũ. Deinde cur Grę ci loco personę vtãtur noie hypostasis .i. substantia, asserẽtes i Christo duas esse vsias, & hypostasim solũ vnã, in trinitate
autẽ

aũt tres eſſe hypoſtaſes.i.ſubſtãtias cũ Latini negẽt in diui-
nis oĩm ſubſtantiarũ pluralitatẽ. Ad hęc reſponderũt iam
oli patres ſancti,dicẽtes apud latinos noia hęc ſubſtãtia, &
ſubſiſtentia, non vno ſolũ mõ,ſed bifariã dici, & nũc ſignifi-
care eſſentiã,quæ eſt per ſe,ſtãs,ſiue per ſe ens,nũc autẽ qua
ſi ſubſtans in natura, & diſtinctũ proprietate aliqua. Prio-
ri modo ſubſtãtia & ſubſiſtẽtia,ſunt ſynonyma nomini Grę
co vſioſis. Secũdo aũt modo ſunt ſynonyma Gręco nomi-
ni hypoſtaſis,q̃ vtuntur Græci ꝓ perſona,appellantes tres
hypoſtaſes patrẽ,filiũ,& ſpiritum ſanctũ. Nos aũt ꝓpter ę-
quiuocatiõem noĩs ſubſtãtię,nõ cõſueuimus dicere tres ſub
ſtãtias in diuinis,ne intelligerent̃ tres eſſentiæ. Hic iã
ſumit̃ rõ,cur patres nõnulli dixerũt ĩ deitate plures eſſe ſub
ſtãtias,ſiue ſubſiſtẽtias,vtẽtes noĩbus illis.2.mõ acceptis ꝓ
hypoſtaſi ſiue pſona, Alij vero dixerũt in deitate nõ eſſe plu
res ſubſtãtias,ſiue ſubſiſtẽtias,qa nõ eſt illic eſſentiarũ,ſiue
vſiarũ pluralitas. Eccľa ergo latina nõ hñs nomẽ ſpeciale,
reſpõdens noĩ hypoſtaſis,accepto ꝓ pſona,ꝓpter variã acce-
ptionẽ noĩm ſubſtãtiæ,ſiue ſubſiſtẽtiæ, iuſta rõne trãſtulit
nomẽ perſonę, attẽperans poti⁹ ſermonẽ, vt dicat tres eſſe
perſonas,q̃ tres eſſe ſubſtãtias aut ſubſiſtẽtias. Et vt faciliora
videant̃ quę dicimus,cõſideranda ſunt 4.latina noĩa,qbus
ſancti patres in reb⁹ iſtis diuinis præcipue ſunt vſi,quæ ſũt
eſſentia,ſubſtãtia,ſubſiſtentia,& hypoſtaſis, quibus & 4.
reſpõdent noĩa Græca,vſia,vſioſis,hypoſtaſis,& ꝓſopõ. Eſ-
ſentia ſeu vſia ab eſſe appellatã,cõiter dicit̃ nõ deſignãs de-
terminatũ aliquẽ eſſendi modũ,ſed eſt in q̃uis prædicamẽ-
to generale nomẽ oĩs eſſentię,quemadmodũ & eſſe conue-
nit oĩ eſſe. Proinde & nomen illud maxime conuenit deo,
qui & in ſcripturis a ꝓpheta Moyſe interrogatus, qđ nam
eſſet nomẽ eius,reſpõdet, Ego ſum q ſum. Qui ẽ,miſit me
ad vos. Subſiſtentia ſiue Græce vſioſis,a ſubſiſtere appella-
ta,nõ ſic generaliter dicit̃, ſed eſſentiã ſeu rẽ ſignificat per
ſe exiſtentẽ,atq; ita in appellatione noĩs illius,determinat⁹
eſſendi modus deſignat̃,quemadmodũ ſubſiſtere, vti docẽt
Grammatici,eſt per ſe exiſtere. Ita ſubſiſtentia eſt res, quæ
per ſe eſt,non indigens alijs,vt ſit. Subſtantia vero ſeu Gre-
ce hypoſtaſis a ſubſtare appellata, dicitur quaſi res vel na-
tura ſubſtans, tanquam baſis, ſeu fundamentum alicuius.
Cęte-

Cæterum pro solutione illius quod dicitur personam esse prophanam vocem appellatam a facie laruata, & ideo eā nō esse tribuendam deo, quemadmodum nec Græci nomen ꝓso pon deo tribuerunt. Sciendum est quod in ratione nominis plerumq; duo sunt consideranda, vtpote res, a qua impositū est, & res ad quam significandum est institutum. Plærūq; enim nomen tam proprium quam commune ab aliqua pro prietate accidentali instituitur ad significandam nō accidē talem illam proprietatem, sed substantiam, tali proprie tati substantem, aut participantem in aliqua similitudine, sicuti lepus dicitur quasi leuipes, sic appellatus a leuitate pe dum. Neq; tamen oportet omnia animalia pedibus leuia ve nire in appellatione leporis. Neq; item ediuerso oportet o mnem leporem esse pedibus leuem, quia nomen lepus est institutum ad significandam substantiam. Sic & nomen personæ est quidem impositum a persona, a verbo persona re dicta quę dicitur aut facies ad repræsentandum alterum quendam formata, seu conficta, aut totum caput tali cooperi mento personę, seu confictæ faciei tectum, seu personatum a personādo sic appellatum, ꝙ os sic vndiq; tectum, vnaq; tā tum via emittēdę vocis apertum, perfectosq;, clarosq; soni tus facit, veluti accidit in comœdijs & tragœdijs, sed ex his non est cōsequens in appellatione, seu significatione perso næ solum venire hoīes, qui sic sunt aut personati, aut repre sentati. Nēpe nomē illud vsu latinorū philosophorū & theo logo receptum ad significandum intellectualis naturę pfe ctam, atq; indiuiduam substantiam, siue, vt Richardus in quit, indiuiduam, seu incommunicabilem existentiam per se subsistentem. Et vt hęc manifestiora videātur, vtq; pla nius intelligātur vires atq; energiæ sermonum seu locutio num in mysterijs trinitatis & incarnationis domini nostri Iesu, ac redemptionis humanę subijciēda est regula Chri stianæ fidei. Pro qua sit hęc sententia Septima.

Quemadmodum in mysterio trinitatis personarum oportet tales proferre sermōes, quibus neq; cōfundatur aut destruatur trium personarum distinctio, neq; diuersa signi ficetur earūdem personarum essentia, vt firmissima cōtra hę reticos Arrianos super Christianę fidei regula permanēte, credamus deum verum vnum in trinitate personarum, &

tres psonas inter sese distictas esse vnũ deũ seu vnã deitatis essentiam, Ita & in sacramẽto incarnationis domini nostri Iesu oportet sic accõmodare sermonem, vt per illum in eodẽ domino nostro Iesu non designetur, neq; personarum esse multitudo, neq; naturarum confusio, vt contra Sabellianos certissimam fidei regulam teneamus vnam Christi personã esse verum deum & hominẽ per sese existentem in duabus naturis, seu vt Paulus Apostolus ad Philippenses secundo loquit̃, in duabus formis, videlicet forma dei seu deitate & forma serui seu humanitate integre in ipso permanentibus. Ex priori parte sententię huius patet, Primum in trinitate personarum, neq; diuersitatem aut differentiam esse, neq; disparitatem, inęqualitatem aut dissimilitudiem, neq; diuisionem aut alienitudinem. Appellatione nempe diuersitatis ac differentiæ inæqualitatis aut dissimilitudinis aut alienitatis significatur distinctio formæ seu naturæ aut potestatis, maiestatis, seu virtutis, quæ cum nõ alia, sed eadem sit in patre, & filio, & in spiritu sancto, non potest pater esse aut diuersus, aut differens, aut alienus a filio, neq; inæqualis aut dissimilis illi. Secundo patet in eadẽ trinitate neq; particularitatem esse, neq; solitudinẽ, neq; multiplicitatem, neq; compositionem. Particularis etenim appellatione imperfectio quędam & dimnutio a toto ĩtegro, atq; perfecto designatur, & ideo filius dei, quamuis ratione congrua dicatur indiuiduum, aut suppositum, aut persona, non tamen particularis deus appellatur, perinde atq; Ioannes est particularis homo, filius nempe est deus, non participatione deitatis, perinde atq; Ioannes homo est partipatione speciei humanę, sed totam & integram hadet fili⁹ deitatem, perinde atq; pater eãdem totam habet, suntq; singulæ in trinitate personæ, vna deitas integra, congrua igitur ratione particularitatis nomen a diuinitate & diuinis personis remouetur, tametsi ipse ĩ sacris literis ratione aliqua nomine partis designetur, veluti cum dicitur, Domin⁹ pars hęreditatis meę, item pars mea deus in ęternum. Deidẽ nomẽ solitudinis seu solitarij excludit consortium, neq; enĩ vllum est consortium ei qui solitarius est. In diuinis autẽ neq; pater solitarius est, neq; filius, neq; spiritus sanctus, sed tres personę coęquales, consortes sunt eiusdem essentiæ

sempiternę vitę, sapientię, & glorię in scripturis filius testa tur se non solum esse, sed & patrem esse secum, & se in patre & patrem esse in ipso. Vnde & ratione congrua deus plu raliter dixit, faciamus hominem ad imaginem, & similitu dinem nostram, aperte insinuans se neq; esse solitarium, neq; ab eo, cumquo est se esse alienum. Postremum, neq; multiplex est deus, neq; compositus. Neq; enim deita tis forma, est multiplicabilis secundum multitudinem sup positorum triũq; personarum perinde, atq; humanitas secun dum diuersas personas est muliplex & alia atq; alia in di uersis suppositis, sed vna simplicissima deitas tribus perso nis est communis essentia, non participata, sed tota perfe ctaq; & integra, communis pluribus rebus a seinuicem di stinctis & non communis solum modo secundum vocabu la attributa eidem diuinitati, quę sint distincta conceptio ne sola, aut ratione sola intellectus, eãdem deitatem, nunc sic nunc aliter concipientis. Ex his tertio facile decerni tur istam communitatem diuinitatis, quæ est & ipsa deitas accipiendam esse non perinde, atq; accipitur communitas seu vniuersalitas generica aut specifica, quæ est opus men tis ex multis indiuiduorũ naturis sensu perceptis collatis q; ad inuicẽ colligentis notionem vniuersalem, sed esse acci piendam vt veram essentiam, perfectissimam & simplicissi mam, tribus distinctis personis communem, in qua neq; personę inter sese distictæ, sunt diuersæ essẽtiæ, neq; alię ab essentia, neq; vnitas personæ alia est ab vnitate essentię, neq; vnitas patris alia est ab vnitate filij & spiritus sancti, neq; item tres sunt vnitates quia pater, & filius, & spiritus san ctus vnum sunt, hoc est tres personæ sunt vna, & indiuisa vnitas, quæ & trinitas appellatur, quasi trium personarum essentialis vnitas vel potius quasi tres personę vnius essen tię seu in vnitate deitatis. Hic si dixeris tres sunt personę inter sese distinctę atq; discrete, est igitur ternarius personarum numerus, cum ergo ternarius ex tri bus constet vnitatibus, sequi videtur in diuinitate tres esse vnitates. Vnde Bernard⁹ si una est essentia & tres personæ quis numerum neget? Respondeo In diuinis non negamus tres vnitates personarum seu relatio num, quæ sane vnitates sunt, & ipsę relationes, pater, filius

& spi

& spiritus sanctus, qui cum sint vnica incomposita & simplicissima deitas, non constituunt diuersas vnitates aut numerum propria ratione acceptum secundum substantialem diuisionem, aggregationem, vel compositionem. Quarto patet, quod etsi in deo nulla sit essendi diuersitas, neq; secundum substantiam neque secundum accidens, omnia nempe de illo dicta, sunt ipse deus & substantia ipsius, vtiq; tamē in eo est quædam secundum modum quēdam diuersimode sese habendi diuersitas, quæ est distinctio originis, secundum quam est personarum discretio, qui sane modus habendi sese diuersimode, non solummodo in intellectu est, sed & in relationibus ipsis. Nam & ante omnem intellectus creati operationem alius est pater, alius est filius, neq; pater est filius, neque filius est pater, aut spiritus sanctus, tametsi ipsa paternitas, quæ est & ipse pater, ipsaq; filiatio, quæ est ipse filius. Ipse quoque spiritus sanctus, sunt vna simplicissima deitas singulis ipsis communis essentia. Quinto patet, q nomina substantiua, absoluta, a ut relatiua in ordine ad creaturas deo attributa, non significant in ipsa deitate personas diuersas. Eadem nempe ipsa deitas, dicitur magnitudo sua potestas, sua sapientia, bonitas sua, & ideo substantiua hæc absoluta de ipsa deitate ita dicuntur, vt etiam de se inuicem prędicentur. Nempe ipsa dei sapientia, quæ est illius deitas, est itidem ipsa sua bonitas, virtus, & potestas. Paternitas autem, q̄uis non sit sicut accidens inhęrens deitati, aut personæ patris, sed sit ipse pater, ipsaq; deitas, diuinaq; substantia, est tamen res vera a filio, filiationeq; distincta, & ideo ipsa paternitas, quæ nō aliud est, quam pater, diuinaque substantia, neq; est filiatio, neq; filius, neq; spiritus sanctus. Sexto patent solutiones harum difficultatum. Cur videlicet patrem, filium, & spiritum sanctum, non simul appellamus vnam personam, sicuti appellamus tres illas vnum esse deum, vnam substantiam, vnum principium, vnum creatorem cœli & terræ præsertim cum non aliud sit deo patri esse essentiam, & deo patri esse personam. Si personalitas designata in vna voce personę sit forma communis patri, filio, & spiritus sancto, & nihil sit cōmune tribus illis pręter essentiā, cōsequens videt̄ essentiā coēm venire in appellationē personę.

Deinde cur non dicimus patrem, filium, & spiritum sanctũ esse tres deos, aut tres creatores, aut tria principia, aut tres causas, cum sint tres distinctæ personæ, quarum quælibet ẽ deus, quęlibet creator, quælibet principium, & causa rerum omnium, sicuti tres personas, quarum quęlibet est homo, dicimus tres esse homines. Tertio cur non dicimus patrẽ alium esse deum, aliumq; creatorem, quàm filium, cum tamen admittamus, quod pater sit alia persona, quàm filius, concedamusq;, quod verus deus genuit deum verum, creator creatorem, lumen genuit lumen, quemadmodum in symbolo canit ecclesia, Lumen de lumine, deum verum de deo vero. Quarto cur non concedimus, quod deitas sit aut generans, aut genita, cum tamen concedamus deum esse generantem, & deum esse genitum, & deum nihil aliud esse, quàm deitatem. Oĩm supradictarum solutiones patent ex priori particula prædictæ sententię septimę, quę tradit in diuinitate tres esse personas distinctas, & vnã cõmunem illis esse deitatis essentiã. In vtroq; ergo contrarium caueat sentire theologus, ne videlicet vel vnam tantum ponat in diuinitate personam, vel deitatem in plures formas distrahat. Hoc enim considerãtes, Primæ difficultatis nodum dissoluimus, si consideremus, quod & si neq; sit alia essentia, quæ sit pater & paternitas, neq; alia, quę sit deitas aut deus. Aliũ tñ existendi modũ significo, cum dico patrẽ esse personã, aliũ cũ dico patrem esse deũ & deitatẽ. Nã persona accipiť pro re intellectuali, quatenus est distincta & incõmunicabilis, deus aũt & si significat deitatem, quæ est forma non multiplicabilis in plures formas secundum multudinem personarum, vtrq; tamẽ est concretũ nomen, atq; ita verificabile de singulis personis subsistentibus in eadem deitate. Cęterum nomen personæ, est quidem commune tribus personis secundum communitatẽ vniuocatiõis, quæ est cõmunitas ratiõis nominis instituti ad significandum rem de qua dicitur, vt incommunicabilem & indiuiduam, atq; ita non priuat communitatem rationis rei designatę secundum illud nomen, persona. Modus siquidem existendi incommunicabiliter poteſt pluribus esse communis, quamobrem & nomen personę de pluribus rebus potest prædicari vniuoce, nẽpe secundum eandẽ substantiæ rationem, sed ratio communis, secundum quam no

men

men ipsum persona prędicatur, non est ratio diuinę essentiæ, quia tum nomẽ personæ significaret diuinam essentiã, nec posset pluraliter de tribus personis prędicari, vt probat argumentum. Quemadmodum enim ratio indiuidui vniuoce competit omnibus indiuiduis, Ita ratio personæ vniuoce competit personis multis. Cum dico hanc personam, significo illam hãc esse indiuiduam & incōmunicabilem. Cum autem dico personas tres, significo indiuisionẽ & incommunicabilitatẽ esse in singulis earum. Nodus difficultatis secundæ dissoluitur, si consideremus deum significare deitatem, quæ forma est vna, & non multiplicata in singulis personis. Oratio igitur, qua designo tres personas esse tres deos, tres insinuat deitates, secundum numerũ triũ personarum, sicuti tres homines sunt tres personę, quarum quælibet suam habet humanam naturam. In creaturis vna persona, est vna essentia, & plures personę, essentiæ plures, In diuinitate autem plures personæ sunt essentia vna. Proinde & inepta est nominis interpretatio, si dicamus plures deos nihil aliud significare, quàm plures personas, quarũ quęlibet est deus. Tertię difficultatis nodus dissoluitur ex eodem fundamento. Nam cum dicimus patrem aliũ esse deum quàm filium, significamus patrem esse deum secundũ aliam deitatem quàm sit filius, quod in fide Christiana blasphemum est. Cùm autem dicimus, verus deus, genuit verum deum, non aliam significamus deitatem in generante, aliã in genito, sed distinctionem notamus personæ generantis a persona genita. Et eadem ratione nō concedimus patrem esse alium creatorem, aut aliam causam, aut alium finem, aut potestatem aliam, & fortitudinem aliam a filio, quia omnia hęc sunt in personis vna deitas seu diuina maiestas. Ex his pręterea soluitur difficultas quarta. Nam ex dialectica constat nomen abstractum impositum esse formę, & solum modo esse verificabile de forma, veluti sunt essẽtia, deitas, albedo, humanitas. Concretum autem impositum esse supposito, quod formę substat, vt ens, deus, album. Dicim⁹ itaque deum esse generantem, & deum esse genitum, deitatẽ autẽ seu essentiam diuinam, neque generare, neque generari, catholica fide tenemus.

Senten

Septimo patet. Quemadmodũ pater filius & spiritus sanctus vna dilectione diligunt, quia in illis est vna sũma bonitas, imo ipse tres personæ sunt summũ vnũ & indiuisibile bonũ, Ita & ipse tres eędē personę adorant vna adoratione, quia ipse sunt vna summa maiestas, vna summa dignitas, quamobrem neq; filius dei, neq; Christus, qui p peccatis nostris est mortuus, magis est adorandus q̃ pater, qui eundem filiũ vnicũ in mortē tradidit pro nobis. Neq; maiores gratias Christo, q̃ patri oportet agere. Et q̃. q̃ ipsi filio pro beneficio incarnationis ad nostrã redemptionem impense semper gratias agere, & maiores tenemur post q̃ añ incarnationem exhibitam. Non possumus tamen illi maiores, q̃ patri gratias agere, nec mirum cũ nullum habeam⁹ beneficium a filio, quod nõ simul habeamus a patre, & spiritu sancto, cum sint indiuisa oĩa trinitatis opera. Proinde sicuti filio, Ita & deo patri magis post, q̃ ante incarnationē ad gratiarum actionem sumus obligati. Hęc enim respicit, non maiorem excellentiam dantis, sed maiorem excellentiã accepti muneris. Hactenus de priori parte sententiæ septimæ. Ex secunda particula sentẽtiæ septimę, sequitur in Christo quidē esse dualitatem naturarũ, sed nequaq̃ in illo esse dualitatē personarum. Natura igitur humana in Christo nõ habet esse personale in propria hypostasi, sed in persona filij dei, & ideo noĩa suppositorũ nõ attribuũt eidē naturæ humanæ in ipso, tã & si adiectiua noĩa seu cõcreta indifferẽter sese habẽtia, tã ad personã, q̃ ad naturã, & ad partē personæ tribuãtur ipsi. Neq; enĩ possumus admittere, naturã humanã in Christo esse hoiēm aut filiũ dei, aut filiũ hominis, aut seruũ, aut filiã, aut ancillã, q̃uis cõcedamus eandē naturã in ipso esse passibilē, mortalē, crucifixã esse, sitientē, & esurientem. Ex quibus cõsequens est Christo dño multa conuenire ratione humanę naturę assumptę, quę tã de filio dei, tã de natura illa assumpta possunt prędicari. Multa insuper cõuenire eidē humanæ naturę, sed nõ propterea oportet noĩa illa posse cõuenire naturę illi, Christus secundũ humanã naturã est hõ, & filius hoĩs, natura tñ humana in ipso neq; homo, neq; filius hoĩs. Propositiones quib⁹ dicitur, Deus factus est homo, & hoc factus est deus, satis sunt manifestæ ex vsu loquẽdi secũdum regulas logicæ. August. lata,

&

& magna disputatione differit super veritate propositiōis huius, Christus prędestinatus est esse filius dei, ad Rom.1. Sed hanc difficultatē facile transeūt Ambros. et Theophil. qui respicientes ad originalem linguam textū Apostoli explicant, non participio prædestinatus, sed participio declaratus, seu diffinitus. Deinde & hic sciendum, ꝙ filius dei, cum assumpsit humanam naturā, suscepit simul & quædam omnium prędicamentorum genera, species, & proprietates. Suscepit quidem hæc filius dei, non phantastice, aut apparenter solum, sed reuera, & ideo filius dei factus est verus homo, compositus ex vera carne, & anima rationali, vere passibilis, mortalis, circumscriptus loco, & tempore, visibilis, verus filius hoīs, virtutibus creatis & donis, naturalibusq; potētijs formatus. Et reuera dicimus hæc Christū suscepisse, non tanquam sua persona, aut substantia diuina, facta sit subiecta illis, inhęrentibus ipsi, sed per communicationem idiomatum, seu prædicatorum vere inhærentiū naturę, quę in vnitatem personæ filij dei assumpta est. In hac natura assumpsit nostros defectus, seu imbecillitates nostras, non omnes quidem, quia non diuersa morborum genera, non oculorum cecitatem, aut alias particularium hominum deformitates, neq; eas quę sunt ad illicita incitamēta, sicuti fomes peccati, & difficultas ad bene viuēdum, sed eas tantummodo, quibus est tota natura humana, ad quam saluandam venerat, secundum quam debuit per omnia fratribus assimulari, vt dicitur ad Hebręos secundo. Quæ videlicet naturaliter comitantur oēm humanam naturā mortalitati subiectam, etiā innocētem atq; immunem ab oī peccato, quę cunctis hominibus naturaliter insunt, veluti sunt vera commiseratio & compassio, pœna, labor, lachrymæ, afflictio, timor, mortalitas corporis, in quo potest esse manuum ac pedum confossio, lateris apertio, dissolutio animæ a corpore, quę sane oīa cōgruum fuit eum assumere ad perficiendum nostræ redēptionis opera, præsertim ob triplicē cām, videlicet propter pretiū pro salute nostra exoluendum, propter patiētiæ exemplū nobis cōmonstrandum, propter veritatē humanę naturæ assumptę declarādā. Beat⁹ Hilari⁹ cū dicit in decimo lib. de trinitate, Christū quidē fuisse passum, dum corp⁹ ē cęsum suspensum ac mortuū, sed virt⁹ cor-

poris

poris sine sensu pœnę, vim pœnę in sese desęuientis excepit, intelligit quod virtus dominās corpori excepit vim pœnæ suę sine sensu pœnę mentem perturbantis, aut inopinate descendentis, nempe omnis pœna, omnis tristitia, omnisq; timor in Christo extitit secundum arbitrium & iudiciū rationis decernentis, sic timendum, dolendum, atq; tristandum esse. Ad hūc enim sensum de Christo dicitur, Nō erit tristis neq; turbulētus. Item nō contristabit iustum quicquid illi acciderit. Prouerb. 12. Neq; igitur timor gehennę, neq; offensę fuit in Christo, quia talem timorem foras mittit charitas. Neq; item fuit in ipso timor vllus sesualitatis, aut prementis, aut perturbantis iudicium rationis, eo q Christus ipse fuit securissimus, certissimoq; nouerat nullū afflictionis malum futurum esse super ipsum, nisi quod prę uidebat & volebat. Cœpit timere & pauere secundum suæ mentis arbitrium, quemadmodum in superioribus diximus. Iesus autem, inquit Ioānes Euangelista, infremuit spiritu, & turbauit semetipsum, aperte insinuans turbationem & tristitiam in se subiacuisse dominio suæ rationis, quemadmodum & ad passionem iturus, dixit, Surgite eamus hinc, scilicet ex hoc loco, ad locum passionis. Erant quidem in Christo passiones secundum legem assumpti corporis, quod naturaliter erat mortale, senioq; dissolubile secundum mortem naturalem. Quamobrem Christus multa dixit, quæ sunt naturalis timoris aut pauoris verba, secundum carnis suæ infirmitatem, sed omnia illa voluntarie, & nō coacte p nobis assumpsit, sibiq; inesse voluit. Iam si dixeris mortem intrasse per Adę peccatum in corpora hominum, nam ante peccatum Adam erat immortalis, Christus autē fuit immunis ab omni peccato, non propagatus ab Adam. Videt igitur fuisse immunis ab omni corruptione. Respōdeo. Quis Christus nō habuerit sic necessitatem moriendi ex reatu culpæ, sicut Adam post peccatum commissum, vtiq; tamen habuit necessitatem mortalitatis ex principijs assumptæ naturæ sibi derelictæ, consistutæ ex quatuor elemētis. Ex alia igitur causa est mortalitas in nobis, quippe ex necessitate contracta, ex alia in Christo, nempe voluntarie assumpta. Adam ante peccatum fuisset præseruatus secundū legē iusticię originalis per lignum vitę, & secūdum puidē

tiam

tiam dei peculiarem custoditus, donec absq; morte transla-tus fuisset in cælestem gloriam. Neq; hęc de immortalitate hominis per lignum vitę ex cerebro nostro confingimus nempe & id scriptura testatur Genesis. 2. & 3. aperte insinuans, Adam esse creatū extra paradisum de limo terrę, & inde translatū esse in paradisum ex dei bonitate vbi, semper viuere per lignum vitę haberet in potestate, quia extra paradisum de terra formatus etiam si non peccasset fuisset naturaliter moriturus. Peccando autem factus est reus mortis dignus priuari beneficio & loco acceptis, quibus poterat semper viuere quemadmodum ait dominus. Nunc ergo Adam ne sumat de ligno vitæ & uiuat æternū, eiecit eū extra paradisum. Iustitia vero hac per peccatum ablata, sunt hominum corpora, relicta suę naturę facta iam mortalia. Deinde & hic sciendum, quod quotiescumq; predicatum in propositiōe de filio dei, multa complectitur, quorum vnum soli deo conuenit, aliud vero homini tunc verificatur de subiecto ꝑ persona filij dei, quatenus simul ipse deus & homo. Huiuscemodi predicata sunt spiritum supra se effundere, & sese a morte resuscitare, pretium condignum exoluere pro toto humano genere. Secundum hec genus locutionis credimus accipiendum esse, quod de illo dicitur Ioannis quinto, dedit eis potestatem iudicium facere, quia filius hominis est. Illic enim Christus intendebat significare, non quod esse filium hominis simpliciter sit causa, propter quam dedit illi deus potestatem iudicium facere, quia sic omnis filius hominis haberet potestatem huiuscemodi propter conditionem naturæ, vt inquit Chrysostomus, sed quod esse filium hominis talem, qui videlicet honorandus est, vt deus pater qui videlicet in forma dei permanens factus est filius hominis, vt esset caput ecclesiæ & saluator mundi, sit rō propter quā est ei potestas data iudicium facere, vt scilicet visibilis in forma serui tanꝙ iudex omnium appareat in iudicio. Pater autem non scit iudicare quemꝙ, supple, sic in forma serui, quia illā nō assumpsit. In huiusmodi ergo rebus nō est satis hominē proferentem sermones, habere sanum, & chatholicum intellectum, sed & oportet ita sermones accummodare, ne alij ex his ducantur in errorem. Proinde licet concedatur quod diuina natura est incarnata, id est carni vnita non tamen

admittēdū ē q diuina natura sit caro facta potest nēpe sermo ille ducere in errorē, quo crederet quod diuina natura esset caro, hoc est, q in carnē cōuersa esset pariforma dei fili⁹, q est & ipsa deitas, quāuis sit crucifix⁹ & mortu⁹, nequaꝗ tñ admitti m⁹ deitatē crucifixā aut mortuā esse. Hactenꝰ dixis se sufficiat ꝑpter locutiones de mysterijs trinitatis & incarnatiōis, iā ad ꝑpositū materię nr̃ę reuertamur. Sentē. 8. Christi charitas, ꝗuis fuerit creata, in seꝗ finita, & secundū substantiā aię suę limitata, fuit tñ ꝑfecta & consummata, tā secūdum integritatem oīm gratuitorum donorum, omniū charismatum atꝗ virtutum, quam secundum capacitatem animæ eius, quę ab initio creationis suę fuit sic plena gratię & sapientiæ, vt in illis amplius secundum graduum incrementa proficere non potuerit attingens iam & ipsius gratiæ, & omnis virtutis gradum summum, naturali capacitati animæ ipsius possibilem. Vnde Ioannes Baptista, vbi de ipso fert testimonium, dicens, Illum oportet crescere, me autem minui, illic & paucis interpositis adiecit, non ad mensuram dat illi deus spiritum, aperte insinuās crescentiam hanc intelligendam esse secundum famam, exaltationem, & fidem in cordibus hominum, vt credatur ipse esse magister, ego autem minister. Crescere inquam illum oportet non secundum incrementa graduum gratię aut charismatū, cui deus ab initio dedit absꝗ mensura spiritum sanctum omnium charismatum autorem. Quemadmodum in corporalibus rebus, quisꝗ dicitur absꝗ mensura dare vinum, aut liquorem vasi infundere, dum largiter & copiose ad sacietatem plenam dat, totam replens capacitatem illius. Sic & deus dicit dedisse Christo ab initio suæ conceptionis charismata sancti spiritus, absꝗ mensura, vnicuiꝗ autem nostrum, inquit Paulus data est gratia secundū mensuram ducationis Christi, ad Ephes. 4. quibus verbis quid aliud docuit Paulus quam vnicuiꝗ nostrū datam esse gratiā, sicuti Christo placuit eam donare, atꝗ secundum mēsuras quasdam diuidere, & non singulis dispensare gratias vniuersas? Et quia hinc manifestū est nō eadem esse absꝗ mēsura dare gratiam, & dare gratiā in se immensam, atꝗ īfinitā, cōsequēs ē nō oportere gratiā Christi fuisse infinitā, ꝑpterea ꝗ acceperit spiritū absꝗ mēsura. Fuit quidem Stephanus grã plen⁹, fuit et mater dei grã plena, Cæteris ꝑ par

fes, inqt Hiero. gratia daẽ. Marię aũt se totã infudit gratię plenitudo in cõceptiõe. Superni lumis claritas, inquit Bernãrda refulsit super eã desuperuenientis spiritus sancti abũdantia, vt nẽ ipsa quidẽ virgo sustinuisset, nisi sibi obũbratũ foret a virtute altissimi, sed mõ plenitudis lõge diuerso, plen⁹ gratia Christ⁹, de cui⁹ plenitudine acceperũt beata virgo, & Stephan⁹ sanctificati p grãm ei⁹ sine cuius merito, & virtute nõ posset esse vlla grã sup hoim genus. Ceterũ plenitudo grã Christi, quis nõ extitit summa secundũ potestatẽ diuinæ bonitatis, cuius potestas infinita ad creandũ grãm magis intẽsam, nõ fuit euacuata, vtiq; tñ fuit sũma, tã secundũ naturalẽ capacitatẽ humãę suæ naturæ assũptę, q̃ secũdũ affluẽtiã infinitæ dignitatis, & efficatiæ, secũdũ imensum valorẽ meriti, ex illa pdeũtis in oẽs Adę filios, qui illũ receperũt, q̃tũlibet numero multos. Valor nẽpe meritorũ Christi nõ euacuaẽ vnq̃, q̃tũlibet fuerit multiplicati fideles Adæ filij. Secundũ sensũ istũ fuit in Christo imensitas quędã, fons, & plenitudo oĩs grę. Proinde & Ioan. Euan. cũ dixisset, Vidimus eũ plenũ grã et veritate, vt iudicaret eã plenitudinẽ, quę ẽ ceu fons, & virtus, vñ fluat oĩs gratia, tandẽ adiecit, & de plenitudie eius nos oẽs accepimus. Sententia .9.

Queadmodũ angeli iusti gratiã, qua facti sũt beati, nõ acceperũt ex merito passiõis Christi, ita si hõ pur⁹ qspiã ex sola virgie, absq; originali peccato crearẽ iusticia, & innocẽtia plenus, deoq; gratissimus, non haberet gratiã illã ex merito Christi, attñ hõ ille nõ posset humanũ gen⁹ redimere, perinde atq; Christ⁹. i. exoluto pretio iusto liberare, qa nõ haberet mai⁹ aliqđ, qđ dare posset, q̃ seipsũ totũ ad obediẽdũ deo p iusticia seruãda, vsq; ad mortẽ, sed talis vita p honore dei sic exposita, nõ esset magis pretiosa, q̃ tota filiorũ Adæ vniuersitas, quã Adã ipse peccãdo perdidit. Talis ergo innocẽs, sic vitã suã exponẽs, deo pretiũ p humano genere cõdignũ nõ soluit. Potest aũt hoc pacto rõ formari. Nullus hõ purus valet totũ genus humanũ sub innocẽtiæ statu constitutũ, qđ p Adæ peccatũ fuerat deo subtractũ, ergo qualiscũq; fuerit innocẽs hõ qui nihil morti debẽs pro humano genere sese deo offert, condignum pretiũ pro humano genere non soluit. Et q̃uis deus plus pensat animam iusti vnius innocentis, quã innumerabilium peccatorum aĩas, non tamen plus pensat

animam iusti vnius, quàm innumerabiles animas, sub innocẽtiæ statu, quales futuræ erant in hominibus ab Adam propagandis si nemo peccasset.

Sententia decima. Pretium quod pro humano genere liberando soluit Christus, non modo omnium hominum, sed & angelorum peccatis sua magnitudine prævalet, sed tamen angelis lapsis non profuit, quia non de genere angelorum erat, sed de genere hominum, qui stipendium peccati hoīs luit, ratiōi diuinæ sapientię congruebat, vt ab illo genere exigeretur emẽda, in quo reperiebatur præcedens culpa, vt eiusdẽ generis esset satisfactor, cuius & prævaricator, ratiōi cōgruebat, vt magis hominẽ assumeret, quàm angelum, quia angeli ceciderunt nullo alio suadente, & non transiuit pœna in vllum angelum, nisi in peccantem propria voluntate, neque enim ab vno angelo transiuit malũ pœnę in cæteros nõ cõsentiẽtes, sicut pœna culpę Adę trãsiuit in oẽs hoẽs, quia non omnes angeli ab vno angelo, sicut omnes homines ab vno homine. Iustum igitur est, vt angelus relinquatur, nullo alio adiuuante, sicut cecidit nullo suggerente.

Obijciet forsassis quispiam contra hæc communẽ sententiam doctorum tradentium vnum hominem iustum, posse pro peccatis alterius satisfacere. Vnde solet dici, Multa sanctorum martyrum merita fuisse illis superflua. i. superabundantia, quæ nobis per ministros Christi applicata, prosunt. Videtur ergo purus homo potuisse pro peccatis hominum satisfacere. Respondeo id non esse consequens. Nam omne meritum, omnisque satisfactio puri hominis, suam vim, suamque efficatiam habet ex merito & satisfactione Christi.

Pro ampliori intellectu huius, sit hæc sententia Vndecima. Cum sanctis ecclesiæ doctoribus credimus, multa sanctorum merita fuisse ipsis superabundantia, quantum ad vim seu officium satisfaciendi pro pœna propriæ culpæ debita per gratiam, meritumque Christi remissa, sed non fuisse vlla ipsis superflua, quàntum ad vim seu officium merendi, nempe secundũ hanc vĩ merendi passiones sanctorum plenissime sunt ipsis remuneratę, & supra condignum prćmium æternæ gloriæ, iuxta Pauli Apostoli doctrinam, Non sunt condignę passiones huius temporis, ad futurã gloriã, quę reuelabitur in nobis. Secundum vim autem & officiũ satis-

satisfaciendi nō sic sunt remuneratę, multis qui Christi meritis, & satisfactionibus innixi, plus sunt passi, q̃ exigebat debitum proprij peccati, quemadmodū ait beatus Iob. Vbi nam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas hęc, quam in statera, quasi arena maris. Hęc grauior appareret, q̃uis & ipse propheta hoc dixit, transfigurans in se Christum, tunc pro nobis passurum calamitates supra condignum, quemadmodum tota ipsius Iob vita & calamitas fuerūt prophetica signa futuri Christi huiuscemodi. Ex his orta sententia non prorsus irrationabilis eorum, q dixerunt sanctorum merita, quantum ad vim satisfaciendi proprijs debitis superflua, reseruari secundum diuinam iustitiam, tanq̃ deposita quædam in ærario publico alijs applicanda, & q̧ hæc item ipsa posset, alijs absq̧ sacramentis applicari, siquidem & ipsi martyres sancti, quātum ad vim attinet satisfaciendi, potuissent ea absq̧ sacramentis applicare, vbi ergo ipsi specialiter alijs non applicuerunt, possent illa dispensari per dispensatores mysteriorum Christi, de q̧bus Apostolus, Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum dei. Dispensatio, inquit Paulus, mihi credita est. Cæterum per vniuersum orbē ecclesia in orationibus ad sanctos dedicatis officio missæ postulat, vt sibi prosint sanctorū martyrum defunctorum, non solum oratiōes, sed & merita. Vnde & alibi ex scripturis demonstrauimus, quod deus peccatū etiam per gratiā, meritumq̧ Christi remissum non dimittit inultum temporali pœna. Neq̧ prorsus ratione caret eorum doctrina, qui dicunt hanc temporalem pœnam peccato remisso debitam solubilem, per exolutionem temporalis pœnę voluntarie assumptæ, aut a propria peccantis persona, aut a persona aliena voluntarie assumentis pœnam pro alio, veluti cum amicus pro amico votum implet, aut ieiunat, aut peregrinatur, vt pro illius peccato pœnam tolerans, deleat reatum apud deum iudicem iustum, qui etiam peccatum remissum non dimittit impunitum. Hic iam si dixerit quispiam, vt solent hæretici, sufficientissime Christū satisfecisse pro peccatis humani generis, ergo superflua videtur omnis satisfactio hominis pro homine. Respondeo consequentiā non valere, huiuscemodi enim sunt antiqua hæreticorum

retia iam olim euentilata, discussa & euersa. Nam simili ratione possemus concludere, frustra fuisse sanctorum martyrum orationes, quibus orauerunt pro impijs, vt acciperēt remissionem peccatorum, frustra igitur orauit Stephanus pro lapidantibus, Domine ne statuas illis hoc peccatum. Christus ergo sufficienter orauit pro omnibus electis, & orando meruit omnibus vitā æternā, sed non inde consequens est, nos non oportere orare pro illis, vt salui fiant. Cęterū & ipse Christus iā in cœlis ad dextram patris residens, nūc etiam sufficienter orat pro nobis. Nam & hoc dictum est post resurrectionem & ascensionem, Qui sedet ad dexterā patris, q & interpellat pro nobis. Nō tamen propterea sequitur, nos nō oportere orare pro nobis inuicē, vt saluemur. Orationes domini nostri Iesu, sunt orationū nostrarū fundamenta, quibus scilicet factum est, orationes nr̄æ sint apud deum meritoriæ, & exaudibiles, quę sane absq; oratiōibus, & meritis Christi essent inualidę, et inefficaces, & ingratæ. Ex supioribus enim iā est manifestum, ꝙ oīs dignitas, seu valor orationum nostrarū, & satisfactionū, & bonorū operū nostrorū fluit ex orationibus, meritis, & satisfactione Christi. Christus item sufficienter docet oēm veritatē, sufficienter custodit omnem iustum, sed non inde consequens est, nō oportere magistros, doctores, ac prędicatores accedere, aut nō oportere nos esse sollicitos, de custodia nr̄i cordis. Christ⁹ voluit nos debere nō segnes esse, & otiosos, præparans valorē meriti suę passiōis applicandū, cōcurrētibus hoīm ministerijs, vt etiā ex nostris voluntatibus, dei gratia adiutis sumanť diuersę rationes remunerādi, & hinc est, ꝙ valor meriti, ac satisfactiōis Christi, nō æqualiter transit in oēs. diximus de his alibi, dicturi latius infra in solutione argumēti septimi.

¶ *Sequitur huius capituli pars quarta, in qua demonstratur modus iste redimendi fuisse conuenientissimus.*

HActenus de operib⁹, seu beneficijs redēptionis humāi generis. Iā superest demōstrare huiuscemōi modū redimēdi, fuisse diuinę sapiētię congruū, & humano gn̄i cōuenientissimū. Ad qđ intelligendū, aliq̄t ponem⁹ ꝓpositiōes, quę tāq̄ cōclusiones quędā sunt etiā ex supiorib⁹ manifestę.

Prima

Prima conclusio. Potestas in volũtate dei erat, qua etiam alio modo sine iniusticia eripere hominem ei licuisset, & qualitercumq; aliter voluisset, iniustum non fuisset, quemadmodum & veraciter sancti profitenť, quod redẽptionem humani generis, etiã deus alio modo perficere potuisset, si voluisset, sed qualitercũq; alio mõ fecisset, stolidi hoẽs semper contẽdere cũ deo præsumerent, atq; inuenirẽt qđ dicerent, & secundum suarũ mentiũ stulticiam quærerent, cur deus sic, & non aliter voluisset facere. Ex hac consideratiõe manifestæ sunt duę considerationes. Vna. Deo cõueniẽns fuisset, etiã si humanum genus dãnationi obnoxiũ, prorsus non liberasset, suę nẽpe iusticiæ conuenisset, quia in hominis merito erat, vt si hoc non faceret, iniustum non esset. Natura enim humana tota per peccatũ fuit corrupta, & tota per peccatũ erat damnationi debita, & idcirco si tota in damnatione fuisset dimissa, nõ fuisset iniusticia. Vnde & huius consideratione scriptura inquit. Quis tibi imputabit, si perierint omnes nationes terrę. Nec in aliud intuebatur Apost. cum diceret. Deus cuius vult miseretur, & quẽ vult indurat. Electos omnes vocauit vasa gloriæ, vasa misericordiæ. Reprobos aũt, vasa iræ, vasa diuinę iusticię, apta in interitũ, quemadmodum & ipse ad Rom. Miserebor, inquit, cui voluero, & clemens ero, in quem mihi placuerit. Deus dum ex massa humani generis quosdam ad saluationem assumit, iusticia vtitur debitæ potestatis, pro sua misericordia largiens iusticiam indebitã eis, quos secundũ sua ipsorũ merita iuste damnare potuisset. Quosdam vero dũ ad perditionẽ deserit, iusticia vtiť licitę ęquitatis, tribuẽs pœnã mortis, his qui per gratiam dei, iuste saluari potuissent, si deus voluisset. Sic igiť quod voluit deus iustum fuit, vt etiã si aliter voluisset iniustum non fuisset quia potestas est in volũtate eius, quia sine iniusticia facere illi licet quodcũq; voluerit, quia cõtra decretũ, & promissionẽ incõprehensibilis suę sapientię nihil facere vnq̃ voluit. Modus quo ipse humanã naturam reparauit, magis esť mirabilis, quam modus quo, & illam, & totam mundi machinam creauit ex nihilo. Quamuis vtrumq; æqualiter sit deo facile apud quẽ nõ est omne verbũ impossibile, tamẽ vtrũq; est æque mirabile & æqualis gratiæ, Hõ eteni anteq̃ esset, nõ peccauit vt crearí

 non

non deberet, postquam vero factus est prçuaricator peccandō meruit, vt & totum quod erat, & id totum ad quod factus erat perderet. Deus autem pro sua sapientia noluit totum hominem damnare, vt permaneret tam ad quod ex iustitia puniretur, quā id cui misereretur, & innotesceret super humanum genus, tam iustitia, quam illius misericordia, quorum neutrum appareret si tota natura humana ab Adam in nihil perijsset. Neque vtrumque sic innotesceret, si vel tota humana natura damnaretur vel tota saluaretur.

Altera consideratio ex propositione premissa est. Deo conueniens fuisset etiam si humanum genus damnationi obnoxium absque passione innocentis filij voluisset liberare per solam suam misericordiam eripiendo ipsum de potestate diaboli inspirando illi gratiam, & bonam voluntatem. Patet, quia ipse est dominus vitę & mortis, & non potest fieri debitor vlli alteri, & ita quemadmodum rex temporalis nulli reipublicæ subiectus maleficum detrusum in carcerem potest liberare, vel per solam misericordiam & gratiam, vel per acceptam recompensationem, veluti si quis soluat pro liberatione illius pecuniam. Sic & deus permanente salua sua iusticia, potuit vnum aut alterum modum eligere, qui si genus humanum sola sua voluntate liberasset, iniuriam non fecisset diabolo, qui non dominus, sed solum custos erat carceris, & nudus diuinę iustitię executor, non quod in executione sui operis velit deo, quem summe odit, obedire, sed inuidia commotus velit miserum hominem iusto dei iudicio sub sua potestate derelictum, torquere, & affligere.

Secunda conclusio. Non ex sola potentia dei, sed & ex misericordia quadā liberatus est homo. Deinde non sic ex sola dei misericordia est liberatus, quinetiam fuerit iustitia quædam in ipsa liberatione. Iusticia quidem primo in ordine ad deum patrem offensum, dum pro peccato hominis soluitur illi pretium, cui iniuria fuerat irrogata. Iusticia etiam contra diabolum reum, qui iusta lege priuabatur potestate super hominem mittens manum in Christum innocentem. Tertia conclusio.

Quamquam alius modus liberandi hominem a potestate diaboli fuerat deo possibilis. Alius tamen modus non fuisset talis emptio, redemptio, satisfactio, seu pretij exolutio, qua-lis

lis iste nunc est nobis exhibitus. Alius satisfactionis, ac emptionis est modus, alius modus superandi diabolum per potentiam dei solam, aliud vincere diabolum per iustitiam, aliud emere seu redimere quod ē iustū deo patri soluere pretium. Totius humani generis non potuit esse sufficiens pretium, nisi homo qui valeret omnes homines, cuius & humilitas tantum placeret deo, quantū displicuit superbia in parente primo, quemadmodum in superioribus diximus.

Quarta cōclusio. Nulla creatura potuit sic, vt Christ9, ꝑ peccato Adæ satisfacere deo. Nam, vt patet ex superiobus, satisfacere, est tantū facere, quantum sat est aut offenso ad vindictam, aut creditori seu damnum passo ad solutionem seu damni recompensationem. In conuictu humanæ societatis de duobus consueuit satisfactio fieri, de offensa videlicet & dāno, quæ & in ciuilibus rebus interdum etiam ab inuicem separantur. Reperitur interdum damnum sine offensa, reperitur offensa sine damno. Vbi offensa seu culpa est concurrente damno, non satis est aut solum damnum reparare, aut pro sola culpa seu offensa, humiliatione debita satisfacere, sed oportet compensationem condignam impendere pro vtrisq;, ꝑ damno videlicet illato, restitutionem seu reparationem secundum ęquitatem iustitię, & pro offensa, contumacia, seu erectione voluntatis iniquæ, quæ etiam secluso dāno pœnā meret, compensationē pro pœna illa seu vindicta illa quę debetur offensæ. Vnde secundum legem Moysi, qui furatur ouem vnam, debet non solum ouem illam vnam, sed quatuor pro vna restituere. Vnam quidem secundum iustitiam pro recompensatione rei ablatę tres reliquas in compensationē pœnę debitę iniquitati offensæ. Ita & dum Adam peccauit de duobus satisfacere deo oportuit, de offensa propter rebellionem aduersus illius mandatum, de damno, quia deo abstulit tam seipsum, ꝗ totam suam posteritatem. De offensa autem Adę, quæ transijt in totum genus Adæ, non potest satisfacere nisi qui potest dominum offensum retributione condigna placare. Sed neq; Adam, neq; vllus ex Adam propagatus, potuit deum offensum pro altero placare. Nō enim sufficit deo inimicus pacem facere pro altero, cum quisq; inimicus dei indigeat pace & reconciliatione pro se. Vnde secundum Apostolicam & catholi-

cam fidem, propter peccatū Adę omnes homines facti sunt mortis debitores, sed nemo potest pro alio reddere, quod ꝑ seipso debet. Non sufficit ergo vllus homo peccator soluere mortis debitum pro altero peccatore, cum peccator quisq; sit mortis debitor pro se. Pro se aūt Christus mori nō debuit, qui ipse iust⁹ erat, & in eo princeps huius mundi non inuenit quicq;, & ideo ipse morti nihil debuit. Mors ergo illius pro altero valere potuit, cum ipse gratis mori non debuit. Sed quod neq; valeat pro huiuscemodi offensa deo satisfacere vlla creatura alia, etiam deo grata, patet, quia ad hoc vt satisfaciat offēsę oportet retributionem recōpensę esse tantam in dignitate, quanta fuerat offensa in indignitate. Tāto autem offensa grauior, iniquior, & remissione indignior, quā to is qui offenditur est magis benefactor, dignior, melior, & sublimior. Cum igitur deus sit immēsæ bonitatis, immēsę dignitatis omnium rerum creator, cui homo debet seipsum totum, & quod est, & quod potest, consequens est iniuriam quatenus est in deum commissa, esse infinitæ indignitatis, grauitatis, & maliciæ. Inter omnia quæ in mundo sunt, nihil est pro quo possim deum offendere. Vnde etiam si necessum esset totum mundum, & quicquid deus non est, in nihilum redigi, non possemus quicq; contra dei voluntatē facere. Actio ipsa peccati in se considerata, quāuis videatur esse quid leuissimū, malum tamen inobedientię seu rebellio, qua humana volūtas est rebellis deo suo creatori summo bono est grauissimum, & non comparabile vlli offensæ alteri, etiam si offenderentur, atq; perirent infinitæ creaturæ. Pro offensa autem quæ est infinitę grauitatis, non est condigna satisfactio, nisi fiat retributio aliqua, quæ sit infinitæ dignitatis, & valoris, aut pretij immensi. Cum ergo talem retributiōem non posset facere vlla creatura pura, etiam innocēs, iusta, sancta, siue ex Adam propagata, siue alias a deo condita in perfectione summa, consequens est offensam in deum commissam, non esse vlla condigna actione ac boni retributione a creatura recompensabilem. Vita autem Christi cū sit vita dei & hominis pro impijs exposita, infinitæ erat dignitatis æque vel magis a deo dilecta, q̄ peccati offensa erat exosa. Deinde Adam propter peccatum in ira dei constitut⁹ perdiderat regnū cælorum, non quod iam habebat,

sed quod in potestate eius erat, vt haberet si non peccasset. Cum ergo ipse iam sub ira dei constitutus nequeat sese suis viribus aut meritis a peccato eximere, nec posset habere regnum cælorum nisi a peccato solutus, consequens est, ipsum non posse pro peccato suo satisfacere, cum nequeat quod per peccatum perdidit vlla recompensatione deo grata ac condigna recuperare. Item quamuis purus homo innocens, si ex terra formaretur, posset diabolum vincere, non tamē inde consequens est, quod talis posset deo pro toto humani generis peccato satisfacere, longe enim plus est recompensare deo illatam iniuriam, q̄ vincere diabolicam fraudem. Ampli⁹ autem, nemo de peccati sui offensa satisfacit deo, nisi reddiderit illi aliquid tam gratum, quam sit illud totum p̄ q̄ peccare non debuit, pro conseruanda autem tota creaturarum vniuersitate non potuit homo quicq̄ contra dei voluntatem facere, etiam si plures essent mundi sicut isti, creaturarum pleni. Non potest ergo de peccato suo deo satisfacere, cum nequeat illi offerre aliquid magis gratum, quam sit tota vniuersitas rerum sub deo existentium. Vnde ex his & similibus argumentis recte conclusit beatus Ancelmus, neminem posse pro peccato humani generis satisfacere nisi qui fuerit deus & homo, vt vita deitati vnita, quę expenditur, quę & pro emenda totius humani generis voluntarie paritur, sit magis pręciosa, quam tota humana natura ex Adam propaganda. Hic forsitan obijciet quispiam dicēs: Adam primus homo potuit mereri pro toto humano genere confirmationem in iusticia originali, & vitam æternam, potest ergo purus homo non ab Adam propagatus, sed creatus a deo iustus satisfacere p̄ toto humano genere. Consequentia videtur manifesta, quia non minoris potestatis ē mereri iusticiam alijs q̄ satisfacere pro peccato aliorum. Et antecedens probat̄, quia Adā peccando meruit sibi & oībus suis filijs necessitatē habendi peccatum, ergo ipse si obedisset deo mãsissetq; in volūtate bona, meruisset sibi & oībus filijs suis iusticię cōfirmationē. Pręterea quātū malitię ē in cōuersiōe hoīs sese a deo p̄ suggestionē diabolicā auertētis, tm̄ bonitatis ē in cōuersiōe hoīs sese p̄ spiritū sanctū ad eū cōuertētis, seseq; ex charitate erga fratres, cognatos deo offerētis. Videt̄ ergo pur⁹ hō potuisse p̄ debito peccati hoīs satisfacere.

Ad primum pro intellectu propositionis antecedentis præmittemus geminam esse doctorum sententiam. Sunt q dicunt, de quorum numero est Ancelmus, ꝙ primi parentes nostri si vicissent, si nō peccassent tentati, in iusticia quã acceperant, fuissent cum omni propagine sua sic confirmati, vt vltra peccare non potuissent, quemadmodum nunc, quia victi peccauerunt, idcirco sic sunt infirmati, vt quantum in ipsis est, sine peccato esse non possunt, quemadmodum natura humana, inquiunt, quæ tota erat in parentibus primis, tota in illis est victa sub necessitate habendi peccatum. Ita in illis tota fuisset confirmata in iusticia, si tentati illi vicissent. Sunt & alij, de quorum numero est diuus Thomas, qui contrarium sentientes, dicunt. Adam si in iusticia originali, quam a deo acceperat, perstitisset, nō ob id fuissẽt posteri in iusticia confirmati, propterea quod confirmatio gratię in eo, qui liberum habet arbitrium, non descendit, nisi ex eiusdem gratię merito, per idem liberum arbitrium operato. Absq; suis meritis quisq; gratiam habet, sed nō confirmatur quispiam in gratia absq; suis meritis. Proinde si ex Adam posterorum eius quispiam peccasset, ille iusticiam originalem pro se, & omnibus a se propagandis perdidisset, eijciendus vna cum tota sua propagine extra paradisum, mansissetq; portio quędã humani generis in paradiso sub originali iusticia, alia vero extra paradisum viciata originali culpa. Hoc præmisso dicimus, ex superioribus manifestum est, antecedẽs falsum esse, Adã videlicet sub innocentię statu potuisse mereri pro toto humano genere, aut iusticiam, aut confirmationem gratiæ. Neq; id oportet consequens esse etiã ex sententia Ancelmi, & aliorũ docentiũ, ꝙ Adam si non peccasset, tentatus a diabolo, statim ipse in iusticia fuisset confirmatus, & omnes posteri eius in iusticia nati, fuissent confirmati. Nam & illius iusticię confirmatio fuisset data, non per viam meriti Adę, sed per viam propagationis naturæ. Dicimus ergo falsam esse propositionẽ antecedentem, ad cuius probationem dicimus, ꝙ Adam suo merito malo, seu peccato, transmisit originale peccatum in semetipsum, & in filios. In semetipsum merendo dum pręuaricatus est dei mandatum. In filios autem suos, non quidem merendo illis hoc ipsum originale peccatum, sed propa

gando

gando naturam, qualem ipse peccando acquisiuit vitiatam, originali videlicet iusticia destitutam. Christus autem qua tenus homo transmisit iustitiam, & gratiam in filios suos, non creando, nō propagando naturam gratia & iusticia decoratam, sed merendo illam omibus innitentibus non suis meritis proprijs, sed illius meritis. Ex Adam nascimur filij iræ ab illo propagati, accipientes naturam vitiatam. Ex Christo renascimur filij gratiæ, pacis, & charitatis p fidei copulam, facti participes meritorum eius. Proinde ꝙuis per solum hominem Adam, potuit descendere peccatum in vniuersum genus humanum, non tamen inde consequens est purum hominem potuisse merendo, aut satisfaciendo iusticiam, ac gratiā in alios deriuare. Hic iam si dixeris, Si Adā suis posteris non potuit mereri vitā ęternā, ergo neque potuit illis mereri ęternā mortē, hoc aūt videt̄ falsum, & cōtra Paulū Apost, dicentem, Stipendiū peccati mors. Item ꝓpter peccatū corpus est mortuū. Respondeo argumētum vtique cōcludere, Adam videlicet non potuisse filijs a se propagandis mereri mortem sempiternam, quemadmodū neque potuit illis mereri vitam æternam. Ipse quidem malo suo merito vitiauit vtique naturam a se propagandam, quam ob rem & in illos transmisit naturā talem. i. originali iusticia vacuam, atque ita paradiso indignā, mortalitati subiectā, sed non inde consequens est, ꝙ meruerit illis mortem, quēadmodum si perstitisset in originali iusticia, eandem iusticiā in posteros transmisisset, propagando naturā huiuscemodi iusticia præditam, sed nequaꝗ hāc illis meruisset.

Ad aliam obiectionem dicimus, consequentiam inualidam esse, hinc est manifestum, quod gratia, seu charitas spiritus sancti filijs Adæ præparata, non est vllo puro homini ex Adam nato, absque merito Christi data. Si quæ sint hominum pro peccatis diluendis satisfactiones, si quæ merita, hæc vim habent & efficatiam ex merito Christi. Si quis aliunde, quam ex merito Christi gratiam gratificantem ad vitam ęternam habere posset, is morte Christi nō indigeret neque pro illo Christus mortuus esset, habent angeli beati gratiam & vitam æternam sed non per Christi passionem & mortem. Creditur autem beata virgo ante conceptionem sāctificata fuisse per gratiam in suæ matris vtero sed non sine

Christi

Christi tunc futuri merito. Nulla igitur pura creatura (quẽadmodum iam sæpe dictũ est) potuit sic, vt Christus deo, aut satisfacere, aut pretiũ soluere. Deo nẽpe satisfacere pro peccato humani generis nemo poterat, nisi qui & damnũ illatum restauraret, & de contemptu satisfaceret. Ad hęc non sufficiebat vllus homo ex Adam nihil inueniens, quod digne deo pro ablato dãno recõpensaret, quia siue sua, siue seipsum daret, digna recompensatio non esset. Iustum enim & innocentem Adam abstulerat, & neminem ex se natum nisi peccatorem inuenit. Qđ si absq; satisfactione & merito Christi statuaẽ gratia vlli homini prorsus innocenti data, iam homini illi nõ fuisset mors Christi necessaria, sed neq; is (ut supra ostẽdimus) pro humano genere potuisset satisfacere. Quinta conclusio est Augustini, dicẽtis modum, quo nos deus liberare dignatus est per mediatorem Iesum, asserimus bonum & diuinę congruum dignitati, quamuis & alius liberandi modus deo possibilis, nõ defuit, sed sanandę nostræ miseriæ conuenientior modus alius non fuit. Nam vt ex superioribus est manifestum, modus iste redimendi congruit tam diuinæ iustitiæ, quam eius misericordię, & eruditioni nostrę.

Omnia media in salutẽ humani generis ordinata, et ordinabilia, pendent in voluntate diuina sic, vel sic, secundum sapiẽtiam ordinante, quæ habet in potestate qualitercumq; velit ordinare. Deus nõ vlla necessitate iustitię nobis debitæ, sed gratuita sua bonitate proposuit nobis Iesum propitiatorem habens in sua sapientia pręter istũ, alium etiam saluandi modum, quamuis iste nostræ sanandę miseriæ magis congruebat simul & diuinæ sapientię Congruebat quidem miserię nostræ, quia per istũ eruditur miser homo, ad dilectionem dei, ad patientiam, ad contemptum mundi, ad agonizandũ pro veritate iustitię, vsq; ad mortem, ad gratiarum actiõem ad agnoscendum peccati grauitatem. Deinde congruebat diuinę sapientię, quia conueniens erat manifestandę iustitię suæ, simul & misericordiæ, & suæ veritati. Iustitiæ quidẽ quia iustum est, vt peccatum non relinquatur inultum, & deo satisfiat irato. Veritati aũt, vt impleatur sermo, quem locutus est dominus, totus moriatur Adam. Misericordiæ autem, quia diuinæ clementiæ est, vt non totus Adam pereat, sed saluetur quod perierat. Hic ergo modus congruebat

diuinæ sapiētiæ, hoc pacto declaranti se in liberando hominem miserum, esse & iustū, et misericordē, fidelem atq; vera cem, dum vult, vt totus Adam moriatur, non tamen totus moriatur mala morte, vt simul sit pax bona inter dei iustiti ciā, & illius misericordiam. Hanc sententiam tacite indi casse videtur propheta in psalmo. 84. agens de benedictione & liberatione a captiuitate & de remissione peccatorū, tū fu tura per salutare dei, seu per Christum dominum, prope ti mentes eum, inquit, salutare ipsius, vt inhabitat gloria in terra nostra, misericodia & veritas obuiauerūt sibi. Iustitia & pax osculatę sunt, vbi schemate seu figura vsus propheta, rebus incorporeis corporea tribuit opera, vtpote misericordiæ & veritati gressum obuiū iusticiæ & paci oris osculū.

Et q̄uis in deo nulla sit volubilium cogitationum & affectuum successio, propter tamen imbecillitatem intellectus nr̄i, q nō potest oīa simul cōprehendere, huiuscemodi deo tribuunt, vt ex corporaliū rerū similitudinib9, discam9 vtcūq; cognoscere, amare, & colere dei sapientiā, iusticiā, & misericordiā. Huius cōsideratione sanctissimi viri, Augu. Ber. & cæteri nonnulli, harū virtutū inter sese colloqa quędam expresserūt, secundū sentētias quasdā nr̄ę capacitati accōmo datas. Cū post Adę lapsum oīa maledictiōis & afflictiōis plena viderent̄, grauis qdē inter virtutes dei videt̄ orta cō tentio, siquidē veritas et iusticia suo zelo miserū hoēm affli gebāt, misericordia vero & pax zeli huius exptes, iudicabāt magis esse parcendū, & ita misericordia & veritas obuiaue rūt sibi. Misericordia secundū nomē suū, volēs deū esse piū, miserię humanę cōpatientē pręuenit veritatē, & tāq̄ faciēs cām corā deo, suā cœpit orationē, Tu nūq̄, inqt, sine me iter facere cōsueueras, qa tu suauis es dn̄e, et in ęternū misericor dia tua. Ecōtrario veritas, Iust9, inqt, es dn̄e, & dilexisti iu sticiā, & iīqtatē odio semp habuisti, et idcirco ī hac vita, qua visitas hoēm trāsgressorē, impi9 & neq̄ hō iuste debet dāna ri. Neq; eni decēs est, bonū & iustū dn̄m habere malū, iniu stū, et cōtumacē seruū. At cōtra, misericordia, inqt, honori et vtilitati dn̄i sui cōsultū iri, si ꝑ sua bonitate, q̄ suauis ē vniuersos, studeat nō ꝑdere & destruere, sed saluare, uiuificare, & sanare qđ perierat. Veritas apposuit hoēm impiū et īiu stū nō debere viuere in conspectu iusti domini, qui odit &

peccata & peccatores, & ideo se non posse tot hominum sce lera tolerare, Fateor, inquit, misericordia deum similiter odire, & impium, & impietatem eius, sed homo impius magis conuertatur ad dominum deum suum & viuat iustus in conspectu dei. Econtra, Misericordia respondet se non fore amabilem, si non peccatum gratuita pietate condonetur, Videns igitur dei sapientiam diuersas suarum comitum ac pedissequarum sententias, pacem inter dei iusticiam & misericordiam ab æterno conceptam in occultissimo dei iudicio cœpit explanare, in ęternitate scriptum, inquit, est, quod deus veritatem & misericordiam diligit. Ipse ergo quas diligit pedissequas, vult semper sibi præsto adesse, quia in pace est habitatio eius. Non illas potest sustinere discordes, Propterea ne ego, inquit, dei sapientia, quæ amatrix sum pacis, cogar vestram derelinquere societatem, necesse est, vt vos studeatis vtrinque vestras voluntates ad vnum consensum declinare. Quod libenter annuit vtraq;, quatenus sine detrimento nois honoris, & dignitatis fieri posset. Tũ dei sapientia æquũ, inquit, sibi visum esse, vt peccatũ hois propter veritatẽ morte puniat, et ꝓpter misericordiã gratis remittat. Placuit vtrisq; consiliũ sapientiæ, sed qualiter id fieri posset, sciscitatur. Quibus ait Sapientia, id fieri posse, si veritas de terra oriatur, id est, de fœmina Christus, qui ꝓ iusticia morte bona moriatur, vt sic per veritatem pro peccatis nostris pretio exoluto, iusticia de cœlo prospiciat in terram, & dominus benedicat terram, suæq; gratiæ benignitatem largiatur, vt terra nostra germinet nõ amplius volũtarias spinas, & tribulos, sed æternæ vitę fructus, & sic iusticia in puniẽdo peccatũ præuenit aduentum domini in mentes nostras, positura gressus suos in via recta, vt igitur inhabitet gloria in terra nostra, necesse est, vt veritas dei impleatur, & homo peccans, sicut deus prędixerat, moriatur, sed morte tam pretiosa in conspectu domini, vt a morte resurgat, ne obliuiscatur misereri deus. Eguit, inquit Bernard. miseratione creatura rationalis, quoniam facta est misera, & miserabilis valde. Sed & oportet impleri sermonem, quem loquutꝰ est dominus. Necesse est, vt totus moriatur Adam cum oĩbus, qui in eo erant, quocumq; die vetitum cibum in præuaricationem gustauit. Hanc si præuaricator Adam mortis sentẽ-

sententiam euaserit, perijt diuina iustitia, perijt veritas, nec in ęternū permanet verbum tuū domine. Et ediuerso, perijt prorsus erga genus humanum misericodia, si Adam non li beretur, atq; ita inter misercordiam, & veritatem sibi obuiā tes venit dei sapientia, & fecit vtriusq; concordiam. Iustitia & pax osculatæ sunt, & facta est pax bona inter deum & hominem, conuenientib⁹ in vnum misericordia & iustitia, vt totus Adam moriatur, simul & misericodiam consequa tur per mortem bonam alicuius filij Adæ, qui nihil debuit morti. Atq; ita misericordia & veritas, quæ videbantur dis sidere, conuenerunt in vnum pacis osculum. Hanc pa cem desiderabant olim patriarchæ & prophetæ, qui suspi rantes Christi in carnem aduentum, clamabant quotidie, Osculetur me osculo oris sui. Osculum esse indicium pacis omnes nouimus. Peccata nostra, vt testatur scriptura, sepa rant, diuiduntq; inter nos & deum, sed tollatur de medio, quod interest, pax erit, quę sane pax est effectus gratiæ, & Christi miserentis, quæ & proinde princeps pacis, & me diator appellatur, tollens peccatum, quod nos a deo separa bat. Ex his liquido patet, quemadmodum sapientia dei, vt inquit sapiens, vicit maliciam, dum diabolus qui vi cerat per fraudulentiam, rursus per prudentiam superatur, & iusticiam. Hæc est iusticia, quam olim desiderabat pro pheta dari filio regis, qui descendens sicut pluuia in vellus, de manu potentis diaboli liberauit pauperem populum, cui non erat adiutor, id est, quem neq; eiusquam virtus homis, nec angelus poterat adiuuare, redimens animas eorum ex vsuris, & iniquitate. i. a peccatis & peccatorum debitis, quę ratiōe cōgrua noīe vsuræ appellanť, quia plus mali reperi tur in supplicijs, ꝙ delectationis acceptum est, in peccatis momētaneum est quod delectat, æternum est quod cruciat.

Ex his arbitror abunde factum esse manifestum, Chri stum inter tres personas, sapienter, iuste, & misericorditer causam tractasse inter hominem videlicet, deum, & diabo lum. Per pecatum habuit diabolus ius quoddam in hominē, sed nequiter vsurpatum, & non iure acquisitum, non titulo iusto adeptum, sic iuste tamen super hominem peccantem datum, vt nec in homine, nec in diabolo, sed in deo illa esset iusticia. Neq; enim iustus est diabolus, qui inuasit, neq; iu

ſtus eſt homo, qui conſentiendo eſſe captiuus meruit, ſed iu-ſtus domin⁹ qui expoſuit. Atq; ita diabolus iuſtam habuit ſuper hoĩes poteſtatem, id eſt iuſto dei iudicio deſuper datã quamuis impia, & iniqua voluntate vſurpatam, quemadmodum & ipſe ab initio homicida & mendax iniuſte inuaſit, tentauit, & mendacio eandem poteſtatẽ acqueſiuit. Diabol⁹ quamuis non meruit, vt eundem hominem ſibi ſubiectũ haberet & premeret, homo tamen meruit, vt a diadolo premeretur, quia meruit, vt pro culpa ſua torqueretur, & id quidem a nullo conuenientius, q̃ ab illo cui ſua ſponte cõtra legem dei cõſenſerat. V ñ cõſequens eſt hoĩem nõ poſſe diaboli dñio iuſte cõtradicere. Nã licet ignoraret ꝙ falſum eſſet, qđ diabolus ꝓmiſit, non tamen ignorauit, ꝙ etiã ſi verum eſſet, cõtra volũtatem ſui creatoris cõcupiſcere non debuit. Deo autem iuſta erat cauſa cõtradicendi diabolo, qui ſeruũ eius fraudulenter abducens, nullum habuit ius aut meritũ, vt hoĩem iuſte poſſideret. Et idcirco deus, ſi hoĩem ſolo verbo liberaret, nulla iniuria diabolo fieret. Neq; enĩ deus a lege ſuę poteſtatis hoĩem amiſit, q̃n eum in diaboli poteſtate eſſe permiſit, ſicuti nec ipſe diabolus a poteſtate dei ẽ alien⁹, q̃n ſuperbia elatus ad inferos detruditur. Pro deſtruendis igitur omnibus inſanijs falſis, quas improbi homines, ſapiẽteſq; huius mũdi, quibus pretioſa crux, & ſanguis Chriſti ſtulticia eſt, moliuntur confingere, irrefragabilis machina ſit aĩæ Chriſtianæ hæc vnica conſideratio. Omnipotens & miſericors deus in opere redemptionis humani generis, voluit non ſolũ ſuã oſtendere potentiã, ſed & ſapientiã ſuã, ſimul & miſericordiam ſuam, & iuſtitiam. Proinde quamuis ipſe alijs vijs potuiſſet gen⁹ humanum reparare, placuit tamen ſibi liberare hominem tam miſericorditer, vt in ipſa liberatione demonſtraretur etiam iuſtitia quædam ſapiẽter, & modus quidem miſeriæ noſtrę ſanandę conuenienter. Hactenus igitur ſatis arbitror demonſtratum Chriſtum venientem in hunc mundum non ſolum modo demõſtraſſe nobis viã ſalutis, ſed & liberaſſe nos, Iudicialiter egiſſe cauſam pro nobis, viciſſe diabolum pro nobis, vitã & ſalutẽ pſtitiſſe nobis, ſuoq; ſanguine diluiſſe peccata nr̃a, eorumq; maculas, emiſſe quoq; & redemiſſe nos, ſatiſfeciſſe deo pro debitis noſtris, meruiſſe nobis gratiam, feciſſe ſeipſum caput noſtrum

nr̃m, mediatorē nr̃m & sacrificiū ꝓ nobis, atq; vniuersum istum redimendi modum fuisse sanandis miserijs nostris congruissimum. Iam vt & hæc manifestiora fiāt etiam ineruditis minusq; capacibus subijciendę sunt solutiones argumentorum, quę in principio adduximus.

¶ *Sequitur tertius tractatus huius libri.*

PRæmissis consideratis facile est soluere argumenta. Ad primum ergo dicimus consequentiam non esse validam, quia Christus non solum docuit nos pugnare contra diabolum, sed & vicit, & eiecit eum, vt iā contra illum eiectum, & adhuc insidiantem pugnare valeamus. Non solū docuit nos iustitiam noscere, sed & dedit illā, non solum ostendit charitatem, sed & infudit illam in corda nostra per spiritum sanctum nobis datum, non solum docuit nos, vt nos soluamus peccatorum nostrorum vincula, vt mūdemus nos, & faciamus nobis cor nouum, sed & præuenit nos, immittēs nobis spiritum cogitādi, quæ salutis sunt, quatenus consentiamus deo saluanti, iustificanti, mundanti, & peccatorum nostrorum vīcula relaxanti, & recōcilianti nos deo patri. Ipsius gratia præuenit nos, vt hæc omnia faciamus, Ipsi nos præuenire nequaq; possum⁹. Deus cum iustificat nos, soluens reatus peccatorum nostrorum, eodē momēto simul conuertit & corda nostra, & facit nobis cor nouum non quidem siue nobis, non vt nos nihil faciam⁹, sed vt nos abrenunciemus veteri vitæ, credamusq; euangelio, ex fide a peccatis in deum resilientes. Opus itaq; est nō sola eruditio ne ac admonitione, sed & redemptione, recōciliatione, & infusione diuini spirit⁹, purificantis & sāctificantis corda nostra, vt non amplius seruiamus peccato. Christus quidē mortuus est pro iustitia, quam prędicauit, ꝓ qua & certauit vsq; ad mortē, annūtiando omnib⁹ viā salutis, sed nō ob id solū mori voluit, sed ob id etiam vt ꝓ peccatis nostris deo patri satisfaceret, sustinēs in carne sua peccatorū nostrorū merita, & vt seipsum sacrificium offerens placaret deū patrē nobis iratum. Falsū igiť est ꝙ Christus solum venerit in hunc mūdum ad dandā scientiam salutis, aut tanq; lux ad illuminādū ignorantiarū nostrarum tenebras, perinde solum atque magister illuminat corda discipulorum, in eo quod docet forinsecus proponens ea, quæ prius ignorabant.

Ex illo enim consequens esset gratiam per Christum Iesum nobis exhibitam, non esse aliud, q̃ legem seu doctrinam euã gelij, ex æquo omnibus propositam, qui si velint, poterunt discere, & accipere disciplinam, & sese per hanc scientiam saluos facere, mundare, a peccatis eximere. Vnde consequẽs esset Christum eorum esse redemptorem, quorum ad se con fugentium ipse esset susceptor. Hæc est impia olim Pelagij damnata hæresis, scripturis plane cõtradicentibus, ꝙ Christus non solum est magister, doctor, præceptor, aduocatus, sed & liberator, redemptor, victor, mediator, reconciliator, sacrificium, victima, hostia, medicus, & viuificator a spirituali morte, adiutor & protector. Ad scripturas in argumẽto. 1. recitatas, dicimus earum intellectum esse manifestũ ex cohęrentia scripturarum earundem. Nam Apostolus Paul. cũ dixisset, Apparuit benignitas & humilitas Christi saluatoris erudiens nos, paucis interpositis, subiecit, qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab oĩ iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilẽ, & sectatorem bonorũ operũ. Plane vides Christum non solũ proposuisse nobis se, vt speculũ vitę, seu imitatiõis, sed & dedisse semet ipsum pro nobis, vt redimeret & mundaret nos, vt nos iam redemptos, & mũdatos, faceret sectatores bonorum operũ. Neq; possemus sectatores esse bonorũ operũ, nisi pri⁹ soluti & expediti essemus a vinculis peccatorũ, nõ essent opa hõis deo grata, si esset aĩa hoĩs adhuc deo inimica. Tria, inquit Bernar. in hoc opere redemptionis præcipua sunt cõsiderã da humilitatis forma, charitatis mẽsura, & redẽptiõis mysterium. Horũ duo priora, neq; fundamentũ habẽt, neq; statum, si tertium desit, vtpote redẽptionis bñficium. Scripturas, quibus ꝓbatur Christus vere redemisse nos, lõge lateq; in supioribꝰ recitauimꝰ. Vñ & ipse ait in psal. 58. Cõfortati sunt, qui persecuti sunt inimici mei iniuste, quę nõ rapui tunc exoluebã, rapinã volens intelligi peccatũ, quia cõtra licitum est vsurpatũ, rapinã Christꝰ nõ admisit, qa peccatum nõ fecit, & dolus nõ est inuentus in ore eiꝰ, sed ipse exoluit ꝓ rapinis nr̃is, sustinẽs in carne peccatorũ nostrorũ stipendia. i. supplicia peccatis nr̃is debita. Disciplina pacis nr̃æ, inquit Esa. super eũ, Esaię. 53, hoc est castigatio, ꝑ quam nos sumus in pace cũ deo, fuit super eũ suscipientẽ in sese stipẽ dium

diũ peccati nři. Vnde & hac ratione ipse ꝑ oēm locũ passim in psalmis, & ꝓphetis loquēs, peccata nr̃a, vt sua pro nobis deo patri confitet͂, queadmodũ in eodē psal. peccata nr̃a dixit esse sua, cõtinuo subijciens, Deus tu scis insipientiã meã, & delicta mea a te nõ sunt abscondita. Sua delicta dicit, nõ quę cõmisit, sed quę ꝓ nobis suscepit, q̃a delictorũ ipe nõ cõmissor, sed susceptor ē. Sua etiã delicta, dicit mẽbrorũ suorũ peccata. Hic iã si roges. Christus si ꝑ ea quę sustinuit in corpore suo, voluit redimere nos, & supplicia peccatis nr̃is debita soluere, cur igit͂ scripturę Apostolicę docẽt Christũ hæc oĩa fecisse ad erudiendũ nos. Respondeo. Scripturæ Apostolicę docẽt quidẽ Christum erudijsse nos, sed & per oẽm locũ passim docent, illum etiã nos suo sanguĩe redemisse, & recõciliasse deo. Et quia Christus in hac nr̃a redẽptione voluit ostẽdere nõ solũ suã potentiã, sed & sapientiã suã, & bonitatẽ. Idcirco præparans humano generi modũ liberandi, infirmitati nr̃ę cõgruentissimũ, etiã opa redẽptionis talia exhibuit, quę forẽt ad mortalis vitę nr̃æ instructionẽ, super q̃ si placeat, vide August. in Enchiridio cap. 53. Sapiẽter ergo factum est, vt is qui erat hoĩes redemptur⁹, cũ hominibus cõuersaret͂, vt in ipsa conuersatione semetipsum exẽplum preberet, qualiter viuere debeant. Quõ autẽ seipsum daret infirmis hominibus exemplũ, vt per ipsum iã a peccatis liberati, in hac vita ꝓpter iniurias, cõtumelias, et mortẽ, a iusticia nõ recederẽt, si ipsum hæc oĩa sentire nõ cognoscerẽt. Ioan. Baptista, q̃ nõ surrexit maior inter natos mulierũ, venit, inquit Zacharias, in mundũ ad dandã sciẽtiã salutis plebi ei⁹, qui & fortiter sustinẽs mortẽ, ꝓ veritate et iusticia exẽplum sanctimoniæ reliquit posteris, sed nõ redemit, nõ pretiũ soluit. Ille moriẽdo dedit, qđ aliq̃n necessitate perditur⁹ erat. Christus aũt sponte obtulit patri, quod nulla vnq̃ debiti necessitate fuerat amissurus. Quamobrẽ Christ⁹ mõ lõge alio, atq̃ excellentiori dedit hoĩbus viuẽdi exẽpla, humiliauit eni semetipsum, vsq̃ ad mortẽ crucis, tã ad redimẽdũ nos, q̃ ad erudiendũ contra superbiã corda nostra. Nihil prodesset redemptio Christi, si maneret superbia in corde nostro. Quid tam opus habet misericordia, q̃ miser? quid tã indignũ misericordia, q̃ superbus miser? Quatenus ergo vtrũq̃ tolleretur, tã superbia videlicet, q̃ miseria, Christ⁹ hu
milia

miliauit semetipsum descendens ad miseriã nr̃am. Amplius aũt cum dicit Christũ esse traditũ propter delicta nostra, & resurrexisse propter iustificationẽ nostrã, nõ hoc dicit, tanq̃ resurrectio Christi fuerit meritoria iustificationis nr̃æ, pinde atq; mors eius patienter tolerata, fuit meritoria remissionis culpę. Christus enim moriendo abstulit peccata nostra per viam satisfactionis & meriti, sed resurgẽdo nobis nihil meruit, cũ iam extra statum merendi translatus fuerit. Vñ diuersimode intelligit̃ accepta prępositio, propter. Nã Christus tradit⁹ est ꝑpter delicta nr̃a, supple tollẽda, & ipẽ surrexit ꝑpter iustificationẽ nr̃am, supple ꝓmouendã, volẽs resurrectionẽ suam esse nõ causam meritoriã, sed prouocatiuã & excitatiuã, ad promouendũ iustificationem nostrã. Vñ medicus parauit medicinam, & ꝑpter morbũ, & propter sanitatẽ, sed diuersimode. propter morbũ quidẽ tollendũ, & ꝓpter sanitatem promouendã. Nõ ergo Apostolus hoc dicit, tanq̃ delictorũ nostrorũ ablatio, & nostra iustificatio, valeãt a seinuicẽ separari, sed q; diuersis operibus a Christo mystice gestis, voluit ordinari ad instructionẽ tũ fidei, tũ mortalis vitę nostrę. Mors Christi est vtriusq;, tam videlicet remissionis peccatorum, q̃ iustificationis meritoria causa, sed non est sic vtriusq; figura. Mors Christi erudiuit nos, vt moriamur peccato, & crucifigamus carnẽ nr̃am cũ vitijs, & concupiscentijs suis. Resurrectio erudiuit nos, vt resipiscẽtes ob operibus mortuis, in nouitate vitæ ambulemus, & amplius non seruiamus peccato. Ad secundũ argumentum patet responsio ex supra dictis. Nã p Christũ diabolus in hominibus iam in Christo regeneratis, est quidem victus, vt nõ dominetur ad interitum sempiternę mortis, sed nondum est ligatus, & exterminatus extra fines ecclesiæ militantis, & idcirco ipse etiam iam victus in nobis accipientibus fidei spiritum, insidiatur nobis, & nos impugnare non cessat, quia nondum est hic plena, secura, & perfecta victoria. Hostem animæ nostrę internum supprimere nõ possumus, delere prorsus atq; extinguere nõ possum⁹, quemadmodum significauit spiritus in scriptura dicens, Iebusæum habitatorem Hierusalẽ nõ potuerũt filij iuda delere, habitauitq; Iebusæus cum filijs Iuda in Hierusalem, vsq; in præsentem diem, Iudicũ primo. Proinde & op⁹ est quo-

tidiana

tidiana pugna, quoad viuamus in hoc regno dei adhuc militāte sub hostium insidijs. Regnū terrarū iā quidē p Christū factū est regnū cœleste, sed cōtinuo factū est pretium magnū in cœlo. Mihael & angeli eius prœliabant̄ cū dracone, Apocal. 12. Cœlū, inquit August. est iustorū ecclesia, in qua ab initio fidei, vsq; in finē seculi fit prælium magnū. Illud de quo Apost, Nō est nobis colluctatio aduersum carnē, & sanguinem. Hoc bellū nostrum est, & angelorum, sed aliter & aliter. Nostrū tanq̄, qui vim patimur, & contradictores sentimus. Michaelis aūt, & aliorū angelorū bonorū tāq̄, q in ministeriū salutis nrę mittuntur, quemadmodū & vaticinatus est Daniel propheta. In tēpore illo cōsurget Mihael princeps magnus, qui stat ꝓ filijs populi tui. Deinde & hoc bellum vsq; in finē sęculi est ipsius Christi, cuius virtute liberati a regno diaboli, resistimus tentationibus, cuius luce in hoc sæculo ducitur tota Christianorū ecclesia quēadmodum & ipsa in Apocalypsi ad Christū loquit̄. Fecisti nos deo nostro regnū, & sacerdotes, & regnabimꝰ supra terrā, supra terrā inq̄, de qua dicit̄, Beati mites, q̄m ipsi terrā possidebunt. Omnes a Christo redempti regnare merito dicunt̄, et reges appellant̄, quia tyrannidē vitiorū in se regnare non sinunt, luxuriæ, irę & inanis glr̄æ appetitū frenant, supprimūt. Hac etenim ratione, ne regnū illud Christi carnaliter intelligeremus, adiecit, et sacerdotes. Dicuntur enim sacerdotes, qui seipsos quotidie in ara crucis offerūt, exhibentes corpora sua hostiā viuentem, sanctam, deo placentem. Cæterum ad id, qđ roboratione eiusdē secundi argumenti primo adducitur, homines multos fuisse liberatos & iustificatos, priusquam esset passio Christi.

Respondeo. In illis operabatur virtus passionis, quę futura erat, quemadmodum vsque nunc operatur virtus passionis, quæ præterijt. Quemadmodum debitor quispiā seu offensor regię maiestatis, non habens vnde satisfaciat, vinctus in carcere interdum reconciliatur, ac restituitur in amicitiā regis pretio redemptionis nondum exoluto, sed exoluendo per gratiam fideiussoris suscipientis debitum super humeros, & promittentis suo tempore pretium exoluere. Ita homo, etiam ante Christum incarnatum, in ira dei, reconciliabatur deo patri per gratiam

fideiuſ-

tes quia incircumcisæ, & idcirco ad præcepta legis Moysi non sunt obligatę. Apost. igitur cũ dicit Christum factũ esse sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, significat Christum factum esse sub lege, quam non timore coactus, sed sua voluntate spontaneus adimpleret, & impletam cessare faceret, vt sic Iudæos sub lege coactos, tam a legis præuaricatione absolueret quam etiã ab obligatiõe legis liberaret, vt sacramentis significãtib⁹ iã impletis nõ amplius, qui sub lege erant, ligarentur illorum sacramentorum vinculis. Secundum Apostolum Paulum Christus & iusticia nostra ab ipso Christo nõ sunt legi cõtraria, sed sunt ab ipsa lege prę nunciata, testificata, significata, & promissa. Nunc autem sine lege, inquit, iustitia dei manifestata est, testificata a lege, & prophetis, ad Romanos. 4. Vnde iustitia dei bifariã potest intelligi. Vno modo quę in deo ẽ fidelitas seu veracitas promissionis suæ, qua scilicet redditur, quod promissum est. Alio modo iustitia dei, id est, iustitia quæ nobis a deo est, qua simus iusti, nunc est manifestata sine lege, dante aut operante iusticiam, sed non sine lege testificante illam. Si crederetis Moysi, inquit saluator, crederetis forsitã & mihi, de me enim ille scripsit, quẽadmodum ait Paulus, huic omnes prophetę testimonium perhibẽt remissionem peccatorum accipi per nomen eius. Proinde Christus per gratiã suam venit non vt destrueret legem, sed vt statueret & adimpleret ea, quæ lex promisit, quemadmodum & ipse apud Matthæum ait, Non veni soluere legem, sed adimplere, & quo nam modo venerit adimplere eam, continuo consequẽter aperuit. Amen dico vobis, donec transeat cœlum, & terra iota vnũ, aut apex vnus, non pręteribit a lege, donec oĩa fiant. Vnde & ob id aduentus saluatoris, dicitur plenitudo temporum, quia hęc tempora fuerunt adimpleta, quę præcedentibus temporibus fuerant prænunciata. Apl's aũt cum dicit Christum nos liberasse de maledicto legis, maledictum legis intellexit & peccatũ, et mortem, quę est stipendiũ peccati, seu transgressionis legis. Ad tertiũ argumẽtum dicimus argumentum non cõcludere id quod infertur, nam quod quorundã hominum peccata merito voluntariæ passionis Christi, & exolutione sanguinis eius non deleantur, non prouenit ex insufficientia, nec meriti quod erat in

& subijci diabolo, & non subijci est euacuare gratiam Christi. Sed dices forsitan. Si diabolus iam post Christum descendentem in carnem, adhuc habet accessum, & potestatem impugnandi homines iustos, liberatos a sua potestate, qua ratione dicit Apostolus Ioannes, Apocalypsis .20. per angelum dei descendentem de cœlo, id est per Christum incarnatum, esse diabolum alligatum mille annos, id est, vsq; ad persecutionem futuram per Antichristum, & eum tunc rursus soluendum ante aduentum Christi, & post Christum, vsque ad nouissima tempora, & sub ipsius deniq; Antichristi. tempore, si diabolus non cessat tentare, seducere, decipere, quos potest incessabili sua rabie, semper circuens, quærens quem deuoret, quomodo per Christum venientem in carnem est alligatus. Respondeo. Princeps huius mundi a iustis hominibus eiectus est foras, id est, extra corda eorũ, vt non amplius sic regnet in eis, vt ipsi obediãt desyderijs, aut suggestiõibus eius. Quis aũt ipse nõ sic amplius in hoie liberato dñetur, habet tñ adhuc potestatẽ impugnãdi. Pro intellectu aũt scripturæ docentis diabolũ ligatũ esse per Christum, Sciendum est ex scripturis sacris esse manifestissimum, ante primi hoīs peccatum, etiam diabolum habuisse quandam potestatem inuadendi, & quodam modo tentandi hominem. Ante peccatum homo foris tentabatur, sed nondum erat sub captiuitatem diaboli, quia nihil inuitus patiebatur, nondum erat diabolo, perinde atq; iã est potestas accedendi ad interiora hominis, & concitare humores & sanguinem eius, excitare motum legi mentis contrarium in carne illius, vt autem consensum præbuit diabolo, deserens deum suum conditorem, sibimet ipsi factus est grauis, & deo contrarius, & derelinquit sibi ablata virtute cõtinendi omnia, qua continere poterat libere, tã sub se inferiora oĩa, q̃ sub deo semetipsum. Miser aũt homo sic sibi derelictus, factus est vagus, instabilis, imperitus, infirmus ad operandum. In miserũ ergo hominẽ sic sibi derelictũ, mox diabolus potestatẽ accepit, deuincens sibi totũ Adam cũ oĩbus, q ĩ illo erant. Et ita post peccatũ donata est diabolo potestas super hoiem secundũm aliquẽ tentãdi modũ, quẽ non habuit añ peccatũ, potẽs nũc nõ solũ forisec⁹ pponere, & suggerere, sed et interioria hois accedere, suggerere, excitare &

ſare mentem per malum habitans in carne eius, quibus fit, vt homo etiam iã iuſtificatus,& per gratiã Chriſti a regno diaboli liberatus, q̃ diu vixerit in hoc mortali corpore ſentiat, & patiatur tentationes inuitus, vt non quæcunq; velit faciat. Vnde ex ſuperiorib⁹ patet diabolum per lapſum humani generis triplicem acquiſiuiſſe poteſtatem ſuper hoẽm. Vnã regnandi ſuper vniuerſum hominẽ, trahendiq; illum ex morte huius vitæ in mortẽ ſempiternam. Hanc poteſtatem abſtulit Chriſtus a ſuis electis, ita in hac vita liberans illos, vt q̃uis ſentiant inuiti impugnatiões, ſeu tentationes diaboli, tamen non prorſus cõſentiunt, agnoſcẽtes iam delitias carnis huius mundi eſſe rationali animæ virus mortiferum. Alteram acquiſiuit poteſtatem detinendo vniuerſum genus humanũ, etiam ſemen iuſtorũ per gratiam Chriſti liberatũ extra regnũ cœlorum, & trahendi ſecũ ad clauſtra inferorum, donec veniret Chriſt⁹, q aperiret oſtiũ cœli. Hãc etiã poteſtatem iã prorſus a ſuis electis abſtulit p̃ mortẽ ſuã, deſcendens ad inferos, clauſtra inferni penetrans, ſuos captiuos redimens. Vnde nõ poteſt hominem vllũ iuſtum in hac vita plene purgatũ iam moriẽtem trahere ſecũ in tartarũ. Vltra huiuſcemodi geminas poteſtates acqſiuit poſt Adæ peccatum, tertiã poteſtatem, quæ eſt quodam ſpeciali modo, impugnandi atq; tentandi hominem q̃ diu viuit in hoc mundo, ſecundum quam poteſt ad interiora hominis accedere, & per carnem pulſare, vt auertatur mens a deo cõditore ſuo. Hæc anteq̃ virtus Chriſti venientis in hũc mũdum innotuiſſet gentibus, erat latior, maior, fortior, & ſup̃ humanum genus magis generalis. Et ſecundũ hanc ſententiã interpretandum eſt, quod Ioannes Apoſt. ait. Vidi angelum deſcendentem de cœlo. i. Chriſtũ habentem clauem abyſſi, & catenam magnam . i. virtutem inſeparabilem, in manu ſua, & tenuit draconem illum, ſerpentẽ antiquũ, qui cognominatus eſt diabolus, aut ſatanas, & alligauit eum mille annis, & miſit illum in abyſſum in gregem porcorũ, ſeſe in mare præcipitantium, id eſt, in corda reproborum, et clauſit, & ſignauit ſuper eum, vt non ſeduceret iam gentes, per miſericordiam Chriſti ex vniuerſo mundo electos, donec finiantur mille anni. Poſt hæc oportet eum ſolui breui tempore. Alligatio hæc diaboli in mille annos, eſt impedimentũ

mentum fortitudinis seu roboris in potestate eius, quia videlicet non permittitur exercere totam tentationem, quam potest, vel vi, vel dolo ad seducendas gentes .i. ecclesiam iam credentium in mille annis .i. toto tempore ad nouissimum Christi vsq; aduentum. Quod si permitteretur diabolus in tam lon go tpe, & in tanta hoīum credentium infirmitate, plures fideles deijceret, & ne crederent, impediret, quod ne faceret alligat⁹ ē, hoc ē, priori potestate priuat⁹, & missus in abyssum, vsq; ad mille annos, id est, ad tempus futuri aduẽtus Christi, tunc autem soluetur. Nã iuxta Danielis vaticinium, tribus annis, & mensibus sex, totis suis, suorumq; viribus sęuiturus est per Antichristum, & alios ecclesiæ persecutores. Verum tunc tales erunt fideles, cū quibus ei belgerandum erit, vt etiam vinci tanto eius impetu, & insidijs non poterunt, sed tam parentes pro baptizandis paruulis, q̄ hi qui tunc primum sunt credituri, erunt ad credendū, qđ non credebant firmiores, & ad vincendum etiam diabolū, tunc non sic ligatum, fortiores. Ex his igitur patet responsio ad ea, quæ in corroboratione argumenti tertij videntur adduci. Nam diabolus in hac vita super homines ex Adam propagatos, habet potestatem non solum tentandi, ac suggerendi, sed & detinendi, atq; eos absq; gratia Christi ex hac commigrantes, trahēdi in barathrum gehēnę ignis, nisi fuerit reatus per gratiā Christi regeneratione solutus. Deinde modus tentandi quem habet diabolus, post peccatum longe alius est ab eo tentandi modo, quē habebat super Adam ante peccatum, cum iam sentiat homo suggestiones diabolicas etiam inuitus, tunc autem nihil Adam inuitus patiebatur. Tertio, quia homo factus est rebellis deo transgrediendo legem illius. Ideoque & si diabolus non esset, maneret nihilominus lege mentis contraria, & rebellis caro hominis, & quasi contrarios in se motus sentiens homo, vim quandam pateretur, & tunc etiam, quemadmodū nunc libere, sed cum difficultate faceret, quod suæ mentis ratio, & dei lex doceret, siquidem corpus quod corrumpitur, inquit Sapiens, aggrauat animam, & deprimit internę mētis sensum. Postremo voluntas humana iam sibi derelicta, & ꝑpter peccata destituta virtute originalis gratiæ, qua poterat sub se cōtinere omnia, facta ē a deo fugitiua, vaga, instabilis

bilis, cupida, carnalibus rebus prona & inclinata.

Ad quartum argumentum dicimus falsum esse quod in argumento sumitur. quod Christus emerit nos a diabolo. Redemit quidem Christus nos a potestate, seu tyrannide diaboli, non tanquam domini, sed tanquam lictoris, seu ministri diuinæ iusticię vindicantis. Proinde Christus nō tam liberauit nos a potestate diaboli, q̄ a manu seu potestate iræ dei, transferens nos, vt simus sub manu gratiæ, & misericordiæ suæ, qui alioqui essemus vasa iræ, sub manu iusticiæ suæ. Nemo potest effugere voluntatem dei, aut iubentis, aut pręmiantis, aut punientis. Cum ergo Christus appellat diabolum principem huius mundi, id est, hominū secundum hunc mundum viuentium. Cum insuper Apostolus docet diabolū habuisse mortis imperiū, impiosq; ab ipso detineri captiuos ad ipsius voluntatem, intelligendum est illum principatū, illudq; imperium habuisse, non tanq̄ sit iudex, aut dominus vitę et mortis, sed vt minister iusticię dei peccatum punientis, vt latro insidians, vt lictor torquens, non quidem ex amore iusticię, sed ex odio & inuidia. Verū quidem est, q̄ diabolus iustam in homines habuit potestatē .i. iuste desuper a deo datam, sed tamen nunq̄ meruit habere illam potestatem, q̄q̄ homo meruerit pati ipsius diaboli tyrannidem. Eadem sepe repetimus, quia sunt de rebus & beneficijs Christi redemptoris nulla vnquam obliuione delendis e memoria nostra. Ad quintum argumentū.

Pro intellectu propositionis antecedentis, in qua dicitur, qui vel emit, vel redemit rem aliquam, soluit pretium ei, qui possidet. Dicimus hoc verum esse, q̄ videlicet emens soluit pretium ei qui possidet, tanq̄ dominus & proprietarius, sed non ei qui possidet solum, tanq̄ custos, & tanq̄ minister, & executor iusticiæ, quemadmodum diabolus possidet damnatas animas. Iudex autē & dominus damnati hominis, est deus pater, qui potestatem habet vitæ & mortis, qui & hominem damnatū iussit torqueri sub potestate diaboli. Illi ergo pretium soluendum erat, non diabolo. Ad ea quæ in confirmationem huius argumenti adducuntur, quibus infertur, deus magis dilexisse genus humanum, q̄ filium suum vnigenitum, quem pro genere humano liberando morti exposuit. Respondeo non valere

 conse-

consequentiam. Per mortem enim filius dei non prorsus pe rijt, aut in sempiternum esse desijt, sed ad resurrectionis glo riam triumphauit ad vitam immortalem, ad dignitatem, & excellentiam super omnem creaturam. Ad ea quæ in ro boratione huius quinti argumenti adducuntur, Respõdeo.

Quamuis non videatur esse sapientis mercatoris, rem maioris valoris prorsus perdere velle, atq; alienare a se pro rebus minoris valoris, vtique tamen sapientissimi merca toris est, pro releuanda aliorum inopia, ad tempus rem ma ioris valoris tradere passioni, quæ sit sufficiens exolutione pœnæ debitæ peccatis earum rerum, quæ sunt minoris va loris. Christus vitam suam, quam pro nobis exposuit in mortem, non prorsus amisit alienando a se in perpetuum. Eadem enim virtute resumpsit animam suam resurgendo, qua posuit animam suam temporaliter vsque ad mortem pa tiendo. Insuper deus pater tradens filium suum vni genitum in pretium, neq; alienauit eum a se, neque transtu lit illum in dominium alienum, sed sic dedit eum in tempo ralem mortem, vt sine dispendio moræ, cõmutauerit vitam eius mortalem in vitam sempiternam & immortalem. Deinde quod dicitur non esse sapiẽtis mercatoris emere rẽ carius quàm valeat, veritatem habet in mercatore, qui habet in digentiam pretij, intendens mercando seipsum ditare potius quam alienam inopiam & paupertatem releuare. Non est autem deus mercator talis, quippe qui diues est in miseri cordia, & bonorum nostrorum non indiget, qui etiam neq; emit neq; redimit nos ab alio, sed a seipso secundum ma num suæ misericordiæ eripiens hominem a manu suæ iusti tiæ, per condignam tamen exolutionem pœnæ, peccatis toti us humani generis debitæ. Ex eisdem fundamentis patet solutio sexti argumenti. Neq; enim deus, neq; Christus debuit diabolo quicq;, sed deo offenso factus est debitor reus homo, & id quidem in decem milibus talentorum, id est in tanto debito, vt non habet miser homo vnde solueret. Homi ne aũt non habente vnde satisfaceret, Christus misertus ho minis pro homine se debitorem fecit, suscipiens in se, id est in carne sua & in aĩa sua supplicia peccato hominis de bita. Vñ & ipse iuxta Esaiæ vaticiniũ, Iniquitates nostras portauit, & peccata multorũ tulit, Ioan. Baptis. testificat̃ de

Christo

Christo, quod ipse mundi peccata tollat. Ecce, inquit, agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi, quod tractans Chrysost. homilia. 11. Super Matthæum, Non dixit, qui remittit, q̃d profecto maioris est pietatis, sed qui tollit, inquit. Non enĩ tale est indulgere peccatũ simpliciter, quale ẽ suscipere illud.

Ad septimum argumentum dicimus. Diabolus & homo fuerunt alienati a deo, non quidem a domino & potestate dei, sed a lege, ab obedientia, & libertate, per quam poterant peruenire ad visionem dei. Vterq; tamen semper, et vbiq; subiectus est deo, aut inscius, aut inuitus, aut spontaneus. Inscius quidem, dum impius interdum in hac vita p̃mittitur viuere. Inuitus, dum pressus, sentit pœnam sub voluntate dei peccatum vindicantis. Spontaneus dum voluntarie sacrificat deo saluatori, ac redemptori suo, & ita homo non potest effugere manum dei, aut sæuientis, aut miserantis, aut vindicantis, aut præmiantis. Qui recedit a voluntate dei, sapienter legem dantis, incidit in voluntatem dei, iuste transgressionem punientis. Et ita homo semper manet sub potestate dei, secundum voluntatem eius omnia iuste & sapienter gubernantis. Et in argumento cum assumit. Nemo quicq; emit ac redimit, nisi quod suum non fuit, aut suum esse desijt. Respondeo per culpam homo desijt esse dei, non quidem creatura, nec alienus a potestate dei, & dominio eius, sed filius & hæres regni dei. Vnde iam factus filius iræ, & seruus vinctus sub iusticia dei derelinquitur puniendus sub potestate diaboli, qui tametsi nunq; meruerit habere potestatem super hominem, ipse tamen homo p̃ culpam suã meruit pati ipsius diaboli tyrannidem. Omnia sũt sub volũtate & potestate dei, homo, damnat⁹, diabolus, infernus, mors & vita. Ad secundam confirmationem, qua dicit, Secundum naturalis æqualitatis rationẽ, eius est peccati pœnam luere, seu puniri cuius est peccatum.

Respondeo. Aliud est quempiã inuitum puniri pro peccato, aliud autem quẽpiam voluntarie satisfacere pro peccato. In puniẽdo peccata oportet illum puniri qui peccauit, in satisfaciendo autẽ pro peccato potest vnus pro altero pœnam voluntarie ferre. Dum quispiam pro peccato punitur inuitus, pensatur eius qui punitur iniquitas. Dum aũt quis ad placandum aliquem, pœnam voluntarie assumit, pensa-

tur

tur eius, qui pœnam sustinet, beneuolentia seu charitas. Vnde eius est puniri, id est ille est puniēd⁹, dignus seu debitor pœnę qui peccauit. Potest nihilomin⁹ ille q nō peccauit, sua spōte satisfacere, & subire pœnā pro eo qui peccauit, queadmodum est soluere creditori, qui debitor est, potest nihilominus alius quispiam pro debitore se principalē, & fideiussorem facere, atq; ita pro alio soluere. Quamuis autem omnis pœna sit ex pręcedenti culpa, nō semper tamen ex culpa personæ patientis, cum plerumq; fiat ex culpa naturæ præuaricatricis propter culpam naturæ in Adam vitiatę, pœna infertur omni personæ humanæ ab Adam propagatæ. Vnde si non fuisset præuaricatrix humana natura, non fuisset vlla pœna. Verum Christus licet fuerit de Adam natus, nō tamen ab Adam, proinde & ipse naturam non habuit subiectam culpę, & idcirco pœna in ipso erat non ex culpa naturæ, quę in ipso erat, sed ex culpa naturę, que in nobis est.

Ad id ergo quod consequenter in argumento assumitur, turpe videlicet esse si miseria sit, vbi eam esse non congruit. Respondeo. Si miseria esset nō pręcedēte vllo peccato propter quod infligitur, deformis forsitan videretur ordo atq; administratio totius vniuersi. In Christo aūt fuit miseria et afflictio volūtarie assumpta pro peccatis nostris. Proinde miseria hæc conueniebat illi, cuius bonitati & misericordię congruit dolorem & laborem subire pro peccatis parentum & fratrum suorum. Proinde opprobria, contumelię, crux ipsa, claui, lancea, & id genus omnia dominicæ passionis tormenta seu tormentorum instrumenta, ornabant dominum nostrum saluatorem in cruce pendentem, quemadmodū canit ecclesia. Crux fidelis inter oēs arbor vna nobilis, nulla sylua talem profert fronde, flore, germine. Pulchrū, decorū, ac rōnabile, iustitięq; congruum est, vt qsq; satisfaciat pro debitis parentum, fratrum, sororum, & filiorum suorum. Sicut ergo de Adam & Eua peccatum in omnes homines est propagatum, Ita rationi congruit, vt aliquis qui de illis nascitur pro peccato hominis satisfaciat. Illi ergo scilicet Adam & Eua, si nequeunt pro peccato suo satisfacere, iustum & æquum est, vt de illis sit, qui hoc faciat, cum rectum sit, vt satisfaciens sit aut is qui peccauit, aut aliquis de cognatione ipsius. Proinde si nouum hominem crearet

deus ex terra non ex genere Adam non esset homo ille de cognatione humani generis, quod natum est de Adam, & ideo non sic pertineret ad illum pro genere Adam satisfacere, quia non esset de illo. Si ergo rationi congruit, vt vel Adam vel genus eius satisfaciat pro se, etiam rationi congruit, vt de Adam nascatur homo, per quem reparetur genus Adæ. Aliter nec Adam, nec genus Adæ satisfaceret pro se. Natus est ergo Christus frater noster, & caro nostra, vt in carne sua, quæ & nostra est caro, de nobis accepta, satisfaciat, atque soluat debita suorum parentum & fratrū, qui tantū erant constricti debitis, vt non haberent vnde redderent.

Ad id quod consequenter in argumento assumitur, magis fuisse congruum diuinę sapientiæ, quod verbum dei assumpsisset personam Adæ, qui causa fuit peccati in vniuersos posteros, & quod in illo satisfecisset, magis enim congruit personam puniri, quæ habet naturā peccatricem, quā eam quę habet prorsus naturā innocentem. Respondeo antecedens verū esse de pœna vltionis diuinę, quomodo is qui punit, sustinet coactus. Nō autem de pœna placationis diuinæ seu recōciliationis, & satisfactionis, pſertim ꝓ toto humano genere. In hac enim pœnæ exolutione, talis debuit esse satisfactor, qui nō erat aliunde debitor. Ad tertiā cōfirmationē eiusdē argumēti qua dicit, Christ⁹ si exoluit sufficiēs suppliciū peccatis nostris debitum, sustinēs in carne sua, vt quid ergo oportet nos adhuc pro peccatis nostris ingemiscere? vt quid relapsis cum resipiscunt pœnitentia & satisfactio per opera pœnalia imponitur? Vt quid iustorum animæ post mortem torquentur purgatorio igne?

Respondeo. Displicētia veteris vitæ, motusque fidei in Iesū a nobis exigūtur, non tanquam opera, quib⁹ fiat satisfactio pro supplicijs peccato debitis, sed tanquam dispositiones necessariæ adhoc vt virtus meritorum Christi perueniat in animas nostras. Deinde quod satisfactio & confessio imponatur relapso pœnitenti, prouenit nō ex insufficientia pretij per Christū exoluti, sed ex eo quod vis pretij illius, neque sēper, neque ęqualiter prouenit, & applicatur in omnes. Peruenit autem vis pretij huius, & applicatur per fidem, & fidei sacramentum. Nō est autem in omnibus ęqualis mensura fidei per dilectionem operantis, neque item æqualiter in omnibus sacramentis operatꝰ spiritus Christi redimentis. Aliter operatꝰ in baptismo,

ptissimo, aliter in pœnitētiæ sacramento, q̄uis fides per dile ctionē operans æqualiter semper deleat oim mortaliū pecca torum culpas, Non tamen semper tollit æqualiter huiusce modi peccatorum reatus cicatrices, & reliquias. Quorundā mentibus non expectata profectuum mora, totum simul in funditur, quorundam mentibus particulatim accrescit, vt per ea, quæ sunt cœlitus accepta, comitante humana volun tate quęrantur ea quæ nondum sunt donata. Vnde pro am pliore horum intellectu, supponere oportet ex scripturis sa cris manifestum esse statum gratiæ acceptæ post remissam culpam simul stare cum reatu temporalis pœnę, p remissa culpa tolerandę, quemadmodum omnis mortalitas huius vitæ, est supplicium originalis culpę, etiam in hominibus, quorum peccata sunt iam deleta Christi sanguine. Insuper post hāc vitā Patriarchis & Prophetis iā iustificatis, pœna erat ex hac vita commigrantibus, detineri in libo extra cœle stem vitam. Amplius autem, q & pręter pœnas, humanæ naturæ pp̄ter originale peccatum debitas, maneat plerūq; reatus temporalis pœnæ debitæ peccatori, etiam pro actua li peccato iā remisso, demonstrat ex scripturis sacris Augu. sup psal. 50. de Dauid, cui de⁹ pœnitēti cōdonauerat adulte rij, & homicidij culpas. Attn̄ multa tēporalia mala pp̄ter il la peccata iā remissa, acciderūt in regno illius. Postremū, q post remissā culpā mortalē remaneat plęrūq; secūdū diuinā iustitiā reat⁹ tpalis pœnæ, quā debeat hō assumere, vel in hac vita volūtarie, vel luere & exoluere post hāc vitā in pur gatorio igne, Christianorū schola hacten⁹ intellexit ex scri pturis, & doctrina Apl'ca, quib⁹ pbari potest q de⁹ peccata eorū, qb⁹ ignoscit, īpunita nō relinqt, iuxta doctrinā Paul. Si nos ipsos iudicarem⁹, nō vtiq; iudicaremur. Cū aūt iudi camur a dn̄o, corripimur, vt nō cū hoc mūdo damnemur. Ex hac Apostolica sententia manifestū ē hoiem, q peccauit, si nō velit iudicari, aut corripi a dn̄o deo, oporter iudicare, atq; pu nire seipsum. Vn̄ August. in li. de pœnitētię medicina, tra ctās verbū illud p peccatis, quę legis dialog⁹ cōtinet, & de qb⁹ Apost. ait, Qui talia agūt, regnū dei nō possidēt. In pœ nitētia maiore, i se qsq; debet exercere seueritatē, vt a semet ipo iudicat⁹, nō iudicet a dn̄o. Sup q̄ vide Aug. sup psal. 10. Nō miserearis oim, qui opant iniquitatē. Itē Ber. homilia

 quinquagesima

.55. super Cantica. Mala mea melioribus curabo corrigere actibus, diluere lachrymis, punire ieiunijs, cæterisq; sanctæ disciplinæ laboribus. Christus cum venerit, si inuenerit nos iudicatos a nobismetipsis, iam nihil inuenit, inquit, in nobis, quod habeat iudicare seu punire, quia non iudicabit bis in idipsum. Ex scriputris ergo sacris est manifestissimum, quod misericors deus, iusto suo iudicio multis sæpe modis pro peccato remisso flagellat & punit hominem post remissam ei culpam, & post deletam culpę maculam per Christi gratiam. Vnde non absurda est magistrorum distinctio, de gemina pœna peccato debita. Vna est exterminans peccatorem inimicum, & irreconciliatum. Altera corrigens filium, & amicum, & talis pœna potest manere debita peccato iam prorsus remisso, tam secundum culpā, quam secundū maculam. Vnde deus flagellat omnem filium quē recipit.

Ad id quod quarto pro roboratione eiusdē septimi argumēti assumitur de sanctis, quorum merita in thesauro ecclesiæ colligantur, tanquam alijs profutura, quę fuerūt illis in exolutionem superflua, cū iuxta Pauli doctrinam, sancti in carne sua adimplent ea, quæ desunt passionum Christi pro corpore, quod est ecclesia. Respondeo. Sanctorum merita & passiones, secundum valorem satisfactorium, vtique prosunt alijs ecclesię membris, sed nō propterea oportet cōcedere, quod Christi mors per se nō sufficiat, quippe quæ sufficiēs est pro peccatis totius mundi. Oportet autem quod mēbra sint suo capiti similia, quemadmodū caput pro suis membris est passum, sic rursus vnumquodque membrum in virtute eiusdē capitis pro altero mēbro patiatur. Et quemadmodū ex eo quod Christus sufficienter orauit pro nobis, sufficienter meruit nobis remissionē peccatorū, nō est cōsequens orationēs & suffragia iustorū in hac vita nō prodesse aut viuis, aut defunctis. Ita ex eo quod Christus sua passione sufficienter satisfecit pro nobis, nō est consequens, passiones martyrum nō esse satisfactorias pro pœnis peccato nostro debitis. Et quemadmodū Christi obsecrationes, & supplicationes pro nobis sufficienter fuerunt exauditæ, sufficientes fuerunt ad impetrandum nobis gratiam ac remissionem peccatorum, nihilominus tamen sancti in hac vita vtiliter orant pro nobis, impetrantes plerūque gratiam & remissionem peccatorum, etiam his, qui aliòqui

gratiam

gratiam non erant consecuturi, Ita & Christi satisfactiões pro peccatis nostris fuerunt sufficientes, nihilominus tamē in hac vita, iusti vtiliter tolerant multa pro peccatorum nostrorum debitis exoluendis, vt quodammodo vna sit potestas capitis, & membrorum a capite accipientium vim, & efficaciam hęc faciendi. Habes pro roboratione horum doctorum doctrinam, Origenis homiliam. 24. super librum Numerorum docentis, quod quemadmodum Christus, qui fuit agnus ad occisionem ductus, & in sacrificium oblatus, remissionem peccatorum prestitit vniuerso mundo, Ita & cæterorum sanctorum ac iustorum sanguis effusus fortassis est ad expiandum pro parte aliqua populum. Sed & in his omnibus vnus est agnus, qui totius mundi potuit auferre peccatum, & ideo cessauerunt cæteræ hostiæ, quia talis fuit hæc hostia, vt sola sufficeret pro totius mundi salute. Cæteri enim precibus, hic solus potestate dimisit peccata. Si nō fuisset peccatum, non fuisset necessarium filium dei agnum fieri, nec opus fuisset eum in carne positum crucifigi, sed mansisset hoc, quod in principio erat verbum. Sed quoniam in hunc mundum introiuit peccatum, cuius necessitas propitiationem requirit, quæ non fit nisi per hostiam, necessarium fuit prouideri hostiam ꝓ peccato. Hactenus ille. Ex cuius determinatione sufficiat hoc nunc intelligere, hęc videlicet simul stare, sanctos suo sanguine, suisq; precibus peccata exoluere, & nihilominus Christum esse redemptorem, & satisfactorem sufficientem pro peccatis totius mūdi. Verū quidem est, neq; eū qui plantat, neq; eū q rigat esse aliquid, quantum ad interioris gratię infusionem, aut ad dandum interni fructus incrementū, vtiq; tamen vterq; aliqd est, quantum ad ministeriū sacramenti, in q̄ operatur virtus Christi, vterq; etiā est aliquid, quantū ad orationē & supplicationem, qua impetrat̄ aliis gratia, & remissio peccatorū, qua & exolutio fit pro debitis peccatorū aliorū. Et ita verbū Apostoli dicentis, Neq; qui plantat est aliquid, neq; q rigat, sed deus, qui incrementū dat, Accipiendū est dictum cōtra sentētiam schismaticorū, qui distinguebāt diuersitatem donorum Christi secundum diuersitatem ministrorum dispensantiū, de quibus alibi latius Ad doctrinā Pauli ad Collo. 1. Respondeo, ꝙ oportet illam intelligere non tanq̄

conge

congeries passionum Christi non fuerit sufficiens ad exolutionem pœnarum debitarum peccatis totius ecclesiæ, sed quia multa pars passionũ Christi adhuc deest corpori, qđ est ecclesia, priusq̃ persecutionum Christi sit finis, quia vsq; in finem seculi patitur Christus in suis membris. Vnde & ipse in cœlis immortalis dicebat. Saule Saule, quid me persequeris? Nec erit harum persecutionũ congeries consummata, donec tradiderit regnũ deo patri, euacuata oĩ potestate & virtute. Ad octauum argumentũ dicimus, quod Christus simul fuit mercator, seu emptor, & bellator. Mercator aũt, qui emit nos, non a diabolo, sed a deo patre, dũ suo sanguine acquisiuit nos non a diabolo, sed a dei patris ira, ex potestate diaboli cupientis sua insatiabili rabie hominem torquere, et detinere. Bellator vero, non contra deũ patrem, sed cõtra diabolum, dũ confundens ipsum, destruxit opera illius, scilicet mortem & peccatum, quæ diabolus desyderabat esse perpetua. Diabolus suis se armis sensit victum, dũ comperit sese hoc ipso eiectum, superatum, & condẽnatum, quo putabat se fore victorem, dum crucem, & mortem Christi, quã putabat exilium et ignominiam, experitur esse mortis destructionẽ, mundi vitam per gloriam. Diabolus, qui zelum, inq̃r, Am. passus est contra saluatorem, videns eum docere homines, quomodo sibi deum facerent propitium abrenuntiantes peccato, suasit occidi illum, nesciens aduersus se fore mortem Christi, qui descendens ad inferos, quia peccatum nesciebat, a morte teneri non potuit, sed in suis mẽbris destruxit. Ipse itaq; diabolus futurorum inscius, dum quod pro se facere putabat, contra se fecit, facti sui pœnitentia torquetur, & iusta ratione victus dicitur. Vnde Iudæi satellites diaboli crucifigentes Christum inter latrones intendebãt hoc pacto crucem Christi confundere, & cum crucibus impiorum prorsus extinguere memoriam eius, & eandem reddere gentibus exosam tanquam stultitiam, ignorantes in eadem cruce opera fieri ad delendum crimina nostra, sed confusi sunt dum contrarium eius, quod sperabant euenit, radiante iam cruce Christi venerabili, ac memorabili inter gentes, quibus per totum mundum Christus crucifixus est, dei virtus & sapientia. Ad argumentum nonum patet responsio ex eisdem fundamentis. Nam Christus dicitur sacrificium,

qui vo-

qui voluntarie se obtulit deo patri, dicitur bellator, atque triumphator, qui diabolum expugnando vicit. Modus placandi deum iratum per voluntarium sacrificium, stat cum modo quodam pugnandi, atque vincendi diabolum. Ad decimum argumentum patet responsio. Ex supra dictis enim patet, omnia hæc simul stare, liberationem a captiuitate, a seruitute regenerationem, resuscitationem, viuificationem, lotionem, purgationem, & sanationem. Nam vita, qua per gratiam Christi viuit anima, non est animæ substantialis, sed accidentalis, & adiectitia, quæ adesse potest, vel abesse permanente sustantia animæ. Ad vndecimum argumentum dicimus consequentiam esse inualidam, nam quamuis alius modus liberandi genus humanum deo fuerat possibilis, non tamen inde consequens est, quod iste fuerit, aut irrationabilis, aut superuacuus. Vnde modus iste liberandi congruebat diuinæ sapientiæ, propter quatuor præsertim causas. Prima, quia in hoc liberandi modo, fit sacrificium ad placandum iram eius qui offensus erat, acceptissimum. Secunda, quia modus iste fuit ad declarandam diuinam iustitiam simul & misericordiam congruissimus. Tertia, quia fuit ad curandum morbum humanæ miseriæ conuenientissimus. Quarta, quia fuit ad vincendum inimicum humani generis consultissimus. Primum in hoc liberandi modo sacrificium ad placandum dei iram impensum est, agnus innocentissimus ex charitate maxima sese offerens deo pro reconciliatione humani generis. Vnde & in scripturis sacris huius sacrificij odor dicitur, odor domino suauissimus, cuius fragrantiam sentiens deus pater, in Isaac figuratus, dixit. Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, quem benedixit dominus, Gene. 27. Tradidit semet ipsum pro nobis oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis, ad Ephes. 5. Quemadmodum in corporalibus rebus odor suauissimus est, sensui corporali gratissimus, Ita & ipse Christus inter omnes creaturas dignissimus, solus sine macula & ruga in craticula crucis crematus igne charitatis fuit deo patri gratissimus, designatus in holocaustis, in victimis, & in incenso suauissimi odoris, de quibus in Exodo, & Leuitico legitur. Secundo in modo isto liberandi declaratur deus simul esse misericors & iustus. Misericors quidem, quia per illum ipse secundam gratiam suam subuenit humanæ mise-

riæ.

riæ. Iustus autem, quia per istum non dimisit peccatũ inultum percutiens ꝓ peccato humani generis vnicũ suũ filiũ. Deinde in modo isto liberandi declarat̃ diuina iusticia, dũ per eum digna fit deo satisfactio, tã de offensa, ꝙ de damno. De offensa quidem, dum sacrificium oblatũ fuerit dignissimũ, magisq; a deo dilectum, q̃ peccatum hominis fuerat exosum. De damno aũt dato, dum numerus electorum propagãdorum ex Adam, ad implendum ruinas lapsorum angelorũ deo reparatur, & soluitur pro humano genere pretiũ condignum, valens plus, ꝙ totum humanũ genus ex Adam ꝓpagatũ. Sãguis Christi deitati vnitus, magis fuit bonus, ꝙ oĩm peccata fuerant mala. Patent autem oĩa hæc ex superiorib⁹. Fuit igitur modus iste liberandi ad declarandam dei iustitiam simul & misericordiã conuenientissimus. Tertio. Modus iste fuit ad curandum morbum humani generis cõgruissimus. Alius modus liberandi possibilis, inquit Aug. deo nõ defuit, sed sanandæ nostrę miseriæ cõuenientior modus non fuit, ꝙ iste in quo nobis contulit & remedium, ac humilitatis, patientiæ, & dilectionis prębuit exemplum. Ille modus ad assequendum finem aliquem, dicitur magis congruus, per quem efficacius, facilius, ac pluribus compendijs promouetur ad huiuscemodi finem accessus. Per istum modum homo non solum a captiuitate, & potestate diaboli liberatur, sed & humana infirmitas iam liberata multifariam eruditur. Primum, vt sciat ꝙ grandis sit malicia peccati, pro quo diluendo dei filius tanta dignatus est pati. Deinde, vt per hunc prouocetur homo ad impendendum seipsum Christo, qui semetipsum totum impendit homini. Tertio, per hunc homo (vt inquit Apostolus) eruditur abnegare impietatẽ, & secularia disideria, sobrie, pie, et iuste viuere, atq; expectare beatam spem. Per istum igitur modũ quia Christus non solum liberationis impẽdit beneficium, sed & monstrauit suę charitatis affectũ, & erudiuit humanę infirmitatis intellectum, consequens est istum liberandi modum fuisse sanandę nostræ miserię conuenientissimum. Fuit postremum ad vincendum prudenter diabolum consultissimus, vt hostilis diaboli calliditas ex prudentia Christi sic delusa, magis per iustitiam ꝙ per potentiam sentiret se esse deuictam. Quemadmodum fraude doloq; malo diabolus ho

ctus hominem sub sua acquisiuit potestate, Ita rursus ipse Christus bono dolo offerens sese, tanq̃ filiũ mortis in mortem, meruit recuperare hominem, quẽ diabolus possidebat. Diabolus si cognouisset per Christi mortem genus humanum esse de sua potestate eripiendum, nunq̃ sollicitasset Iudęos ad damnandum illum ad mortem. Vnde dubitans ne forte Christus ipse esset dei filius, trina illum tentatione inuadit, Prima in diserto, deinde supra pinnaculum, tertio super montem. Si filius dei, inquit, es, dic vt lapides isti panes fiant, & item, Mitte te deorsum. Neutrum fecit Christus, vt signatus liber sacramentorum huius redemptionis, maneret clausus inimicis eius, & falleretur diabolus astutus, qui propter formam humanam de matre viro desponsata conceptam, vagientem, plorantem, dormientem, circumcisioni subiacentem, in Aegyptum fugientem, esurientem, & sitientenm, & de pinnaculo templi non diuina, sed humana voluntate descendentem, eousq; seductus est atq; delusus, vt haberet iam pro constanti ipsum Christũ esse purum hominem, vt diceret non ãplius, Si filius dei es, sed hęc omnia dabo tibi, si procidens adoraueris me. Amplius autem deus (vt inquiunt Augustinus & Bernardus) q̃q̃ secundum suam benignitatem, sapientiam & iustitiam potuisset opus istud redẽptionis aliter sicuti placuisset perficere, placuit tamen ei potius hominem sibi reconciliare eo modo, & ordine, quo nouerat illum cecidisse, vt quemadmodum Adam in mortem cecidit per Euam fœminam, Ita rursus spem vitę accipiat per fœminam Mariam. Dicebas quõdam, O Adam, Mulier quam dedisti mihi, dedit mihi de ligno & comedi. Verba malitiæ sunt hæc ad excusationem in peccatum, quibus magis augeas quam deleas culpam. Verum tamen sapientia intrauit in fœminam, & vicit malitiam. Redditur tibi nempe, inquit Bernardus, fœmina pro fœmina, humilis pro superba, quę pro ligno mortis, gustum porrigit vitæ. Muta ergo iniquę excusationis verbum in vocem gratiarum actionis, & dic. Domine, mulier quam dedisti mihi gratia plenam, dedit mihi de ligno vitæ, fructum benedictum, & comedi, & dulce factũ est super mel ori meo, quia in ipso viuificasti me. Fructus arboris seduxit nos, Fructus Mariæ redemit nos. Maledictio Euæ in benedictionẽ

 cõmutat

cõmutatur Mariæ. Valde, inquit Ancelmus, conuenit, vt quemadmodum hoĩs peccatũ, quod causa est nr̃æ dãnatio-nis, initiũ sumpsit a fœmina, Ita medicina nostrę salutis cã nascaẽ de fœmina. Ac ne mulieres desperẽt se pertinere ad sortẽ beatorũ, qm̃ de fœmina tantũ malũ processit, congruit vt ad reformãdã spẽ earũ, de muliere rurs⁹ tantũ bonũ ꝓce-dat. Si virgo erat, quę causa fuit humano generi totius mali, multo magis decet vt virgo sit, quę causa fuerit totius boni. Quemadmodũ homo inobediens fructũ vetitũ ex ligno ar-boris nefarie tulit contra dei iussum, Ita rursum Christus obediens, seipsum totũ fructũ quendã in arbore crucis resti-tuit, offerẽs deo patri seipsum. Et queadmodum erat serpẽs in ligno, quando Adam & Eua peccauerũt, & facti sunt mi-seri, Ita serpens Christus, habens similitudinẽ carnis pecca-tricis, erat in ligno, quãdo Adã & Eua sunt liberati. Sicut Moyses exaltauit serpẽtem in deserto, vt quicunqꝫ respexe-rit in eum, non moriatur serpentis morsu, Ita oportet exal-tari filium hominis in ligno crucis, vt qui fide i eum respe-xerit, non pereat ex diabolico morsu peccati. Sicut ergo dia-bolus primum seduxit fœminam, & postmodum virum vicit in ligno per fœminã, Ita cõgruebat, vt & ipse pri⁹ sedu-caẽ a virgine fœmina matre dei facta, & postea a viro ip-so aperte debelletur in ligno, quatenus fraudi malitiæ ars pietatis illuderet, & deus ipse prudentior atqꝫ fortior appa-reret, Ita decuit incarnatã sapientiam, diabolicam vincere malitiam, vt sic diabolus, qui in ligno fallaciter vincebat ho-minem, in ligno quoqꝫ prudenter vincereẽ, per hominem Christum dominum, & vnde mors oriebatur, inde vita re-surgeret. Huius ordinis rationem canit ecclesia, Hoc opus nostrę salutis ordo depoposcerat, multiformis proditoris ars vt artem falleret, & medelam ferret inde hostis vnde læserat. Voluit autem deus a principe huius mundi aliquã-diu celari hoc consilij sacramentum, non quod ipse deus, si palam opus suum facere vellet, impediri posse ab illo metue-ret, sed quia ipse non solum potenter, sed etiam sapienter quæcunqꝫ voluit fecit, sicut & in omnibus operibus suis, quasdam rerum vel temporum congruentias propter ordi-nis pulchritudinem seruare consueuit. Deinde cum in argumento assumitur, quod diabolus nunqꝫ habuerit ius aut dominium in hominem, neqꝫ vnqꝫ meruerit vt homi-

nem

nem sibi subiectum premeret quem fraudulenter deceperat. Respondeo id verum esse, sed non inde conseqnens est hominem non esse liberatum a captiuitate, & seruitute diaboli, Nam & ipse homo iuste a diabolo tenebatur, quia meru it per culpam suam vt ab illo, cui contra legem dei consense rat premi permitteretur. Et cum vltra assumitur, diabolū neq; iuste sibi subiecisse hoiem, neq; iusta volūtate torquere illū, neq; posse illū manu mittere deo volēte per illū punire hominem peccatorem: Admittimus totum, sed non inde cō sequitur non fuisse congruum diuinæ sapientiæ Christum incarnari, & mortem pati ad liberandum hominen e potestate diaboli, Nam rationi misericordiæ congruit etiam iu sta lege pro liberatione eius, qui ab iniquo tyranno premitur soluere pretium non tyranno, a quo iniqua volūtate tor quetur, sed vero dño, q illum suo merito malo torquendum in potestate tyranni tradidit. Ex iusto dei iudicio ipe homo subiectus est diabolo, quemadmodū secundū Esaiā, ipse Na buchodonosor sua iniqua volūtate subiecit sibi Iudæorū populū, populus tñ ipse ex dei iusticia merebat subiectus esse illius tyrannidi . Ad id qd' in cōfirmationē eiusdē vndeci mi argumenti adducit. Respondeo similiter nō valere consequentiam. Nam dei potentia & sapientia claruit in mi rabili fabrica mundi, & in humani generis creatione, dū so lo verbo creauerit omnia, faciens hominem ad similitudinē suam, sed nōdum declarata erat ipsius iusticia, misericordia, & benignitas, quam toti iam manifestauit mundo in huma ni generis redemptione, quemadmodum ait Apostolus, Ap paruit benignitas & humanitas, & cęt. Deus si solo verbo redimeret hominem, nulla iniuria diabolo fieret, etiā si de9 per angelum genus humanum liberare vellet, non idcirco salus hominis angelo, sed deo tribuenda esset, vt salutis nostræ autori per ipsius angeli ministerium. In omnibus ergo sit eadem fidei pia resolutio, quod de9 in hoc tam magnifico redemptionis nostræ opere, non solum nobis suam voluit declarare potentiam, sed & suam sapientiam, iusticiam ac misericordiam. Deinde si roges, Cur hoc modo potius, q̄ modis aliis voluerit sapientiam suam, iusticiam, & misericordiam declarare, cum alius modus hæc eadem declarandi possibilis illi non defuerit. Respondet

Bernardus, Mihi, inquit, scire licet, q̃ ita fecerit, sed cur hoc modo, & non aliter fecerit, mihi curiose scrutari non licet. Quomodocumq; aliter fecisset, inquit Augustinus, semper stulta creatura diceret, cur isto modo & non aliter fecit, qui innumeros apud se modos tenet. O homo, tu quis es, qui cõtra respõdeas deo. In hoc ergo magnifico opere redemptionis nostræ ratio sic faciendi, fuit humanitas & benignitas dei sic facientis, ita vt non deesset etiam iusticia quędam in modo faciendi. Ad duodecimum argumentum dicitur rationi maxime conuenire, & decentissimum esse, eum qui violenter & per fraudem detinet & occupat, priuari spolio suo per superioris potentiam. Respondeo hoc verum esse, vbi spolium innocenter occupatum opprimitur, vbi non debetur vlla satisfactio ab eo, qui detinetur, cum nõ offenderit quemq̃. Nunc autem homo non iniuste, non sine suo merito opprimitur, seu torquetur a diabolo, cui tametsi neq; deus pater, neq; Christus quicq̃ debuerit, quamobrem neq; illi satisfacere, neq; pretium soluere, aut oportuit, aut decuit, miser tamen homo iuste, suoq; merito factus seu datus spolium diabolo, factus erat debitor deo patri quem offenderat. Proinde conuenientius erat diuinæ sapientiæ ita misericorditer hominem a potestate diaboli liberare, vt in ipsa liberatione seruaretur iusticia quędam, sapienter in puniendo peccatum, q̃tum satis est deo irato, secundum ordinẽ suę iusticię peccatũ nõ dimittentis inultũ, diuina tamẽ iusticia non ita absolute erat ad hunc satisfaciendi modum coartata, quia & ipsa manente salua, deus si secundũ suam benignitatẽ aliter, & absq; satisfactione hoiem liberare voluisset, decẽter vtiq; & iuste fecisset ex sua misericordia ꝑ nihilo. i. absq; pretio sanguinis oĩa peccata delens, & hominem in priorem statũ constituẽs. Nec inde consequens est aliquod inordinatũ fuisse mansurum in vniuerso, si peccatum dimittatur inultũ, siquidem peccatum fert secum suã pœnam ꝑ tpe suę durationis, faciens rationabilem mentẽ conditã ad dei imaginem atq; similitudinem esse a deo vero suo beatifico fine alienam. Iam si obieceris. Deus non potest contra suam iusticiam facere. Ipse enim iustus est, & seipsum non potest negare. Iustus dominus & iusticias dilexit, neq; solũ iustus est, sed ipsa iusticia, & fons, & plenitudo iusticiæ. Iusticia

autem

aũt non poteſt abſq; ſatiſfactione dimittere culpam. Nã reatᵘ pœnę inſeparabiliter annexus eſt culpæ, nec eſt intelligibile quenq; peccare, aut obnoxium fieri culpæ, qui non & ſimul fiat reus pœnę, conſequens ergo videtur genus humanum non potuiſſe alio modo, q̃ per ſatiſfactionis viã reparari. Reſpondeo ſecundam partem antecedentis eſſe falſam. Nam & ſi neceſſarium ſit eum, qui peccat fieri reũ ſeu dignum, qui puniatur, non tamen neceſſarium eſt, quod deᵘ illum puniri faciat pœna illa condigna. Nam in cuius poteſtate eſt remittere culpam, in illius poteſtate eſt remittere pœnam culpæ debitam. Deus ergo vbi ſine pretio ſanguinis, & abſq; vlla ſolutione pœnæ pro peccato hominis tolerandæ, ſiue a Chriſto, ſiue ab homine, ſiue ab vlla creatura alia, genus humanum liberaſſet, non propterea contra iuſticiam ſuam feciſſet. Nam ipſe deus cum ſit iudex & dominus omnium, non eſt intelligendus, quemadmodum alius quiſpiam iudex, qui ſeruus eſt, atq; ſubiectus iuſticię, ſed eſt ipa iuſticia, & fons, & plenitudo, conſummatio, & finis omnis iuſticiæ, & idcirco ipſe non eſt in vllam aliam iuſticiam ordinabilis, quamobrẽ neq; poteſt aut eſſe, aut fieri debita vlli iuſticiæ, ſed creaturę vniuerſæ debitores ſunt ipſi. Proinde & ipſe, ſi iniuriam in ſe commiſſam abſq; ſatiſfactione ſibi facta, remittat, nõ facit neq; cõtra vllam iuſticiã, neq; vlli alteri iniuriam. Vnde Dauid poſt iniuriam, poſt adulteriũ, & homicidium perpetratum in hominem, implorans dei miſericordiam, dicebat, Tibi ſoli peccaui, tanquam diceret, potes mihi ſalua tua iuſticia peccatum dimittere. Quemadmodum & homo, qui offenſam in ſe commiſſam abſq; ſatiſfactione, remittit, non iniuſte ſed miſericorditer agit. Ille autem iudex non poteſt, ſalua iuſticia, culpam ſine pœna dimittere, qui ſubiectus eſt iuſticiæ, quemadmodũ is, qui ſub poteſtate eſt conſtitutus, cuiᵘ officium eſt peccata, & in deum, & in alios commiſſa, iuſticiæ gladio corrigere. Quod igitur in confirmatiõe prima aſſumitur, Deus ita liber eſt, vt nullus iuſticiæ legi ſubiaceat, concedimus totum, ſed ex illo ſolum conſequẽs eſt, deum etiam potuiſſe abſq; vlla iniuſticia pręparare alium liberandi modum, ſed non eſt inde conſequens, iſtum liberandi modum non fuiſſe cõuenientẽ. Rurſus cũ in argumento dicitur, Clemẽtiam dei, ſimul

& mi

& misericordiam magis fuisse relucentes, si peccata absq; huiuscemodi satisfactione diluisset. Respondeo nõ oportere id consequens esse, nam quod de suo voluerit deus pretiũ soluere, tradens filiũ suũ ꝑ peccato tollendo in pretiũ, abundantioris est gratię & misericordiæ, q̃ absq; vlla satisfactione peccatum inultum remittere. Proinde & copiosa est nr̃a redemptio apud dñm, q vnigenito suo filio non pepercit pro nobis omnibus tradens illum. Deus, inquit Apostolus, qui diues est. i. abundans & copiosus in misericordia ꝑpter nimiam. i. valde multam charitatem, qua dilexit nos, cõuiuificauit nos in Christo Iesu. Ad id quod in probationẽ argumẽti assumit, maioris gratiæ & clemẽtiæ esse, si is q offensus est, condonet culpam gratis, non exacta satisfactione vlla. Respondeo id verum esse, qñ satisfactione illa detrahatur aliquid ab eo qui iniuram fecit, ceditq; aliquid in commodũ & vtilitatem illius, qui est iniuriã passus. In ꝓposito aũt satisfaciendi modo, deus de suo proprio dat id, quod fit pro nobis satisfactio, nihil commodi, vel vtilitatis accrescit illi ex huius pretij solutione, quæ tota proficit nobis, qua nec detrahitur nobis aliquid. Paruulus enim datus est nobis, nõ ex vlla voluntate filij Adæ, aut semine propagatus.

Ad confirmationem secundã eiusdem argumenti, quo dicitur, Deus pręcipit, vt peccãtibus in nos plene dimittamus, cõuenit aũt, vt quæ deus præcipit nobis facere, etiã ipse faciat, cõuenientius igit̃ erat deo peccatum remittere nõ exacta satisfactione, Respondet Ancelmus, negans secundã partẽ añcedentis. Deus enim præcipiẽs ne vindictã faciamus, pręcepit nobis, vt nõ præsumamus id quod solius dei ẽ, ad nullũ enim pertinet vindictam facere, nisi ad illũ qui dñs est oĩm, cuius solius legẽ atq; iustitiã peccãs cõtemnit aut negligit. Homo aũt cũ quicq; aut damni, aut temporalis incõmodi facit in proximum, non peccat, si non cõtra legẽ dei id faciat. Nam deo iubente liceret etiam filium interficere innocentem, quemadmodũ patet in facto Abrahæ, parantis se ex iussu dei ad inferendum mortem filio suo vnigenito. Deus ergo solus vltionum peccati est dominus. Potestas autẽ creata non domina, sed ministra est vltionum. Proinde humana potestas hoc recte facit, dũ id facit iubente deo, qui ipsam potestatem sublimiorem ad corrigendũ peccata subditorũ ordinauit.

dinauit. Ad tertiam eiusdem argumenti ꝓbationē dicim⁹ negando antecedens. Deus enim delectabatur in passione Christi, nō quaten⁹ fuit afflictiua, seu destructiua naturæ, sed quaten⁹ fuit volūtarie tolerata ꝓ iusticia & salute humani generis. Sicut deus delectatur nō in pœnis peccatorū dānatorum, sed in decore suæ iusticię merita eorū mala punientis. Christus qui immeritus occcidit, placet, inquit Ambrosius, deo, nō quia occidit, sed quia vsq; ad mortem iusticiā conseruauit. Et ita deus pater amauit, nō pœnā Christi, aut mortem, sed voluntatē piā, qua tā vtiliter voluit mortē pro genere humano sustinere. Queadmodū de⁹ exigit a nobis & mandatorū suorū obseruantiā, & nostrā erga se dilectionē, atq; obedientiā, nō propter suam, vel vtilitatem, vel indigentiam, tanq̄ sit dominus solū aut princeps mūdi huius, indigens aliorum hominum ministerijs, sed ꝓpter vtilitatem & indigentiam oīm nostrum, quibus summa felicitas illi adhærere, illiq; obedire, Ita & ipse exegit pro peccato Adæ satisfactionē, nō propter suā, sed propter Adæ indigentiam. Deus tradidit Christū in mortem, nō quia maluit mortē filij sui, q̄ vitam, sed quia maluit salutem totius mundi per temporalem mortē filij mox resuscitandi ad vitā sempiternā, q̄ vitā Christi absq; tēporali morte, & nō fieret salus totius mūdi. Melius erat ipsi Christo, tēporaliter mori, & p mortē illā tēporalē volūtarie susceptā acqrere sibi nomē, qđ est sup oē nomē p resurrectionis gloriā in corp⁹ gloriosum & immortale, q̄ sic in carne mortali semper viuere.

Ad decimūtertiū argumētū dicim⁹ primā partem antecedentis esse huic rei impertinentē, videlicet quod populus Iudeorū plus peccauit crucifigendo Christū q̄ Adā trāsgrediendo præceptum, & videbitur forsitā id falsū esse, Nam quamuis habita consideratione ad peccati speciem, grauius fortasse videatur homicidium Christi, ex intētione cōmissū, q̄ transgressio inobedientis Adę, neq; odientis, neq; blasphemantis deum, neq; intendentis aut se, aut filios occidere. Pensata tamē cōditione personæ peccātis, grauius peccatum videbit transgressio Adæ. Vñ Augu, Magna fuit, inquit, Adæ iniquitas in peccādo, cui tāta erat nō peccādi facilitas, Sicut Abrahæ magna, inquit, obediētia ꝑdicatur, qa vt occideret filium vnicū quē diligebat, res difficillima est

impetrata

imperata, Ita & in paradiso tanto maior inobedientia fuit, quanto id quod præceptum erat, nullius difficultatis fuit. Quisnam facile explicet, quantum malum sit non obedire in re facili, & sub tantę potestatis imperio, & sub tā terrenti supplicio. Viuebat homo in paradiso sicut volebat, quā diu hoc volebat, quod deus iusserat, viuebat sine vlla egestate, ita semper viuere habens in potestate. Cib⁹ aderat ne esuriret, potus ne sitiret, lignum vitę ne illum senecta dissolueret, nihil erat, quod vllas molestias vllis eius sensibus ingereret, nullus intrinsecus morbus, nullus ictus metuebatur extrinsecus, summa in carne sanitas; & in anima tota tranquillitas, nihil omnino triste, nihil inaniter lætum, gaudium verum perpetuabatur ex deo, in quem flagrabat charitas, ex corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, cōcors mē tis & corporis vigilia, nullus renisus contra legem mentis, nulla repugnantia, nulla rationalis volūtatis & libidinis rixa, non lassitudo fatigabat otiosum, non somnus prę mebat inuitum. In tanta facilitate rerum, & fœlicitate hominum facillima & sine labore erat mandati custodia. Popul⁹ autem Iudæorū omnibus his malis sub peccato erat venūdatus. Horū igitur habita cōsideratiōe non oportet ꝙ populus Iudæorū plus peccauerit inuidiæ stimulis agitatus occidendo Christum, ꝙ Adam, qui intus nō turbatus vlla passione transgressus est prę ceptū, interficiens simul etiam, licet præter suam opinionē, vniuersum gen⁹ humanum. Siquidem pro illius peccato morimur vniuersi. Hic iā si dixeris obstare Bernardū in homilia de passione domini, distinguē tem triplex peccatū, videlicet originale, personale, & singulare, vbi & docet graue esse peccatū originale, grauius personale, grauissimum singulare. Graue, inquit, est originale peccatum, quod non solum personam inficit, sed naturā, quod ea ratione maximum vocatur, quia occupat totum genus humanum, sed grauius tamē cuiꝗ est personale, quod propria volūtate committitur. Grauissimum est aūt singulare, quod commissum est in diuinam maiestatem, cū viri impij sacrilegas manus iniecerunt in dominū ipsū dei filiū crudelissimi homicidæ, imo, si fas est dicere, etiam deicidę. Quid duo prę cedētia ad tertiū? Ad hoc expalluit et expauit tota machina mūdialis. Respondeo. Bernard⁹ nō cōparat pec

rat peccatum ipsum personale, quo peccauit Adā ad propriū vniuscuiusq; personale peccatum, neq; ibi, neq; alibi docuit, q; Adam peccauerit minus cæteris hominibus nunc peccātibus, sed comparauit originale peccatū, quod sola origine, et non propria volūtate cōtrahitur, ad peccatum vniuscuiusq; personale, volens peccatum personale esse vnicuiq; grauius, q; originale, qđ & si sit maximū magnitudine extensionis, nō tamen est grauissimū pro vniuscuiusq; persona. Deinde Bernardus ibidē docens oē peccatum personale esse minus graue, si conferatur ad singulare illud peccatum homicidij Christi, pensat grauitates peccatorū, nō secundum conditiones personarum peccātium, sed secundū peccatorū obiecta. Insuper sub personali peccato non complectit̃ primū Adæ peccatum, quo perdita est originalis iustitia seu innocentia, quo & infecta est humana natura in posteros propagāda, loquens solū de psonali peccato transeunte dūtaxat in personā ei⁹ qui peccat. Sed hęc missa faciamus, quia nihil ad hanc rē cōfert scire, vtrum grauius sit peccatū, supposita illius veritate, populum videlicet Iudęorum plus peccasse crucifigēdo q; Adam transgrediendo, nō idcirco oportet consequens esse peccatū illud Iudęorum non potuisse expiari morte Christi. Nam in hoc maxime declaratur sapientia & benignitas saluatoris, quod mala Iudæorum voluntate vsus est ad ipsorum & aliorum hominum salutē. Adeo placuit deo patri voluntas, & amor Christi patientis, vt sufficeret ad expiandū peccatum Iudęi crucifigentis, quia lōge maius fuit meritum Christi patientis, q; fuerit peccatum populi Christum occidentis. Christus flagellis cæsus, spinis coronatus, confossus clauis, patibulo affixus, opprobrijs saturatus, omniū tamen malorum immemor in cruce clamat. Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciūt. Et exauditus est pro sua reuerentia. Quamuis igitur magna fuerit Iudęorum iniquitas, supra modum tamen fuit maior Christi patiētis pietas.

Hic iam si dixeris non esse cōgruum satisfaciēdi modū, quo peccatū additur peccato. Respondeo q̃uis Iudęi Christum occidendo addiderunt peccatum peccato, Christ⁹ tñ voluntarie moriendo non peccauit. Inordinatus esset satisfaciendi modus, si is cuius est satisfacere, adderet peccatum supra peccatum satisfaciendo. Potuit deus præparare homini

talem liberandi modum, in quo nec is qui satisfacit, nec aliquispiam peccasset, sed talem præparare non debuit.

Ad quod postremum in confirmationem argumenti adducitur, videlicet tam malum fuisse occidere Christum, q̃ bona fuit illius vita. Respondeo hoc non oportere. Nam Iudęi qui illum occiderunt, eum esse deum ignorauerunt. Si cognouissent, inquit Apostolus, nunq̃ dominum gloriæ crucifixissent, & idcirco non in infinitum illud peccatum, cui nulla alia possunt comparari, proruerunt. Ad hoc, inq̃t Bernardus, illi singulari peccato ignorantiam copulauit, abscondens ab illis suæ diuinitatis sacramentum, vt sub aliqua iustitiæ vmbra ignorantibus posset ignosci.

Ad decimum quartum argumentum dicimus, quod q̃uis alius modus liberandi fuerit deo possibilis, iste tamẽ mod⁹ fuit bon⁹ & dignitati diuinę sapiẽtię, iustitię, & misericordiæ declarandę congruus, & infirmitati generis humani sanandę magis vtilis. Iam si dixeris, Quæ iustitia est damnare innocẽtem, vt absoluatur reus ac nocens? Quæ ratio ęquitatis vt moriatur innocens vt viuat ĩpius? Certe non est (inquit Bernardus) iustitia, sed misericordia. Si iustitia esset, Christus non gratis, sed ex debito mortuus esset. Christus autem si ex debito moreretur, mors eius non valeret pro altero. Mortem nostram Christus abstulit, quia eam ipse quam non meruit, pro nobis pertulit. Quamuis iustitia non est vt innocens moriatur, non tamen contra iustitiam est, si volens pro iustitia mortem patiatur. Exegit ergo deus mortem Christi, tradens eundem ad mortem, non quod coegerit Christum inuitum, non quod dederit Iudæis præceptum occidendi, sed quia complacuit sibi in spontanea voluntate illius, tradentis seipsum pro iustitia vsque ad mortem, & offerentis semetipsum sacrificium in odorem suauitatis, atque in pretium pro peccatis nostris. Et ita tradidisse eum in mortem dicitur, quia sua ęterna volũtate præordinauit mortem ab illo voluntarie assumendam ad redemptionem generis humani, inspirans animę illius voluntatem patienter tolerandi illam pro tollendo peccato nostro, vt peccatum nostrum pariter cum ipso cruci affixum esset extinctum atq; mortuum, & inimicitia inter deum & hominem esset per ipsum interfecta.

His si

His si dixeris obuiare rões & scripturas. Ratiões quidẽ. Nam Christus totum pro se debuit deo patri, qui & ratione generationis & conditionis paternæ potest a filio exigere totum, quod filius ipse potest facere, qui neq; patri potest æquiualens reddere. Quemadmodum creatura debet deo totum, & quod est, & quod scit, & quod potest, & idcirco dans deo semetipsam totam, non soluit pro alijs quicquam, Ita & Christus, si nihil habuit a se, sed totum a deo patre, cui totum quod fuit, & quod potuit, tanquam patri debuit. Dans igitur vitam suam deo patri, quam & ab illo acceperat, non dedit aliquid, quod pro se non debebat, si deus id ratione conditionis exigere voluisset. Videtur ergo Christus ipse non ex condigno satisfecisse pro nobis, exponens vitam quam alias deo volenti exigere, debebat reddere. Secundo sunt scripturæ, quibus significatur Christus ex necessitate fuisse passus & mortuus. Sunt rursus scripturæ in quibus significare videtur, quod Christus plus cogente obedientia, quam spontanea voluntate mortem sustinuerit. Ipse enim dicit, Non veni facere voluntatem meam, sed patris. Et alibi dicit, Vt cognoscat mundus, quia diligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio, Surgite eamus hinc, scilicet ad passionis & mortis locum. Christus factus est obediens vsque ad mortem. Item oportuit Christum pati, & intrare in gloriam suam. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita oportet filium hominis exaltari, vt omnis qui credit in illũ non pereat, sed habeat vitam æternam. Vnde & in oratione sua videtur intimasse se mortem ex necessitate pati. Pater, inquit, si possibile est transeat a me calix iste, si non potest a me transire, fiat voluntas tua. In his omnibus videtur significari Christum esse mortuum ex necessitate diuinæ voluntatis, volentis eum tradere in mortem pro salute humani generis. Preterea dicit Euangelista, Hoc totum factum est, vt adimpleretur scriptura. Si necesse fuerit Christum pati, vt adimplerentur scripturæ. Adimpletio igitur scripturarum, fuit finis, propter quem passus ẽ Christus, ergo non videtur passus propter salutem humani generis. Ad hæc respondeo.

Pro intellectu propositionis antecedentis rationis primæ, Sciendum est, quod Christus vnigenitus dei filius ratione filiationis, aut generatiōis æternæ, qua est genitus a patre, neq; est subiectus patri, neq; debet illi quicq;, neq; obedientiam videlicet, neq; reuerentiam, aut gratiarū actionem, qa est deus cū patre & spiritu sancto vnus. Vnde tribus personis cū sint in vnitate deitatis, debemus eādē obedientiā, eandē reuerentiam, & eandē gratiarum actionem. Secundū humanam autem naturam Christus ratione beneficij accepti, pro se manet quidem obligatus deo semper, neq; debitum illud extinguitur vnq;, quantumlibet gratus fuerit, sed ex illo non potest consequens esse, ipm non posse debitum ratione commissi peccati satisfactione condigna tollere, atque ita pro offensa humani generis satisfacere. Vnde quēadmodum ex peccato commisso consurgit debitum satisfactiōis, sic ex beneficio accepto nascitur debitum gratiarū actionis. Impossibile autem est, vt homo pro beneficio accepto, soluat deo debitam gratitudinem, sic vt nō remaneat vltra debitor gratiarum actionis. Creatura etenim ratione conditiōis naturæ, manet dei creatura semper habens ab illo esse totū qđ habet, & ideo quantumlibet magnum obsequiū ampris deo præstiterit, non redditur vnq̄ beneficijs acceptis æquualēs, quamobrem Christus secundum humanam naturam semp est debitor diuinitatis ad perpetuam gratiarum actionem, quemadmodum & cæteri beati in cœlo laudant, benedicūt, & gratias agunt iugiter. Verum pro peccatis humani generis semel pretium æquiualens soluit, seipsum totum impendens ad mortem, quemadmodum in superioribus est declaratum. Ad illud aūt quod ait Christus, Non veni facere voluntatem meam, dicimus quod significauit se iustā suā voluntatem, qua voluit vsq; ad mortē seruare iusticiam, non habere a se, sed a patre, qui dedit ei charitatem, bonamq; voluntatem, qua pro nobis mori voluit, quale est illud, Mea doctrina non est mea, sed patris .i. non habeo eam a meipso, sed a patre. Deus pater dedit Christum nobis, Christus autem rursum dedit seipsum deo patri pro nobis. Sic deus dilexit mundum, vt daret filium suum vnigenitum, non solū nobis credētibus, sed & Pilato, & Iudæis, et diabolo, derelinquēs atq; exponens illum crucifigendum sub eorum potestate,

Ita &

Ita & Christ⁹ seipsum dedit deo patri, & nobis, & Pilato, & Iudæis ipsius diaboli satellitibus, sed semetipsum, & carnē suam, & sanguinem obtulit in sacrificium deo patri, nō diabolo aut satellitibus eius. Cum autem iam passione immi-nente dicebat, Sicut mandatū dedit mihi pater sic facio, surgite eamus hinc, voluit significari, ꝙ volūtas illa bona, qua voluit immolari, prodierit ex obedientia dei patris pręcipiē tis animam .i. vitam pro iusticia ponere, sed non inde consequens est Christum ita esse mortuum ex necessitate obediē-tiæ, vt non sit passus & mortuus ex pietate & charitate.

Congruebat liberationi humanæ, vt sicut per vnius hoīs inobediētiam, vniuersi homines facti sunt serui peccatores, Ita rursus per vnius hominis obedientiam efficiantur liberi ac iusti. Vnde Christus sua sponte sustinuit mortem, nō propter obedientiam deserendi vitam, sed propter obedientiam seruandi iustitiam, in qua tam fortiter perseuerauit, vt mortem incurreret. Ideoqꝫ de cruce descendere noluit, quia vsque ad mortem, iustitiam, & patientiam seruare voluit. Non ob aliud Iudæi persecuti sunt Christum, nisi quia contrarius erat malis eorum operibus, implens veritatem atqꝫ iustitiam bene viuendo, & palam prędicando. Et quia id patri gratum, sibi autem & hominibus in resurrectionis gloriam profuturum intellexit, hoc sponte fecit. Cū autem orans dicebat, Pater transfer a me calicem, id est, amarum passionis seu mortis imminentis poculū, Verum non sicut ego volo fiat, sed sicut tu vis, significabat naturalem voluntatem, id est, naturalem appetitum, quo caro infirma dolorem horrens fugiebat mortem. Scriptura cum dicit, Hoc autem totum factum est vt implerētur scripturę, intelligēda est cōiunctione, vt, accepta cōsecutiue, ac si dicat, Oia quæ per ipsum facta sunt, ita sunt facta, vt adimplerentur scripturæ prophetarum, quæ prędixerant Christum esse vēturum, vt futurum redemptorem ac liberatorem. Idcirco Christus factus iam liberator noster & redemptor, adimpleuit omnia, quæ de ipso scripta erant. Passio Christi, mors Christi, opus est dei, opus est Iudæorum. Sed Iudæorum debeo crudelitatem execrari, mortem & laborē Christi compatiendo imitari, piam Christi voluntatem gratias agēdo amare, vt sic secure de bonis per mortē Christi mihi

collatis

collatis exultare & gaudere in dño semp, nō meā, sed Christi iustitiam statuens prę oculis meis iugiter, quemadmodū & ipse Christ⁹ ad deū patrē loquitur p prophetam, Exultent, & lætentur, qui volunt iustitiā meā, & dicant semper, Magnificetur dñs, qui voluit pacem serui eius. Hacten⁹ de sacratissimis redēptionis humanę mysterijs, & id quidē satis prolixe, non tamen absq; ratione. Neq; enī facile potuimus breuiatum & succinctum habere sermonē de tā magnificis beneficijs nobis impensis, in quæ pendebant oīm patriarcharum vota, omnium legalium ceremoniarum pręcepta, omniū ꝓphetarū oracula, oīm iustorum hoīum suspiria. Celebrēt vetus suū pascha pertinaces Iudęorum populi, die ac nocte commemorenē liberationis antiquæ ex Aegypto, ex dura Pharaonis seruitute, recolēt mirabiliū operū in mari rubro, per singulos annos agnū suū habeant paschalē, spiritualis suæ captiuitatis ac seruitutis sub infernalis Pharaonis imperio, prorsus ignari, pro luce glorienē in vmbris, meditētur in volumine legis die ac nocte, recordentur mirabiliū, quæ fecit dñs deus in Aegypto, & dicāt, Cantem⁹ domino, gloriose enim magnificatus est. Equū & ascensorem deiecit in mare dñs oīpotens, quasi vir pugnator. Currum Pharaonis, & exercitū eius ꝓiecit in mare. Rursus nūc eiecti de terra sancta Hierusalē, atq; in oēm terrā dispersi, & sub tributo captiui expectēt futuram redemptionem suam in corporali terra atq; carnali, Suspirent ad carnalem suum futurū quem confingūt Messiam, huius mūdi regē, ignorātes regem Christum dei virtutem, sapientiā, & sanctificationem. Sit crux Christi ipsis ludibriū, sit scandalum incredulis, sit stultitia superbis hui⁹ mūdi sapiētibus. Nobis aūt iā cœlitus edoctis, reuelatos habentibus oculos ad cōsiderandum mirabilia de lege dñi, sit crux hæc dei sapientia & dei virtus, vt cū viro iusto valeamus dicere, Introibo in potentias domini, & memorabor iustitiæ tuæ solius, honorificabo nomen tuū in æternū, quia misericordia tua magna ē super me. Misericordias dñi in ęternū cantabo, in generatiōe & generationem annunciabo veritatem tuā, veritatem inq̄, fidem tuam, qua veraciter & fideliter impleuisti, quod promisisti, exoluens pro me, quæ non rapuisti. O bone Iesu tua cruce, tuaq; passione spiritum meū ita consignare, tuisq; vul

neribus

neribus cor meum ita sauciare, animamq; meam tuo sanguine ita inebriare digneris, vt quocūq; me vertam, semper te crucifixū videns, crucifigā carnem meam cum suis vitijs et concupiscentijs, & quicquid cogitauero, appareat mihi tuo sanguine rubricatū, vt sacrosancti baptismatis vnda ablut⁹, tuoq; sanguine innouatus, permaneā semper particeps fructuū passionis tuæ, & sic totus in te pergā, vt cum propheta valeam veraciter dicere, In æternum non obliuiscar iustificationes tuas, quia in ipsis viuificasti me.

¶ *Sequitur tractatus huius libri quartus, in quo differitur, cur fructus passionis Christi perueniat in quosdam Adæ filios, in quosdam non perueniat.*

IN Superioribus de liberatione humani generis a captiuitate diaboli & seruitute peccati, a vinculis, a tenebris, prolixe satis differuimus, demonstrantes q; dominus noster Iesus saluum fecit hominum genus, non solum per viam eruditionis, doctrinę, & exemplaris vitæ, & quod venerit in hunc mundū non solum ad dandū scientiā salutis plebi, quēadmodum de Ioāne baptista, neq; solū venerit vt foris traderet leges quasdā, per quas mereremur remissionē peccatorum, sed quod venerit ad dandū nobis remissionem peccatorum gratis, id est, absq; meritis nostris. Item quod venerit ad vincendum diabolum, ad soluēdum hominē sub manu illius vinctum, & ad liberandum eum a captiuitate, a seruitute diaboli, a vinculis, a tenebris. Ad itē dandum deo patri pretium pro nobis, hoc est, ad soluendum supplicia peccatis nostris debita, ad scribendū seu ad dandum legem intus in cordibus nostris, per quam assequeremur remissionem peccatorum, ad viuificandum & sanandum nos, vt essemus filij hęredes regni eius, & q; ad hęc omnia beneficia nobis præstanda, in carnem veniens, Ipse etiam verbis exēplis, & miraculis nos docuit & erudiuit, vt scientes omnia beneficia hęc quę per ipsum a deo donata sunt nobis abnegaremus omnem impietatē, & sęcularia desideria, āplectētes ipsū tanq; vnicā salutis nostrę viam. Atq; ita demōstrauimus ipsum Christum factum esse nobis hæc oīa, hoc est propugnatorem, victorē, liberatorē, redemptorē, recōciliatorē, mediatorē, viuificatorē, medicum, magistrum, doctorem, illuminatorem, susceptorem, adiutorem, & protectorē.

Et quia

Et quia non omnes ex merito Christi saluantur, iam operæ pretium est considerare cur fructus passionis Christi, in quosdam Adæ filios perueniat, in quosdam non perueniat. Et vtrum diuersitas hæc contingat propter diuersitatem hominum secundum liberas voluntates diuersimode sese habentium ad Christi meritum, præparantium videlicet sese, aut nō præparantium, credentium, aut non credentium, obedientium Euangelio Christi, aut illud contemnentium. An potius propter electionem dei facientis meritum Christi in alios peruenire, nō in alios, & ita iustificantis illos, & deserentis istos.

Pro eiusmodi ergo mysterijs intelligendis disputationem nostram in duo capita partiemur, in quorum primo de fide, per quam applicatur vnicuique fructus passionis Christi differemus. In posteriore assignabimus rationes & causas, propter quas fructus passionis Christi non perueniat in oēs Adæ filios.

¶ *Caput primum de fide in quatuor partes distributum.*

IN Superioribus ostensum est fructum passionis Christi, applicari vnicuique per fidem, aut fidei sacramentum, reliquum est iam ostendere qualisnam sit huiusmodi fides, & vtrum solus fidei motus sufficiat vnicuique, vt per virtutē sanguinis Christi ex impio fiat iustus, ex seruo diaboli, filius dei. Confinguntur autem argumenta ex scripturis sacris, quibus probari videtur solam fidem sufficere adeo, vt quisquis crediderit Christum in carnem venisse, mox sit factus particeps meritorum Christi. Primum argumentū.

Christus & sancti Apostoli in exordio nascentis ecclesiæ, dum salutem præstarent aut corporis, aut animæ, nihil ab egroto sanando exegerūt præter solam fidem, seu fiduciā in Iesum. Nicodemo fidem commendans Christus. Sic, inquit, deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in illum non pereat, sed habeat vitā æternam, Ioan. 3. Cum dicit, omnis, inquit Ambros. nullus excludit, hoc ē ex quocūque lapsu, ex quocūque statu, si credat, perire non timeat. Scriptum est enim, Omnis qui credit in illū non confundetur. Omnis spiritus, qui credit Christū in carnem venisse, ex deo est. Præterea de adulto baptizando nihil exigit saluator, nisi solam fidem, Qui crediderit, inquit,

& bapti

& baptizatus fuerit, saluus erit. Item Centurionis expeten tis filium sanari, solā fidem cōmendauit Christus, Nō inue ni tantam fidē, inquit, in Israel, & pro mensura fidei sanita tem contulit. Vade, inquit, & sicut credidisti, fiat tibi. Insu per ad mulierem patientem sanguinis fluxum, inquit, Fi- des tua te saluam fecit. Ad mulierem Cananęam, O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Cecis item peten- tibus illuminari, respondet Iesus, Creditis me hęc vobis pos se facere? secundum fidem vestram, inquit, fiat vobis. Cui- dam petenti filiam a dęmone liberari, respondet, Si credis, omnia possibilia credenti sunt. Ille respondens cum lachry mis ait, Credo domīe, adiuua incredulitatē meam, quod pe tiuit, mox impetrauit. Magdalenam saluam fecit Christus, non eo quod staret retro secus pedes eius, sed pro fide pecca ta remisit, Remittūtur, inquit, tibi peccata tua, fides tua sal- uam te fecit, vade in pace. Christus ergo si solam fidē exegerit, non veteris vitæ pœnitentiam, non gemitū, non planctum, non contritionem, aut sacramentū, non confessio nē, nō opus aliud, Consequens videtur solam fidē in Iesum impijs iustificandis sufficere, vt participes fiant fructus paf sionis Christi. Si ergo omnis Christi actio, nostra sit instru ctio, & nusq̄ in euangelio Christus peccata remittens iniū xerit iustificandis pœnitentiam vel opera, sed solam fidem exegerit. Neq; eni Magdalenæ, neq; Matthęo publicano, neq; adolescenti quid facerent interrogantibus, neq; adulte rę, neq; Cananęę mulieri legimus Christū quicq̄ operis in- iunxisse, sed cōmendasse solā fidem, consequens igit̄ videtur solam fidem sufficere ad hoc, vt participes efficiamur fru- ctuum seu meritorum passionis Christi.

Secundum argumentum sumptum ex doctrina Apostolica. Nam prorsus in hanc sententiam videtur tendere tota do- ctrina apostoli Pauli in singulis suis epistolis, & presertim ad Rom. 3. & . 4. clara luce docentis remissionem peccato- rum seu iustificationem impij esse, non ex operibus, sed ex fide. Arbitramur (inquit) hoēm iustificari per fidē sine ope rib⁹ legis, etiam tandem concludens, iustificati igit̄ gratis per fidem, pacem habeamus ad deum. Et ad Romanos. 10. Si confitearis in ore dominū Iesum, & corde credideris q̄ deus suscitauit illum a morte, saluus eris. Item ad Ephesios

secundo. Gratia saluati estis per fidem, & hoc non ex vobis, dei enim donum est non ex operibus. Quod autem fides hæc iustificans impium non necessario includit pœnitentiam seu odium & planctum veteris vitę, seu aliud opus quodouis, videtur manifestum ex eodem Apostolo ad Romanos capite. 9. Sine pœnitentia, inquit, sunt dona & vocatio dei, hoc est, vt inquit Ambrosius, gratia in baptismate non requirit gemitum, aut planctum, aut opus aliquod, nisi solam fidei ex corde professionem. Dicit enim scriptura, Omnis qui credit in eum non confundetur. Et alibi, Omnis qui credit quod Iesus est Christus, ex deo natus est. Proinde Ambrosius super quarto capite ad Romanos interpretatur scripturam. Arbitramur hominem iustificari gratis, sine operibus, sine omni, inquit, labore, absq; omni opere, & legis obseruatiõe, credenti impio remittuntur iniquitates & peccata, Neq; enim ideo gloriam habet Abraham apud deum, quod a peccatis abstinuit, sed quia deo credidit. Non bona opera Abrahę, non obedientia, non mansuetudo, sed fides eius sola commendatur ad iustitiam. Vnde & Apostoli in primitiua ecclesia nihil ab adultis baptizandis exegerunt præter fidem. Quemadmodum Philippus baptizaturus eunuchũ Reginę Aethiopũ. Si credis, inquit, in toto corde tuo, nihil prohibet te baptizari. Nihil plus dixit Eunuchus, quam credo filium dei esse Iesum Christum. Et in hac professione, continuo est baptizatus, quemadmodum & latro in cruce pendebat, ex sola fide iustificatus est, qua confitebatur Christũ esse saluatorem mundi. Insuper augetur in hoc difficultas, propterea quod huiuscemodi fides, quã in supradictis cõmendauit saluator, non videtur fuisse qua creduntur mysteria trinitatis, & incarnationis, cum hæc tunc nondum fuerint reuelata. Atq; hæc plana videtur esse diui Hieronymi sententia aduersus Luciferianos, sub nomine orthodoxi docentis, quod fides quam saluator his testimonijs cõmendauit, non est fides, qua creduntur mysteria trinitatis. Neq; enim Cẽturio, neq; mulier, inquit, duodecim annos fluxum sanguinis passa, credebant in mysteria trinitatis, quę post resurrectionem Christi Apostolis sunt manifestata, sed simplicitas mentis eorum est approbata. Neq; item videtur fides hæc fuisse iustificans, aut remittens peccata in eis, quippe

quippe, non pro remiſſione peccatorum, ſed pro ſanatione corporum ſupplicantibus. Fides aũt Chriſtiana eſt operans per dilectionem, ſecundum quam homo contemnens mundum, deſiderat non ſibi in ſanitate corporis huius vitæ, ſed deo viuere, deo iugiter adhærere. Qui vero in Euangelio commendantur, non ſpiritualem ſalutem, ſed corporalem a Chriſto quęſierunt, cupientes ſanari a fluxu ſanguinis, a paralyſi, a lepra, ac hydropiſi, a dæmone corporaliter vexante. Quomodo ergo poſſunt ex huiuſmodi fide eſſe iuſtificati, qui pro ſanitate corporis, non pro ſalute animæ leguntur fuiſſe ſolliciti. Quod ſi hæc ipſorum fides fuerit, per quam aſſequuti ſint vim meriti Chriſti, ſtabit quartum argumentum, quo probari videtur, non modo fides in Chriſtum iuſtificare hominẽ, ſed & quęlibet fides, qua credimus & confidimus deo creatori noſtro loquenti, aut quippiam promittenti. Nam & Abrahæ fides, quæ ſupra cæterorum fidem in ſcripturis ſacris commẽdatur, erat, non qua credidit in Chriſtum venturum, ſed qua credidit deo promittẽti ſibi iam centenario filium naſciturum, & ex eo progeniem, vt arenam in litore maris multiplicandam. De huiuſmodi fide loquitur ſcriptura, cum dicit, Credidit Abraham deo, & reputatum eſt illi ad iuſticiam. Videtur ergo quælibet fides iuſtificare, qua creditur deo aliquid pmittenti, & ita ad ſalutem neceſſaria non videbitur fides in Ieſum Chriſtum. Quintum argumentum.

Apoſtolus ad Hebræ. vndecimo, dicens ſanctos per fidem viciſſe regna, & factos eſſe ſaluos, non loquitur de fide qua creduntur myſteria trinitatis, aut incarnationis, aut paſſionis domini noſtri, cum in toto capite non meminerit huiuſcemodi myſteriorum. Sed potius videtur loquutus de fiducia, & ſpe futurę vitę, ſeu de fide, qua creditur deus eſſe remunerator omnibus qui inquirunt illum. Deinde difficultas emergit ex eo, ꝙ Apoſtolus in epiſtola ad Romanos, dicens hominem ex fide iuſtificari gratis ſine operibus, videtur per iuſtificationem non intelligere ſolam eam, qua ex impio quiſpiam fit iuſtus, ſed & eam, qua iam pridem iuſtificatus, fiat iuſtus magis. Nam cum dicit, Si Abraham iuſtificatus eſt ex operibus, habet gloriam, ſed non apud deum, non loquitur de iuſticia, qua

ipse Abraham ex impio factus est iustus, sed qua factus est magis iustus. Nam scriptura quæ dicit, Credidit Abrahã deo, & reputatum est illi ad iusticiam, ab Apostolo ad illam sententiam comprobandã citata, nõ loquitur de iustificatiõe Abrahæ, qua ex impio factus est iustus, iam enim Abrahã iustificatus erat, priusq̃ ei dixerat deus, In semine tuo benedicentur omnes gentes. Vnde sequitur ipsum iustificatũ esse, priusq̃ scriptura de illo diceret. Credidit Abrahã deo, & reputatũ est illi ad iusticiam. Hęc & id genus alia sunt argumẽta multa, quib9 posset sacrę theologiæ studiosus duci in errorem.

¶ *Secunda huius capituli pars, in qua ut manifestiora ui deantur quæ tradentur, quatuor subijciuntur de fide errores.*

PRO solutione horum sciendum est primo, q̃ ex supra dictis scripturis, & alijs similibus, hęretici quatuor sibi confinxerunt errores. Primus olim etiam erat in veteri lege, & temporibus Apostolorũ, si Augustino credimus, irrepserat ex scriptutis perperam intellectis eorũ, qui dixerunt fructum passionis Christi peruenire quidem in animas nostras per fidem in Iesum, sed praue intelligentes fidem hanc, docebant fidem solam. i. absq; operibus, ad salutẽ sufficere. Omnẽ propterea hominem, qui iam tempore gratiæ crediderit & baptizatus fuerit, tandem esse saluandum, etiam tametsi perseueret in peccatis quantumlibet grauib9 vsq; in finem vitæ, modo fidem in Iesum vt fundamentum in corde teneat, & caueat, ne vel schismate vllo, vel hęresi ab ecclesia præscidatur. Ita, inquiunt, Paulus dicit, Si quis supra hoc fundamentum, id est fidem in Christum, superędificauerit ligna, id est grauiora peccata, fenum & stipulam, id est, leuiora peccata, saluus erit, sic tamen quasi per ignem, quia omnis qui credit in eum, non confundetur in ęternum. Quantumlibet igitur vixerit impius in peccatis, non morietur, inquiũt, morte sempiterna, modo credat Christum in carnem venisse, & a mortuis resurrexisse. Neq; recens est hic error, nam & ante Christi aduentum iam pseudoprophetæ docebant huiusmodi hęresim, beatificantes populum, quemadmodum habes Michæę .3. Principes eius in muneribus iudicabãt, & sacerdotes eius in pecunia diuinabant

nabant, & super dominum requiescebant, dicētes, Nūquid non dominus in medio nostrum est? nō veniet super nos malum, ac si dicant, Nos sumus populus peculiaris, & de⁹ habitat in medio nostrum, qui nos elegit de cunctis gentib⁹, non venient super nos mala. Sic ex sentētijs aduersariorum docentium solam fidem sufficere, sumpserunt sibi causam errandi nonnulli pseudoprophetæ huius sæculi, dicentes, Vos estis populus, Christi sanguine redemptus. Ipse soluit pro omnium hominum peccatis debita, ipse meruit regnum cœlorum, non oportet facere opera, satis est in deum credere & confidere. Deinde & huius hæresis meminerunt ante nos ecclesiastici patres, Hierony. super caput. 11. in Michęam. Pseudo, inquit, prophetæ quondā populū dei errore decipiebant, & accipientes munera, promittebant eis pacem, & regna cœlestia dicentes, Non est necesse vt viuatis continenter & sancte, habetote fidē quam docemus, & oīa promissa domini consequemini. Eundem insuper errorē recitat Augst. in Enchiridio, capite. 67. dicens se de hac quęstione scripsisse librum de fide & operibus, in quo hunc errorem prorsus contriuit, quem refellere nō est difficile. Nā & si quisq; per fidem absq; meritis proprijs ex impio fiat iustus, secundum scripturas tamen demonstrata est fides sine operibus non prodesse ad salutē, in eo qui tempus habet operandi. Nec hactenus dubitauit de hac re tota Christiano rum schola ab exordio nascentis ecclesiæ. Nā & eundē errorem destruit saluator plane, Nō omnis qui dicit mihi, dñe, domine, intrabit in regnū cœlorum, sed qui facit voluntatē patris mei qui est in cœlis. Matthæi. 20. hedos a sinistris statuendos docet damnandos, non propter fidem, sed ꝑpter neglecta pietatis opera, Ite maledicti, inquit, in ignem ęternū, esuriui & non dedistis mihi manducare. Et alibi, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Eundem insuper reprobant Apostoli, Paulus & Iacobus. Paulus autē cū dicit, Manifesta sunt opa carnis, qui talia agūt, regnū, ingt, dei nō possidebunt. Si habuero omnem fidem vt montes transferam, charitatem aūt non habuero, nihil mihi prodest. Item Iacobus; Ex operibus iustificaī homo, nō ex fide tantū. De quali aūt fide accipiendę sint scripturę docentes hoīem iustificari gratis ex fide sine operibus, infra declarabimus.

Secundum

¶ *Secundum huius partis membrum de errore secundo.*

ALIVS insuper est error eorum qui dicunt ad accipiē dum fructum passionis Christi, seu ad habendum remissionem peccatorum, satis esse ex fide deinceps seruare mandata & interiorem pœnitentiam veterisq; vitæ displicentiam non esse necessariam ad remissionem peccatorum, sed satis esse a peccatis cessare, & deinceps facere opera bona, & agere bonam vitam, etiam si nunq̄ pœniteat veteris vitæ. Sed ad hunc errorem refellendum operæ pretiū est cōsiderare aliud esse iustificationē impij, aliud iustificationem absolute dictam, seu gratificationē, vel dignificationē ad vitā æternā. Iustificatio impij est mutatio, secundū quā ex impio fit iust⁹. Iustificatio vero absolute dicta est mutatio secundum quam quis fit iustus, dignus, & accept⁹ ad vitam ęternam. Hæc autem quamuis non sint secundum ordinem in rebus nunc stantem, post lapsum Adæ ab inuicē separata, cum nullus sit status medius inter impium esse & dignum esse vita æterna, accepto verbo impietatis generaliter, vt extendat̄ ad oē mortale peccatū, & ad iniquitatē, de qua propheta, Ecce in iniquitate cōcept⁹ sum, secūdum quā significationem etiam infans mox natus est iniquus, & in ira dei cōstitutus. Vtcq; tamē possunt absolute intelligi separata quemadmodum si ex terra crearetur homo absq; gr̄a dignificante ad vitam ęternam, hunc si deus per spiritum sanctum gratificaret sibi ad vitam ęternam, esset quidem iustificatio seu gratificatio ad vitam æternam, sed non esset iustificatio impij. Et ita iustificatio impij addit supra iustificationē absolute dictā, præfuisse impietatē, eāq; aboleri p iustificationē & gratificationē. Hoc pręmisso manifesta ē pręfati erroris falsitas. Nā de⁹, si iuxta doctrinā Pauli apostoli nō iustificat eum, q ignorat dei iustitiā, volens suā cōstituere, facile ē hui⁹ cōsideratiōe ppendere ad iustificationē īpij necessarium esse motum volūtatis sese non solum in deū cōuertentis, sed & auertentis ab impietate & a peccato, quēadmodū ait propheta. Si auerterit se īpius ab impietate sua, si egerit pœnitētiam ab omnibus peccatis suis, & fecerit iudicium, & iustitiam, ipse animā suā viuificabit, Ezechielis. 19.

&

& secundum translationē. 70. Quacūq; hora conuersus inge mueris, saluus eris. Vbi deus per prophetā ab impijs nō fidem, sed pœnitentiā, & conuersionē cordis exigit, loquebat enī tūc non ad paganos, sed ad Iudæos credentes deū, quem colebant Abrahā & prophetę. Exceptis, inquit Augu. paruulis, cæterorū hominum nullus transit ad Christū, vt incipiat esse quod non erat, nisi eum pœniteat fuisse quod erat. Nam & Petrus dū Christum colendū annunciaret Iudæis interrogātibus, quidnā facerent, Respondit, Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisq; vestrū. Accedentibus quoq; ad baptismum, Ioānes dixit, Pœnitentiā agite, ac si diceret. pœniteat vos veteris vitæ, & baptizemini ex fide in Christū. Hic si dixeris, pœnitentiā agere, nō est illud qđ dicimus pœnitudinem veteris vitę habere, sed id qđ dicim⁹ resipiscere. i. cessare a peccato. Noua hęc adinuentio est, quę non suffragat̃. Nam cōtradicit scriptura, Fili peccasti, non adijcias vltra, sed & deprecare de pristinis, vt tibi remittantur. Si a peccato desistere hoc esset, quod nō habere peccatū, sufficeret, inquit August. vt hoc nos moneret scriptura, Fili peccasti, non adijcias vltra, & quia hoc nō sufficit, continuo adiecit, & de pristinis deprecare vt tibi remittant̃. Nec habes hac in parte, q; hunc librū Ecclesiastici ab autoritate canonica submoueas. Nam & ad Simonem Magum iam iā baptizatum, & iam pridem credentem, & adhærentē Philipppo, postea in dono gratiæ spiritus sancti errantem, inqt Petrus, Pœnitentiam age ab hac nequitia tua, & roga deū, si forte remittatur tibi hęc cogitatio cordis tui. Diuini & naturalis iuris est, pro omni peccatore volente assequi misericordiam, vt agnoscat culpam, pœniteat de illa, & postulet veniam. Neq; de his fuit vnq; quæstio, aut controuersia inter ecclesię patres. Sic scriptum est Esaię. 43. Ego sum qui deleo iniquitates tuas, & memor nō ero, tu aūt memor esto, & narra si quid habes vt iustificeris, vbi trāslatio. 70. habet, Dic tu iniquitates tuas prius, vt iustificeris. Cæterum nihil prodesset, inquit Bernard. pœnitere de culpa, & non supplicare pro venia. Vnde & ab exordio nascentis ecclesiæ ab hominibus baptizandis solet ecclesiæ minister exigere, Abrenuncias satanę, & oībus operibus eius? Quomodo placeret vitæ nouitas, cui non displicet peccati vetustas.

Pro maiori horum intellectu sciendum est, discrimen esse inter peccatores. Nam est pecator qui nondum fuit particeps passionis Christi, nondum lotus lauachro salutaris sanguinis. Est & peccator qui semel Christi sanguine ablutus est, qui sanctificat' in nomine domini nostri Iesu Christi, olim templum spiritus sancti seipsum prostrauit, faciens sese ex templo dei, templum dæmoniorum. Ex scripturis sacris discimus vtrique prouisum esse in remedium, quo perueniat ad participandam Christi gratiam, sed non idem sacramentum, neque secundum eũdem prorsus modum. Illi prouisum esse sacramentum baptismi, huic autem sacramentum pœnitentiæ, & alium esse pœnitendi modm in illo, alium in isto. Proinde & ecclesia a peccatore primi generis, vtpote a iam baptizando exigit solam ex corde fidei professionem cum veteris vitę displicentia, qua & satanę abrenũciat, quemadmodum & ritus obseruat Ecclesiasticus ab exordio ecclesiæ Christi ad hęc vsque tempora. In eum aũt, qui semel violauit templum spiritus sancti, qui & reconciliãdus est per claues sibi datas, adhibet districtiorem disciplinã, exigens ab eo lachrymas, gemitum, satisfactionem, nec absoluit compunctum, nisi viderit confessum, & perseuerãtẽ in precibus & lachrymis. Vnde & ipsa peccatrix anima, si vere pœnitet, memor est vnde exciderit, videns sese ingratam gratiæ semel acceptę, atque adulteratã cõtaminasse lectũ spõsi sui, cui se deuouerat. Proinde ad semetipsam turbata memor verbi dei promittentis spẽ veniæ, verecũdo quodã affectu accedit ad thronum gratiæ Christi humilians, & iudicans semetipsam non rapiim, sed perseuerans in precibus & lachrymis, quemadmodum Magdalena perseuerauit in supplicationibus, donec audiret verbum consolationis. Sic & relapsi in ecclesia vere pœnitẽtes, de quibus in scripturis fit cõmemoratio, fecisse leguntur, non quod per hęc, aut sisi fuerit in suis operibus, aut mereri putauerint remissionem peccatorum, sed quod & in se & suis operibus desperãtes, prorsus in spe gratiæ & misericordiæ voluerint perseuerare.
Quisquis iam se noscit filium mortis & talem, qui dignus sit, vt gratia semel accepta & a se repulsa semper indigeat, is deplorans suam sortem, suamque miseriam, indesinenter ingemiscens non meritis vllis suis innititur, sed gratię dei

miserentis secus pedes domini Iesu totus humiliatus in orationibus & precibus. Verum quidem est, quod vterq; tam regenerandus videlicet seu renouandus baptismi sacramento quàm reconciliandus pœnitentię medicamento ex fide iustificatur gratis, id est, sine operũ meritis. Verũ insuper est, quod vtrisq; præponenda est non sola fidei regula, vt sciant qualiter credere debeant, sed morum tradenda sunt pręcepta, vt & qualiter in ecclesia viuere oporteat intelligant. Verum deniq; est vtrumq; in cõmunione ecclesiæ receptũ, oportere deinceps vigilare, orare, mortificare, & castigare desideria carnis suæ. Sed diuersitas est, quod baptizandi, qui nunq; fuerant catholici, quãtumlibet fuerint in paganismo idololatrę, lubrici, impudici, viuentes secundum huius mũdi desideria admittuntur in ecclesię communionem more solito, non imposita illis vlla satisfactione, aut pœnitentia pro commissis peccatis, neq; enim extendit se sacerdotis arbitrium ad crimina, quę foris & in paganismo sunt commissa. Si autem iam catholici, qui semel abluti sunt ab omnibus immundicijs, qui & renunciauerunt idolis & vanitatibus huius mundi fuerint inuenti idololatrę perfidi, lubrici, & inconstantes, non sic amplius sine satisfactione, & operibus pœnitentiæ admittuntur, sed exhomologesin, id est confessionem peccatorum suorum facientes non relinquant illa in semetipsis impunita, & iuxta sacerdotis arbitrium pro ipsis sese vindicantes ac punientes reconciliãtur per ecclesiæ claues. Quamobrem nõ ex humana solum dispositione, sed & ex dictamine naturalis ac diuini iuris alius est pœnitendi modus in eo, qui nunq; fuit catholicus, alius in eo, qui inuentus fuerit relapsus. Ad hunc dicit, Pœnitentiam age ab hac nequitia, & roga deum si forte remittatur tibi. Contristatur Apostolus Paulus super eos, qui non egerunt pœnitentiã sup immunditia fornicationis & impudicitia, quam gesserunt, secũdę ad Corin. duodecimo. Talis generis homines deus in scripturis hortatur ad planctum, ad ieiunium & ad cinerem, & cilicium. Conuertimini ad me in fletu & planctu. Ad istum autem, vtpote innouandum baptismi sacramento dicitur. Si credideris & baptizatus fueris, saluus eris. Sine pœnitentia sunt dona & virtutes dei, quod secundũ interpretationem Ambrosij intelligitur Gratia remissionis

peccatorum in baptismate non quærit gemitum, aut planctum, aut opus aliquod, nisi solã ex corde fidei professionẽ, quæ & includit veteris vitæ abrenuntiationem, & voluntatem inchoandi vitam nouam, vt fiat membrum in corpore Christi. De relapsis autẽ post baptismum loquitur Apostolus ad Hebręos .6. & decimo, significans ipsis non sic amplius hostiam esse relictam. Voluntarie, inquit, peccantib⁹ nobis post acceptam veritatis notitiam, iam non reliquitur pro peccatis hostia, sed terribilis quędam expectatio iudicij & ignis æmulatio quę consumptura est aduersarios. Ibi Paulus non secundam, inquiunt Chrysosto. & Ambrosius excludit remissionem peccatorũ, sed secundum excludit lauachrum, secundam crucem, secundam hostiã. Cautos nos voluit reddere Apostolus, ne iã peccãtes uolũtarie post baptismũ vltra speraremus vel aliã hostiã ꝙ Christũ, cui semel consepulti sumus, vel eandem hostiam secundum talem propitiationem regenerationis & innouationis, qualem in baptismo semel accepimus, tanꝗ dicat. Non est hostia secũda, non crux secunda, non secundum lauachrum. Vtiq; tamen relinquitur eadem hostia semel oblata ad secundam remissionem peccatorum per viam laboriosiorem. Nõ quod labor ille mereatur gratiam primam, sed quod homo sic relapsus teneatur esse memor, vnde exciderit, & quod templum dei sanctum violauerit, maiorem debeat præstare humiliationẽ ꝙ qui gratiam semel acceptam non deseruit. Vna hostia semel, inquit Paulus, oblata perficit in perpetuum eos, qui semel sunt sanctificati per baptismum, cuius gratiam si quis semel acceptam aut neglexerit, aut contempserit, perditis viuens moribus, in virtute eiusdem hostiæ potest, si deus misericorditer agere cum ipso dignetur, inuenire propitiationem per pœnitentię remedium, quemadmodũ per oẽm locũ ecclesiastici patres ex scripturis docent, Irenæus. Tertul. Cypria. Hieron. & Augu. de relapsis contra Nouatum, & Montanũ, manifeste declarãtes aliũ pœnitẽdi modũ hoi primũ eccl'am intrãti, Alium vero modũ hoi lapso ad ecclesiã redeunti, Aliũ insup esse modũ super criminib⁹ publicis, Alium super occultis, Vnde Cypria. coarguit presbyteros quosdam malignos, qui lapsos quosdam ad exitiosã temeritatem pacis inuitabant intermissis precibus & oratio

nibus

nibus, quibus dominus longa & continua satisfactione placandus est, data opera, vt exhomologesi criminis facta, satisfactionibus & lamentationibus iustis delicta abluantur, curentur, atque redimantur. Plenę sunt huiusmodi sententijs Cypriani epistolę de pœnitentia, satisfactione, humilique confessione lapsorum, qui suo sęculo per claues ecclesiæ seu manuum sacerdotalium impositionem accipiebant pacem & remissionem peccatorum. Irritam, inquit Apostolus quis faciēs legē Moysi sine vlla miseratiōe duob⁹ vel trib⁹ testib⁹ moritur, quanto magis deteriora putatis eum mereri supplicia, qui filium dei conculcauerit & testamenti sanguinē, in quo sanctificatus est, pollutum duxerit & spiritui gratię contumeliam fecerit. In veteri lege gētiles adulteri, aut idololatrę de foris veniētes ad cultū vni⁹ dei, p solā circūcisionem coagulabātur in fraternitatē Iudaici populi. Vbi vero iā quispiam circumcisus, & illi genti inscriptus crimina talia fecisse testibus fuerat conuictus, iam morte plectendus erat, spe adempta misericordię. Sic & apud nos gentiles idololatræ, adulteri ad ecclesiam Christi venientes coagulantur in societatem Christi, baptismi sanctificatione, qua semel amissa, rursus ad idololatriam, adulterium, aliaue crimina reuersis, iam non relinquitur talis per baptismum innouatio.

Et ne quis ex doctrina Pauli falso crederet, sic relapsis ademptam esse omnem spem veniæ, vtrobique tam ad Hebręos .6. quam ad Hebræos decimo, temperat sermonē. Ad Hebręos .6. postquam ademerat spē innouatiōis, paucis interpositis: Confidimus autem de vobis dilectissimi meliora & viciniora saluti, tametsi ita loquimur, non enim iniustus est deus, vt obliuiscatur operis vestri & dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministrastis sanctis, & ministratis, tanquam dicat, vt inquit Hierony. libro secundo aduersus Iouinianum, Ita loquutus sum, vt vos a peccatis retraherem, & desperationis metu facerem cautiores. Vnde Paulus baptizatis non sæpe proposuit pœnitentiam, quę tanq̄ tabula secunda post naufragium constituta est relapsis miseris.

Ad Hebræos .10. ponderāda sunt verba quibus dixit, Quanto magis illum deteriora mereri supplicia. Non dixit, quanto magis debetis putare illū absque vlla spe miseratiōis esse damnandum, de nemine quam diu hic viuit, posse nos

desperare docuit ille, qui dixit, Nolo mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat. Deinde non dixit, q̃to magis putatis deteriora mereri supplicia eum, qui post susceptum baptisma peccauerit. Sed qui filium, inquit, dei conculcauerit, & sanguinem testamenti. & cæt. aperte insinuans eum, qui post susceptum baptisma fidem deserit, contemnẽs sanguinem Christi, & contumeliam faciens spiritui gratię, renouari in pœnitentia. i. nouum fieri, vbi, vt inquiunt Chrysost. Hierony. Ambrosius, August. & Bernard⁹, non pœnitentia, sed renouatio exclusa est. Quia contra eos agebat Apostolus, qui iam baptizati male, negligenterq; viuentes, dicebant. Quid obest si male vel negligenter viuamus, cum a fide cadimus, iterum catechizabimur, iterum baptizabimur, iterũ accipientes spiritum sanctum, renouabimur nouo lauachro aut in hac vita, aut post hanc vitam, noua erit pro nobis hostia. Erratis, inquit, ista putantes. Nam impossibile est eos, qui semel sic sunt illuminati, rursus sic renouari. Sed non inde exclusa est secunda, aut tertia peccatorum remissio, quæ fit per remedium pœnitentię, quæ tãetsi suam dignitatem habet ex passione Christi, non tamen sine ratione voluntatis humanæ punientis etiam sese, & propter commissum peccatum iudicantis & condemnãtis in suspirijs & lachrymis hoc iam remediũ diuturnius & laboriosius est, q̃ baptismus, adeo vt longe facilius fuerit seruare iustitiam acceptam, q̃ post perditam innocentiam agere congruam pœnitẽtiam, quemadmodum ait venerabilis Ambrosius, facilius inueni qui innocentiam seruauerint, q̃ qui congrue pœnitentiam egerint. An quisq; putet illam esse pœnitentiam, vbi est acquirendæ dignitatis ambitio, vbi vini effusio, vbi ipsius copulę coniugalis vsus, renunciandũ est sęculo, somno minus indulgendum, cibo parcius vtendũ q̃ venter postulat, interpellandus est deus gemitibus, lachrymis, & orationibus. Baptizãdus igitur ex fide potest quęrere dei misericordiam, sed nullam debet pro peccatis commissis subire satisfactionis pœnam, cum sufficiat abrenunciare veteri vitæ, & inniti merito sanguinis Christi, qui copiose satisfecit pro nobis. Quisquis autem post susceptũ baptisma fuerit relapsus in mortale peccatum, potest quidem ex fide, cœlesti inspiratione pulsatus, quęrere & impetrare

dei misericordi, sed si recte quęrat, sic quęrit, vt velit pecca tū suū non prorsus manere impunitum, sed desiderans ipm non puniri secundum seueritatem iusticię, præuenit iudicium dei in humili confessione, animam suam sponte affligens, suique ipsius iudex, suum in se vindicat peccatum, etiam postulato a presbyteris ecclesiæ ordine & modo satisfactionis. In hac sententia est ad Corint. 7. Paulus distinguens tristiciam in tristiciam, quæ est secundum deum, & in tristiciam sęculi. Quę secundum deū, inquit, tristitia, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Seculi autē tristitia adfert mortem. Ecce in hoc ipsum quod est secundum deum tristari, quantā in nobis operatur sollicitudinem, imo indignationem, timorem, desiderium, æmulationem, vindictam. Qđ tractans Ambro. Qui tristis est, inquit, quia peccauit, secundum deum tristis est dolens, quia fecit quod de' odit, sperans tamen dei misericordiam, & eam quidem per Christi sanguinem, & quia sic pœnitet, sollicitus est ne denuo peccet, non excusat, sed confitetur peccatū, & vindicat ipsum. Item saluator, Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum, & cæt. corripe, inquam, eum, vt sua sponte iniquitatē agnoscens, & videns se deformē, pœniteat, confiteatur, medicūq; & reformatorem desideret. Vnde Augu. in libro de fide & operibus, ex scripturis sacris distinguit triplex gen' peccati hominum Christianorum. Vnum est genus grauium criminum, quę etiam excommunicatione plectenda sūt & sanāda humiliatione quadam pœnitentiæ, qualis in ecclesia datur eis, qui pœnitentes dicuntur, de quibus Apostol' .1. ad Corin. 5. Aliud est genus peccatorum, quæ quibusdam correptionū medicamentis sanantur, de quibus saluator, Si peccauerit in te frater tuus corripe illum. c. Quod si nō audierit, neq; te, neq; ecclesiā, iā contumacia illius est crimen, & prioris generis excommunicatione plectendū. Tertiū ē genus peccatorū leuiū, p quibus habemus quotidianā medelā, orōnem dominicā, qbus dicam', Dimmitte nobis debita.

Hic iā ergo si roges, quęnā sint illa pœnitentiæ aut satisfactionis opera, ad quæ diuino iure obligatur relapsus, recōciliandus ecclesiæ per pœnitentiam, quibus non obligatur is qui per baptismum est regenerandus, cum vtrobiq; fiat iustificatio gratis, id ē, sine meritis ex fide in Iesum sociata displicētia

displicentia veteris vitę. Vterq; etiam tam recenter baptizatus, q̃ per poenitentiam interiorē deo reconciliatus teneatur ex iure diuino castigare corpus suum, & in seruitutem redigere, crucifigere carnē cum vitijs & concupiscētijs suis.

Respondeo. Verum quidem est in vtriusq; iustificatione oportere esse veram cordis conuersionem & mutationem ad ambulandū post haec in nouitate vitę. Neq; nos, vt inquit sanctus Leo papa, possumus aut misericordiae dei mensuras ponere, aut tēpora diffinire, quibus misereť deus, apud quem nullas patitur veniae moras humani cordis cōuersio, dicente propheta, Ezechiel. 18. secundum aeditionem septuaginta interpretum, Quacūq; hora cōuersus ingemu erit, saluus erit. Ideoq; canones, non pro vnoquoq; crimine, vt inquit Hiero. aperte praefigunt mensuram temporis, & operum agendae poenitētiae, sed multa in arbitrio relinquūt sacerdotis, quoniam apud deū non tam valet mensura temporis, q̃ doloris. Verum huiuscemodi conuersio in relapso per poenitentiam recōciliando secundū propositum seu desiderium poenitentis continet quędam, ad quae diuino iure poenitens obligatur, quibus non obligatur innouandus baptismi lauachro. Ex scripturis sacris supra citatis discimus in eo qui relapsus in mortalia crimina, templum dei sanctū prophanauit, oportere esse grandiorem cordis gemitum atq; poenitentiam, q̃ sit necessaria in eo, qui eadē crimina in paganismo perpetrauit innouandus baptismi lauacro. Proinde mensura quaedam dilectionis dei, ac displicentię peccati, sufficiens in eo, qui fide innouādus est baptismi lauacro, nō esset sufficiens in relapso, qui reconciliatur poenitentiae remedio. Deinde relapsus in crimina publica, etiam diuino iure obligatur agere, non solum quod ipsi prosit ad salutem recipiendam, vtpote in sese facere castigationem carnis, & satisfactionem pro peccatis, sed quod & cęteris prosit ad exemplum & cautelam. Vnde oportet eum accedere antistites ecclesię, & acceptare satisfactionis modum pro peccatis, vt etiam satisfiat ecclesię. Peccator etenim iam vere poenitens, q̃uis melius sese habeat intra se, aliquandiu tamen ecclesiae foris mortuus videtur, maleq; olet, donec incipiat cū gemitibus & suspirijs foras prodire & poenitere. Vnde neq; ipse vere poenitens in sese debet dimittere impune, q ecclesię

clesiæ membra contagione peccati sui offenderat. Neq; itẽ in vtilitatem ipsius pœnitentis foret statim ad sancta sanctorum admitti, & ad primos honores prouehi. Cæterũ relapsus in mortalia crimina, diuino iure obligatur sibi postulare remissionem illorum per ecclesiæ claues, & ita confiteri illa sacerdoti, quod alibi latius demonstrabimus, q̃uis sint qui talem confessionem dicunt, non esse diuini iuris. Vnde Theodorus Anglorum episcopus, Bedæ contemporaneus ante annos septingentos vtrãq; ponit suis sęculis de confessione opiniõem. Quidam, inquit, deo solummodo peccata debere confiteri dicunt, vt Græci, quidam vero sacerdotibus confitenda esse percensent, vt tota fere sancta ecclesia, quorũq; vtrũq;, ingt, scilicet & cõfiteri deo, & cõfiteri sacerdotibus non sine magno fructu intra sanctam fit ecclesiam. Recenset Gratianus de pœnitentia, cap. vltimo, distinctionis primę. Hic si dixeris, vterq; tam videlicet is qui baptizatur, q̃ is qui relapsus recõciliatur, iustificatur, dum displicentia veteris vitę maior est, q̃ displicentia quælibet de alio temporali damno, aut incommodo, prodiens etiam ex tali erga deum dilectione, quæ vincit omnem huius mũdi amorem. Non videtur igitur relapso pro sui iustificatione necessarium, neq; vehementius intus pœnitere & ingemiscere, neq; foris subire grauiora pœnitentiæ opera, cum sufficiat vtrobiq; fides cum ea mensura dilectionis in deum, odijq; in peccatum, quę vincat omnium temporalium rerũ affectum. Respondeo. Deus operatur gratiam & remissionem peccatorum non propter quãtitates motuũ liberi arbitrij nostri, aut dilectionis, aut interioris pœnitentiæ, tanq̃ videlicet motus illi, secundum tales, vel tales graduũ mensuras mereantur gratiam, sed propter suam misericordiam, nostra etenim dilectio, qua diligimus deum etiam ꝓpter ipsum, displicentiaq; secundum quam odimus peccatũ, non est digna iustificatione, neq; meritoria gratię, sed deus pro sua misericordia, vbi voluerit & quãdo voluerit, largitur illam, quã si negaret etiam sic dispositis, non foret iniustũ. Non ergo ratione caret sententia illorum, qui dicũt ex attrito fieri contritum etiam motu interioris pœnitentiæ non adaucto.

Tertium

¶ *Tertium huius partis membrum, de errore tertio.*

SVPEREST iam detegere atque destruere errorem tertium eorum videlicet, qui dixerunt fructum passionis Christi applicari omnibus quantum in se est facientibus & talēto rationis ĩternę bene vtētibus absque fide in Iesũ, de quo non audierunt. Hic error vicinus est hęresi Pelagij & Celestij qui distinguentes tempora tria dixerunt. In primo tempore ante legem Moysi vixisse homines iustos ex natura, tunc enim ratione, vt inquiunt duce cognoscebatur creator, & quemadmodum viuendum esset gerebatur in cordibus, non lege literę, sed naturę. Verũ vitiatis moribus, inquiũt, vbi cœpit non sufficere natura iam deprauata, lex dei addita est, qua velut luna fulgore pristino detrita rubigine videretur. Nouissime aũt postquã præualuit nimia, inquiũt, peccandi consuetudo, cui sanandæ lex parum valet, Christus aduenit, & tanquam morbo desperatissimo, non per discipulos, sed per seipsum medicus ipse subuenit. Ex errore isto cõsequens est homines per solam legem naturæ potuisse fieri iustos, Christum autem venisse in carnem solum ad erudiendum & docendum, quod in superiori tractatu satis refutauimus. Distinguenda sunt quidem tempora. Quædã erant ante legem, alia sub lege, alia sub gratia toti mũdo reuelata, sed non sic vt Pelagius & Celestius distinxerunt, qui iniuriam faciunt diuinæ gratiæ, dicentes ante legẽ homines factos esse iustos per legem naturę. Sub Moyse vero per legẽ datam, sub Christo autem per gratiam fidei, quasi hominibus duorum superiorum tẽporum eorum videlicet, qui fuerant ante legem & sub lege, sanguis Christi non fuerit necessarius contra Apostoli Pauli doctrinam dicentis. Si per legẽ iusticia, ergo Christus gratis mortuus est, ita si per naturã iusticia erit, etiam Christus gratis mortuus erit. Non est autem Christus gratis mortuus, vnus enim est deus, vnus ẽ & mediator dei & hominum Christus Iesus. Rursus iusticia dei per fidem Iesu Christi in omnes, & super omnes, qui credunt in eum. Et ne hoc solum putemus referendum ad tempus gratię, iam sub Euãgelio Christi reuelatę, docet Petrus Apostolorum princeps, Per gratiam domini nostri Iesu Christi

su Christi, credim⁹ saluari, quēadmodū & illi patres, videlicet veteris testamēti. Huic oēs prophetæ testimoniū phibēt remissionē peccatorū accipere p nomen ei⁹, quē & ,ppterea desiderauerūt videre veteris legis patres & prophetę. Abraham, inquit Christus, desiderauit videre diem meum, vidit & gauisus est. Pro hoc Christo mittendo orauit Moyses exodi. 4. Obsecro domine mitte quem missurus es, tanq̃ dicat alium digniorem me es missurus, hunc obsecro mittas ad liberandum populum de seruitute infernalis Pharaonis. Ad hunc suspirabat olim iustorum synagoga. In Canticis, Osculet me osculo oris sui. Sonet vox tua in aurib⁹ meis, tanq̃ dicat, qui loquitur iam in patribus & prophetis, loquatur mihi ore proprio in assumpta carne. Veteris ergo legis homines suo modo Christum cognouerunt, eademque saluati fide, qua nos facti sumus salui, sed nondum erat modus redemptionis sic distinctim & vniuersaliter declaratus. Nec tam copiose huiuscemodi gratiæ coruscatiões illuxerant orbi terræ, Christi vero euangelio coruscante per Apostolos, eorumq; successores in vniuerso mūdo largior, copiosior, abundantior, & latior gratia effluxit super humanum genus. Cum iam apparuerit annus benignitatis domini, & apertus fuerit sinus diuinæ misericordiæ omni nationi terrę, & fons patens domui Israel, præparatus mons domus domini in vertice montium, ad quem relictis idolis & vanitatibus, confluant omnes gentes, quēadmodum hæc, & alia prophetę diuinitus inspirati prędixerunt futura in hoc tempore gratiæ.

Iam vero si dixeris deum, cuius misericordię nō est numerus, ab exordio mundi etiam hominibus ignorantibus, præparasse saluatorem Iesum, in cuius sanguine tolleret atq; ablueret peccata mundi, nō solum his quibus reuelatum esset Euangelium, sed & alijs quibuslibet, huiuscemodi gratiam ignorantibus, qui nec habent, nec habere possunt a quo discant, vtentes autem quantum in ipsis est, talentis naturę, suspirantes & ingemiscentes ad deum pro peccatorum suorum venia. In paruulis si operatur gratia Christi, remissionem peccatorum, etiam ipsis ignorantibus, cur non simili ratione eadem gratia in adultis operatur eandem peccatorū remissionem, præsertim in eos qui secundum legem naturæ

uiuunt in solo originali absq; actuali peccato, qui neq; conte mnũt, neq; cõtemnere possunt Christũ, aut eius sacramentũ, de quibus audire non potuerunt. Pręterea stat quosdam hu iuscemodi gratiam ignorãtes sic aut esse, aut fuisse affectos, vt non contemnerẽt, sed crederent in Christum & magnifi carent illum, vbi huiuscemodi gratiæ ipsis essẽt reuelatæ, quemadmodum interdũ pius pater liberat filium detrudẽ dũ in carcerem, ipso filio id ignorante. Ex quibus videt cõ sequens esse, non oportere, si oẽs sint saluati per gratiã domi ni nostri Iesu Christi, q; idcirco oẽs Christũ gratię autorem, fide aliqua diuinitus inspirata, cognoscant. Ad primã obiectionem, qua dicitur deum prǫparasse salutem & gra tiam, etiam hominibus ignorantibus illam.

Respondeo. Cõtra hoc militat tota scriptura, dicẽs, Sine fide impossibile est placere deo, iusticia per fidem Iesu Chri sti in omnes, & super omnes, qui credunt in eum. Pro inde qđ dicit Petr⁹, Per grãm Iesu Christi credim⁹ saluari, quemadmodum & ille non solum intelligit, quemadmodũ & illi, suple, fuerint saluati, sed intelligit quemadmodũ & illi supple crediderũt se saluari per gratiã Iesu Christi. Vn de Iud, i, qui zelum erga vnum deum creatorem coeli & terræ habebant, supra modum studentes seruare legem, quia crediderunt ex operibus legis se fieri iustos, non fuerũt iu stificati, quia gratiam hanc ignorauerunt, quemadmodũ di cit Paulus, Israhel sectando legem iustitię in legem iustitiæ non peruenit, quia non ex fide, sed quasi ex operibus. Non spiritum huius mũdi accepimus, sed spiritũ qui ex deo ẽ, vt sciamus, quæ a deo donata sunt nobis. Quomodo sciemus quę a deo donata sunt nobis, si non cognoscimus saluatorẽ quem deus pater dedit nobis pro vita nostra, quo modo age mus gratias saluatori, si non agnoscamus peccata, a quibus sumus liberati, si cognoscamus maximum illud delictum originale, in quo sumus nati, esse nobis remissum. Vnde spiritus fidei iuxta doctrinã Apostolicam apud iustos vete ris legis idem erat, q & apud nos est in lege noua, Habẽtes, inquit, eundem spiritum fidei, sicut scriptum est, Credidi p pter quod locutus sum, & nos credimus proter quod & lo quimur, secundæ ad Corinthios. 4. At dices forsitan eos nõ apprehendisse iustitiam propter fidei contemptum. Nam & Apostolus continuo adiecit, offenderunt enĩ in lapidem

&

offensionis. Aliud autem est non credere, quia non erat, q̄ doceret, Aliud est contemnere docentem. Nam & ea ratiōe videtur dixisse saluator. Si non venissem, & loquutus eis nō fuissem, peccatum non haberēt. Vnde & alibi cum dixisset, Qui non crediderit, condemnabitur, iam præmiserat, Euntes in vniuersum mundum prędicate euangelium vniuersæ creaturæ. c̄. quasi volens indicare. Qui prędicatione audita non crediderit, condemnabit̄, secus de eo q̄ audire non potuit. Videtur ergo fides Euangelij non omni homini iustificando esse necessaria, sed quosdam potuisse & adhuc posse propitiatione Christi iustificari viuentes in lumine solius legis naturę, vnum deum ex mundi fabrica cognitum diligentes, & ad illum vt ad parentē orbis suspirantes & pœnitentes, quod sancita legis naturæ transgressi fuerint. Ex eo igitur, quod scriptura docet, omnes iustos esse iustificatos p̄ gratiam Iesu, id est, per misericordiam Iesu interpellātis etiam pro his qui ignorant illum, non videtur consequens esse oportere omnes iustos habere fidem in Iesu. Sed eos solum qui audierint illum. Vnde & Actuum tertio, Petrus citans prophetiam Moysi, de propheta Iesu, non docet Moysen dixisse. Omnis qui non audit prophetam illum, exterminabitur, sed futurum, inquit, est, vt omnis qui non audierit prophetam illum exterminetur, quasi volens insinuare tempore Moysi non oportuisse habere fidem tam explicitam in prophetam illum. Respondeo.

Hęc & similia sunt ex officina & reliquijs prauitatis Pelagianæ, quibus prudenter est obuiandum, ne pro defensione naturæ iniuria fiat diuinæ gratię, Dicimus igitur ꝙ docere homies per Christi sanguinem fieri saluos ac iustos, & hanc eos iustitiam a deo datam prorsus ignorare, est contra apostolum Paulum dicentem de Iudæis, Zelum quidē dei habent, sed nō secundū scientiam, ignorantes enī dei iustitiam, & suam volentes constituere, iustitiæ dei non sunt subiecti, finis enim legis charitas ad iustitiam omni credenti. Habentes eundē fidei spiritū credimus, sicut & illi. Vñ ad Rom. 1. Euangeliū est virtus dei in salutē oī credenti, Iudęo primū & Gręco. Iustitia enī dei in eo reuelat̄ ex fide in fidē, sicut scriptū est, Iustus autē ex fide viuit. Vnde hoc prgcipue agebat Apostolus in epistola ad Roman. vt super hac

fidei gratia doceret quosdam non recte intelligentes in ecclesia Romana,quę credebat in Iesum collecta ex quibusdã Iudæis, & Græcis quibusdã inter sese conflictantibus & altercantibus super proprijs operibus seu meritis ,ostendit ꝙ omnes tam Iudęos , ꝙ Græcos fuisse reos , & damnatos sub peccato,a quo non possunt iustificari nisi per vnum hominem Iesum omnis iusticię autorem,non ex operibus iusticię. Nemo implebat legem, nisi qui speraret in promisso saluatoris. Ille impleuit legẽ,inquit Ambrosius, qui a lege Moysi,peruenit ad fidem Christi. Et super hoc habes claram Apostoli Pauli doctrinam ad Galatas tertio, per totũ caput, quod ex lege nemo iustificatur apud deum. Manifestum,inquit, est,quia iustus ex fide viuit. Priusquam veniret fides,sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem,quę reuelanda erat .Omnis qui inuocauerit nomen domini saluus erit. Inuocare autem nomen domini non potest quis,nisi credat in ipsum, nec est aliud nomen sub cœlo datum hominibus,in quo oporteat nos fieri saluos. Hoc nomen domini tetragammon,quod in scriptura veteris legis vocatur nomen domini,& salutare,& misericordia,via, & veritas, & lumen, quod ex fide inuocabant omnes veteris legis iusti. Cui & Abel iustus obtulit munera , quod & Enoch & Abraham inuocauerunt. Enoch cœpit inuocare nomen domini, ædificauitque Abraham altare domino , & inuocabant ibi nomen domini. Vbi veritas Hebraica habet nomen domini tetragammõ,de quo nomine dicit Hieremias propheta. Ecce dies veniẽt,dicit dominus, & suscitabo Dauid germen iustum,& regnabit rex, & sapiens erit, & hoc est nomen,quod vocabant eum,Dominus iustus noster,siue,Dñs iusticia nostra. Vbi Hebraica veritas habet,Nomen domini Tetragammon. In nomine hoc salutem petiuerunt,quicunq; sanati fuerunt,dicentes. Deus in nomine tuo saluum me fac. Propter gloriam nominis tui libera nos . Ostende nobis domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. Vnde Abraham,Moyses,Iob,Dauid,Esaias,cæteriq; prophetæ suis sæculis Christum nondum natum in lumine fidei viderunt viuentem,redemptorem,resurgentem, iudicantem,in quo & gentes acciperent benedictionem . Cunctis diebus,inquit Iob,quibus nunc milito, expecto donec

veniat

veniat immutatio mea. Credo quod redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra resurrecturus sum, & rursus circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo deum, quem visurus sum ego ipse, & non alius quis, & oculi mei conspecturi sunt & non alius. Reposita est hæc spes mea in sinu meo. Cupiens autem hæc verba sua in perpetuum dare, ita vt non possint vlla vetustate a memoria humani cordis deleri, vult illa exarari in plumbi lamina aut sculpi in silice, docens ex spe resurrectionis, & futuræ vitæ contemnere hoc præsens seculum. Deinde & Christum fuisse reuelatum populo illi, docet saluator in euangelio. Si crederitis Moysi, crederetis vtique & mihi, de me etenim ipse scripsit. Quod & Stephanus iam baptizandus plane docet. Duræ ceruicis, inquit, & incircumcisi corde, vos semper spiritui sancto restitistis, sicut & patres vestri. Quem prophetarũ non estis persecuti? & occidistis eos, qui pronunciabant de aduentu iusti. Habes igitur spiritum sanctum sufficienter illis reuelasse aduentum iusti Messiæ, sed eos restitisse spiritui suggerenti. Moyses, inquit Paulus, maiores diuitias æstimauit thesauro Aegyptiorum, imperium Christi, aspiciebat enim in remunerationem. Item Apostolus Iudas. Commonere vos, inquit, volo, scientes semel omnia, quoniam Iesus populum de terra Aegypti saluans, & eos q non crediderunt perdidit. Omnes igitur sancti veteris legis non fisi suis operibus, sed ex fide salui facti sunt, desiderantes saluatorem, & aduentum Messiæ, hoc est Christi, nõ expectantes repromissionem temporalem in hac vita, vbi se peregrinos & aduenas esse cognouerunt, demorantes etiã, vt ait Apostolus, in terra sancta, non tanquam in patria, sed tanquam in loco peregrinationis.

Ad secũdam obiectionem, qua dicitur quosdam sic natura esse dispositos, vt non contemnerent fidem, vbi eis esset prædicata. Respondeo. Nec illi sine fide salui esse possunt, dicẽte saluatore. Ve tibi Corozaim, ve tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sydone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiã egissent. Quod tractans Augustinus in libro de prædestinatione sanctorum, docet homines ex Tyro & Sydone per naturale munus intelligentiæ fuisse credituros, si magna illa Christi

Christi opera vidissent, & audijssent facta. Nec arbitrandū est iustos illi⁹ tēporis fuisse aut nullos, aut ita paucos numero, vt vix numerum faciant. Nam & sub Helia propheta, q omnem populum Israel putabat refutatū, multi fuerant viri iusti, qui permanserunt in testamento domini, dicentis. Reliqui mihi septem milia virorum, qui non curuauerunt genua ante Baal, Ita & alijs temporibus sub alijs ꝓphetis potuerunt fuisse iusti multi numero a solo deo cogniti. Vñ & Christo iam mox nato, multi erāt iusti, vt Zacharias, Simeon, Elizabeth, Anna vidua, pastores, Chaldæi Magi veniētes adorare eum. Nec oportet omnes credidisse mysteria trinitatis & incarnationis filij dei. Errauerunt igitur Pelagius & Celestius, sic distinguentes tempora, vt hoīes ante legem fuerint iusti ex sola lege naturæ, absq; fide Iesu mediatoris. Distinguenda quidem tempora, non quibus sine Christo potuit vnquam vera esse iusticia, sed quibus fides in Christum, ex qua est vera iusticia, sua sumpsit incrementa. Fuit in omnibus iustis fides per dilectionem operās, qua deus credebatur nō solum vt creator, sed etiā vt redemptor, & saluator, qui diffinito tempore, opus illud redemptionis salutis impleret. Modus autem redemptionis, & conditio personæ redimentis, an videlicet deus futurus homo in mūdum mitteretur, per quem & redemptio implenda foret, a simplicioribus iustis potuit forsitan ad tempus ignorari. Sub lege maior facta est reuelatio, iam autem sub gratia modus redemptionis, & qualitas personæ redimentis, in omnē terram est declarata. Potest ergo fides purificans corda, quæ & per dilectionem est operans, stare sine fide explicita de Iesu Christo, & sine mysterijs incarnationis illius, & sine cognitione mysteriorum trinitatis, sed non potest stare cum huiuscemodi fidei contemptu & negligentia. Aliud est non credere in Iesum, aliud est nolle credere. Cum iā nasceretur Christus, & cum iam natus nondum suam diuinitatem declarasset, multi vixerunt iusti sola fide iustificati, quibus incognita erant non modo trinitatis, sed & incarnationis iam facta mysteria. Christum iam esse incarnatum primo fuit nunciatum Marię, deinde Ioseph & Ioanni Baptistæ, Zachariæ, & Elizabeth, de quib⁹ dicit scriptura, Erant ambo iusti in cōspectu domini. Tertio pastoribus, deinde

Inde Simeoni & Annæ viduæ. Neque est temere iudicandum omnes Iudæos præter istos fuisse impios, & absque fide. Nam & Nathanaeli, qui nondum nouerat Christum testimonium iusticię perhibet Christus. Ecce vere Israelita, in quo dolus non est, antequam esses sub ficu noui te. Inter Apostolos etiam nonnulli erant iusti antequam vocarentur ad Apostolatum, & antequam noscerent Christum. Aliud est vocare ad Apostolatum, & ad perfectionis euangelicæ statum, Aliud ad fidei gratiam. De Simone Cananæo dicit Hieronymus, quod sanctus erat ab vtero matris suę, a vino & carne abstinens. Quis audeat temere asserere Andream, Petrum, Ioannem, Philippum, Iacobum, antequam cognoscerent Iesum esse Christum in lege promissum, & priusq́ vocarentur ad Apostolatum caruisse spiritu fidei iustificātis. Iusti profecto erant, qui non ex suis meritis, non ex legis Mosaicę operibus fisi sunt sese posse iustificari, sed ex misericordia dei, & gratia illius, qui in lege per prophetas testificatus erat atq; promissus, tametsi forsitan ignorauerint gentes sic esse admittendas in gratiam illam absque circumcisione, cæterisq; legis Mosaicę operibus pręuijs, de quo & Petrus in Actis post resurrectionem dubitasse videtur. Ita non erit absurdum dicere nonnullos, qui a Christo sanitatem petebant corporalem fuisse iustificatos, priusquam crederent Iesum esse Christum in legę p̄missum, per quem deus daret remissionem peccatorum. Cæcus a natiuitate cum a Christo visum reciperet, credidit quidem illum esse prophetam, in quo virtus dei operaretur ad salutem populi Israel, & propter huiuscemodi fidei confessionem eiectus est a Iudæis foras. Quem cum inuenisset Christus, interrogat, Tu credis in filium dei? At ille. Quis est domine vt credam in illum. Cui Christus. Et vidisti eū, inquit, & qui loquitur tecum, ipse est. Et procidens adorauit eum, Ioannis tertio. Vbi Augustinus. Cæcus ante crediderat Christum tantum esse filium hominis, sed iam filium dei, qui carnem suscepit cognoscit. Vnde post incarnationem pridem iustificati, cœperunt magis ad cœlestem beatitudinem aspirare, ipso Saluatore dicente. Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant, Ioannis tertio. Quemadmodum per aduentum Christi repleta est

terra

terra scientia domini, Ita & per eiusdem Christi aduentum repleta est terra misericordia domini, & vbi non erat scientia domini, illic cœpit esse & scientia domini, & misericordia eius. Vbi autem erat scientia domini, id est fides, aucta est misericordia domini, sicuti & aucta est fides. Quemadmodum dicit Apostolus, ex fide in fidem virtus dei reuelatur in Euangelio, Et iterũ, lex pędagogus noster, inquit, fuit in Christo Iesu, vt iustificaremur ex fide. Ex lege, seu operibus legis nemo iustificatur apud deum, sed ex fide iustificatᷣ vt valeat deinceps bona opera facere, qa iustus ex fide viuet. Vnde in omnibus suis epistolis, item presertim in ea, quæ est ad Romanos, & in ea quæ est ad Galatas, Paulus Apostolus hoc agit, vt gratiam Iesu Christi sup humanum genus commendet, ostendens omnem hominem tam Iudęum ꝙ Gentilem iustificari, non ex operibus legis vllius aut naturalis, aut scriptæ, sed gratis per fidem in Iesum sine operibus, & quia male intelligentibus huiuscemodi gatiam posset occurrere, legem fuisse malam & inutilem, & non esse vlla opera bona necessaria homini, nullamq; esse humanæ voluntatis vim, quæ bene & male valeat operari, & ita deũ nõ rediturũ vnicuiq; secundum opera sua. Idcirco Apostolus huiuscemodi gratiam expositurus, volens male intelligẽtibus occasiones huiuscemodi errorum amputare, eandem suam doctrinam sic modificauit, vt in commendanda fidei gratia passim ostendat legem non fuisse neq; malũ neq; peccatum, sed indicasse peccatum. Non autem potuisse auferre peccatũ, atq; ita in eadem lege fuisse quidem iustitiam, homines iustos, sed iustitiam hanc non fuisse per legem illam eundemq; esse hominem, qui voluntate sua nunc bene, nunc male operatur, sed eum non posse operari bene priusꝙ fuerit fide iustificatus, & opera quędam esse bona, & quędã mala, deumq; vnicuiq; esse redditurum secundum opera sua. Et hęc tanꝙ quædam fundamenta sunt supponenda ad intelligendam doctrinam Apostolicam, super qua & diuus Augustinus (quemadmodum supra dixim⁹) volumen quoddam edidit intitulatum de fide & operibus, in quo plane demonstrat ex scripturis sacris Apostolum cũ docet hominẽ iustificari per fidem sine operibus, non hoc agere vt percepta ac professa fide, opera negligantur, sed vt sciat se quisq; per fidem

dem posse iustificari, etiam si legis opera non præcesserint. Sequuntur enim fidem, nō pręcedunt opera bona, quę quidem necessaria sunt iustificatis, vt in iusticia semel accepta permaneant. Sed anteq̃ fidem haberent, nulla ipsorum opa bona erant. Multa sunt hominum credētium merita bona, sed vt initijs quibusdam fidei inciperent credere, nulla fuerunt ipsorum merita, fides datur, vt posset esse principium meritorum, omniumq; orationum, ac inuocatiōnū nostrarū.

¶ *Sequitur quartum huius partis membrum, de errore quarto circa fidem.*

IAM vero demonstrandum est, q̃ inopinabile sit arbitrari fidem per quam peruenit in vnumquemq; fructus passionis Christi esse eam, qua quisq; certissimo credit sibi p Christi meritum peccata esse remissa. Iādudum vulpes inerauit ecclesiam contra omnium sanctorum patrū dogmata, docens absolutionem sacerdotis esse efficacem, non quia fit, sed quia creditur. In pœnitētia, inquit, fortiter credas te absolutum esse, & veracissime absolutus eris, etiam si per impossibile confessus non sis, vel contritus, aut sacerdos nō serio, sed ioco absoluat, si tamen pœnitens, credis te absolutum esse, verissime absolutus es. Sed hunc errorem refellere nō est difficile. Nam aliter animus vere Christianus quisque verba dei credit vera esse, aliter credit sese iustificatum esse, & remissionem peccatorum accepisse. De sese suaq; iustificatione quisq; scrupulum, rationalem metum, mentisq; trepidationē iusta ratione potest habere, & vtrum omnino iā sit dignus deo, potest seipsum latere, quemadmodū Paulus nihil sibi conscius, non propterea ausus fuit asserere se esse iustificatū. Nihil, inquit, mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Paucorum hominum vox esse potest, Nihil mihi cōscius sum, sed omnium vox est, In multis offendim⁹ omnes. Iam si dixeris, Gloriari licet testimonio conscientię nostræ, dicente apostolo Paulo, Gloria nostra hęc est, tēstimonium conscientæ nostræ.

Respondeo hoc ipso conscientiæ nostrę testimonio, nō minus oportet nos humiliari trepidantes, ne forte deuiantes hoc testimonium conscientiæ nostræ sit non secundum

fidei spiritum, sed secundum sensum nostrum, siquidē testimonium conscientiæ nostræ, quod est gloria nostra, est in nobis testimoniū spiritus sancti, facientis nos humiles semper, & pauperes, & obedientię filios, de quo Apostolus, Ipse spiritus reddit testimoniū spiritui nostro, q̄ sumus filij dei. Et ideo q̄uis nō foris ab hominibus debeamus testimoniū iusticię quærere de nobis, sed intus in cōscientia nr̄a coram deo, tñ & hic rursus timendū est, ne quisq̄ apud seipsum fiat sibi placens in conscientia, & quasi de testimonio consciētiæ suę glorietur superbus, atq̄ ita debet quisq̄ cum timore & tremore exultare in suæ conscientiæ testimonio. Nam et ipse iustus, qui in spiritu dei ambulat, nequaquam permanet in eodem statu, neq̄ persistit immobilis in actu rectæ fidei & charitatis, & nunc accidia vel desidia afficitur, nūc carnis lubrico pulsatur, nunc vane lætatur, aut mœrore deijcitur. Hoc conscientiæ testimonium non sic, inquit Bernardus, intelligendū tāq̄ ipsa sibi conscientia attestet, quēadmodum superbus ille Pharisæus ex testimonio humanæ suæ conscientię dicebat, Gratias tibi ago domine, quia non sum sicut cæteri hominum, raptor, fur, aut adulter, velut etiam hic Publicanus, ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quæ possideo. Non enim qui seipsum commendat, probatus est, sed quem deus commendat. Sed testimonium conscientiæ illud est intelligendum, quod loquitur spiritus veritatis in ipsa perhibens testimonium spiritui nostro, quod sumus filij dei. Hic spiritus inhabitans in conscientia iusti, pusillanimitatem nostram sua consolatur attestatione. Nam & si possem dicere cum Paulo, quod quidem longe a me est. Nihil mihi conscius sum, non tamen in hoc me esse iustificatum oporteret me gloriari, & ideo neq̄ meipsum iudico, quia nec ipse me satis intelligo. Sub tam intimo secretorum inspectore, quis gloriabitur castū se habere cor? Neq̄ ipsa cōscientia semetipsam plane noscit, neq̄ de toto in sese iudicare potest, quę nō se totā cognoscit. Et ideo non de sese ratam & firmam audet proferre sententiam. Neque ipse Paulus credidit se totum conscientię suæ. Nam cum diceret, Mihi autem pro minimo est, vt a vobis iudicer, aut ab humano die, adiecit, sed neque meipsum iudico. Quare? q̄m nihil, inquit, mihi conscius sum, sed non in hoc iustifica

iustificatus sum. Qui autem iudicat me, dominus est, cuius etiam scientiam non effugit, quod propriam meam latet conscientiam. Fides ergo, qua quis firmiter credit, aut arbitratur se esse iustificatum, plerumq; est præsumptuosa, et superba, neq; iustificato, neq; absolutioni sacramẽtali est necessaria, neq; est vera fides Christiana, quam cõmendat scriptura euangelica. Plærumq; enim hæreticus suo errori tã firmiter adhæret, atq; tam firmiter credit se esse iustificatum, q̃ firmiter adhæret catholicus veris scripturæ sentẽtijs, aut veræ fiduciæ, spei veniæ & remissionis peccatorũ. Verũ quidem est, q de misericordia & potestate dei dubitare non possumus, certissima etenim fide credere debemus remissionem peccatorũ fieri in ecclesia per eos, quibus dictum est, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorũ retinueritis, retenta sunt eis. Atq; ita tenemur fide indubitata credere, ea peccata remissa esse apud deũ, quæcũq; sacerdos remiserit ac soluerit, sed non tenemur sic certissima fide credere, q huic, vel illi peccata remiserit, q hũc vel illum absoluerit. Nã quemadmodũ sacerdos, iuxta Pauli doctrinã, potest temere manũ alicui imponere, Ita & ipse pœnitẽs potest temere absolutionẽ accipere, temereq; credere se absolutũ esse. Potest igitur quispiã vere esse particeps meritorũ Christi, vereq; absolutus esse a peccatis, et iustificatus, adhuc tamen trepidans, dubitans, aut suspicãs se nondũ esse vel iustificatum, vel absolutum coram deo. Manifestum est, q bifariã, alterũ dicitur altero certius. Vno quidẽ modo, ꝓpter certitudinis causam. Altero ꝓpter mentis inhæsionem firmiter adhærẽtis illi tanq̃ rei certæ. Secundũ causam certius dicitur, q causam habet certiorem. Cum ergo fides quæ iustificat, sit inspirata a deo certissima, & infallibili veritate, conseqnens est fidem, ex qua homo iustificatur, esse certissimam. Nihil enim potest esse certius dei verbo, nihilque certius verbi diuini fide, qua iustificatur homo, sed hanc fidem inspirari ac fluere a deo, nemo aut videre, aut euidenter cognoscere potest. Verum quidem est, quod verus Christianus quisq; credens & pœnitens certissimo nouit & experitur in corde suo sese credere in Christum, & sese fidere peccata sibi esse remissa, seseque pœnitere atque dolere de commissis, quemadmodum quisq; magis nouit dilectionẽ qua diligit,

q̄ deum aut fratrem, quem illa dilectione diligit, vt inquit Augustinus, sed non ideo sequitur hominem iam fide, atq; interiori pœnitentia iustificatum certissimo aut scire se iustificatum esse, aut euidēter percipere peccata sibi esse remissa, aut sese omni dubitatione semota, oportere credere se, aut iustificatum esse, aut peccata sibi esse remissa, quia neq; euidenter aut certissimo scire potest, neq; firmissime credere tenetur motum illum credulitatis, quem experitur in se fluere ex irradiatione seu illustratione primę, & infallibilis veritatis, quemadmodū diligens deū propter ipsum, nō ꝓpter semetipsum, certissimo nouit dilectionem, qua diligit, sed tamen non certo nouit eam esse dilectionem charitatis diffusæ per spiritum sanctum in corde suo. Hunc sensum intimauit Christus, Ioannis tertio. Spiritus vbi vult spirat, vocem eius audis, & nescis vnde veniat, aut quo vadat, tāq̄ dicat, Certissime quidem audiendo intus sentis diuini spiritus inspirationem, sed nescis certo vnde veniat. i. originem eius, aut quo vadat. i. terminum quo tendat. Quis igitur habere fidem & charitatem sit necessarium ad salutē, nō tñ est saluti necessarium, aut certissimo scire, aut firmissime credere se habere fidem, & charitatem iustificantem. Aliud est credere Christum saluatorem esse mundi, omnemq; hominem gratis iustificari ex fide. Nam hæc est fides catholica, de qua dubitare aut trepidare non licet. Aliud est credere se saluum esse factum & iustificatum per fidem in Iesum. Nā hæc non est catholica fides, & idcirco neq; peccat recenter conuersus peccator, qui dubitat, aut trepidat ne forte sint peccata sibi remissa, præsertim propter suspiciones obicis, ac impedimenti ex consideratione vitæ suæ, ideoq; pœnitens in exordio conuersionis suæ adhuc ingemiscit, adhuc postulans, adhuc orans procūbit in terram cū Publicano, dicens, Deus propiti⁹ esto mihi peccatori. Proinde & certa fiducia pacis, & consolatio remissionis peccatorum, non semper adsunt in ipso iustificationis momēto. Vñ & orantes plęrūq; impetramus quod petimus, q̄uis timeamus, trepidem⁹, aut dubitemus nos exauditos non esse, sicuti & ipse Iob de se, inquit, Cum inuocantem exaudierit me, non credo quod audierit vocem meā, Iob. 9. Et tñ scripturæ sacrę designant fidem in orationibus nostris esse necessariam, quemadmodū ait

ait Christus. Quicquid orantes petieritis, credite quia accipietis, & eueniet vobis, Marci vndecimo, & Matthæi. 21. Si habueritis fidē, et non hęsitaueritis, nō solū de ficulnea facietis vt arefiat, sed & si mōti huic dixeritis, tolle & iacta te in mare, fiet. Plærumq; igitur ex fide orantes exaudimur, et tamen non experimur nos exauditos esse. Verum si taliter & secundum eam fidem petamus, secundum quam Christ⁹ nos orare docuit, vnum indubitanter e duobus, inquit Bernardus, sperare possumus, quoniam aut dabit quod petim⁹, aut quod nobis nouerit vtilius. Nos enim quid oremus, sicut oportet, nescimus, sed miseretur ille super ignorantiam nostram, & orationem benigne suscipiens, quæ nobis aut omnino non sunt vtilia, aut non tam cito dari necessaria, minime tribuit, sed propter vtilitatem nostram differt, oratio tamen infructuosa non erit. Spiritus ergo sanctificans corda nostra, & si plærumq; agat remissionem peccatorum, nō tamen mox operatur intus pacem, & tranquillitatem conscientiæ, aut consolationem super hac remissione peccatorū, tanquam iam sit facta. Verum quidem est Christianū quemq; volentem assequi remissionem peccatorū certissimo fidere in sanguine Christi, & illum statuere sibi firmissimā, atq; certissimam spem veniæ & indulgentiæ. Sed motus iste fiducię, est motus spei, nō fidei catholicę, iuxta Pauli Apostoli doctrinam, fides, spes, charitas, tria sunt distincta diuini spiritus charismata, quamobrem & distincta sunt huiusmodi charismatum officia. Ex supra dictis igitur liquidum est fidem, qua iustificamur esse fidem non mortuā, sed viuam. Hæc fides est, quæ vincit mundū, fides nō otiosa, qua quis credit in eum, qui iustificat impium, quæ & socias habet certam fiduciam spei, motum dilectionis, displicentiā impietatis seu veteris vitę. Qua etenim ratione possit te saluare fides, qua credis Iesum pro peccatis tuis diluēdis mortuum esse, nisi & tu oderis illa, pro quibus talem ipse Iesus, ac tam duram passus est mortem. Porro quod possit esse fides quædam informis, id est, mortua, & absque spirituali vita, manifestum est ex sententia Apostolorum Iacobi & Pauli, aliisq; scripturis, quibus significatur, quædam fides posse sine charitate esse, sed sine charitate ad salutem non prodesse, quemadmodum ait Paulus, Si habuero,

tem non

inquit, omnem fidem, vt montes transferam, charitatem au tem non habeam, nihil mihi prodest. Non omnis qui dicit mihi, domine, donine, intrabit in regnum cœlorum. Item multi dicent mihi in die illo. Nonne in nomine tuo dęmonia eiecimus, et cæt. Inter tria que numerat Paulus fidem scilicet, spem, & charitatem, Ipsam fidem, verum spiritus sancti donum, posse esse sine charitate ex scripturis intellexerũt ecclesiastici patres Cypria. Hiero. Augu. Ambro. Ab his columnis difficile, inquit Bernardus, auellor, Cum his inquam aut errare, aut sapere, fateor credens, & ipse sola fide hominem posse saluare cum desiderio percipiendi sacramenti. Verum sicut per nullã pœnitentiã remittitur peccatum ei, qui cũ potest nõ restituit ablatũ, sic & huic nulla proderit fides, si cum possit non percipit sacramentum, quamq̃ & fidẽ cõuincitur nõ habere perfectam, si negligit. Vera eni & plena fides vniuersa complectitur præcepta. Hęc Bernardus ad magistrum Hugonem de sancto Victore, epistola septuagesima septima. Item in homine iam lapso in mortale peccatum esse fidem, per quam potest habere aquam, seu impetrare gratiam, docet Hieronymus super illo verbo Matthęi. Qui ceciderit super lapidem istum. Insuper geminam esse fidem, Vnam operantem per dilectionem quę iustificat. Alteram vero operantem per timorem pœnæ.

Habes apud Augustinum ex scriptura sacra hoc deducentem in libro de spiritu & litera, capite trigesimosecũdo. Potest ergo permanere fidei donũ in eo, qui labitur in peccatum mortale, Neq; eni Christianus quisq; mox vt in crimen prolapsus fuerit, fit aut hæreticus, aut apostata, aut infidelis. Fuit fides per dilectionem operãs in iustis ante aduentum Christi, sed non sic vt nunc est distincta de my sterijs & articulis per ipsum Christum & illius apostolos, atq; illorum successores iam per vniuersum mundum prædicata. Fides ergo sine operibus antecedentibus iustificat, sed non sine voluntate in posterum bene operandi, cum tempus fuerit operandi. Proinde deus ipse in scripturis a nondum credentibus non opera, non obseruantiam mandatorum, sed fidem exegit, quia sine fide non prodessent ad salutem. Ab his autem qui iam credunt, non fidem

dem solam, sed opera & mandatorum exegit obseruantiam, Iam fidē quandam de vita ęterna, & de iustitia illius habebat adulescens ad quem dicebat Christus, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.

¶ *Aliud membrum, in quo supra dicta de fide ex scripturis sacris ostenduntur.*

QVATENVS autem ostendamus nos non deuiare vspiam ab apostoli Pauli doctrina, breuem faciemus super hac re epilogum Epistolę ad Romanos. Nam vt inquit venerabilis Augustinus ad Sixtum, Paulus scribens ad Romam caput orbis gratiam, illam commendauit, quæ est caput, fundamentum, & initium gratiarum, a gratia fidei exordiens. Gratias, inquit, ago deo meo, quia fides vestra annunciatur in vniuerso mundo, desidero videre vos, vt aliquid vobis gratiæ impartiar ad fidei ędificationem, ad confirmandos vos, hoc est vt mutuo consolemur ex concordia & vnitate fidei, quæ & in vobis & in me est. Omnibus debitor sum euangelizare. Nec erubesco euangelium, quod virtutem dei continet ad salutem omni credenti. Siquidem iustitia dei, hoc est quæ a deo est, & qua iustificatur homo pridem abscondita, iam manifestata, in euangelio, declaratur esse non ex operibus, sed ex fide, in fidem. Ex fide, inquam, qua credebatur futurum esse, in fidem, qua nunc creditur impletum esse sicut scriptum est, Iustus ex fide viuit, & quemadmodum gentibus sine huiuscemodi fide neq; lex naturæ, neq; philosophia, qua ex creaturis deum cognouerunt profuit, quo minus in omne genus vitiorum laberentur, traditi in reprobum sensum, in desideria cordis, in passiões ignominię, eo quod deum, agnitū, nō vt deū coluerunt, ita & absq; fide non profuit Iudęis ad salutem, neq; lex data, neq; circumcisio, neq; aliud opus quoduis, quandoquidem nec isti legem habentes, nec illi legem non habentes acceptam legem seruauerunt.

Et sic

Et idcirco vtraqꝫ gens secundum duritiam cordis sui accumulauit super se iram dei. Nam ira, tribulatio, & augustia in omnem hominis animam operantis malum, Iudaei primum & Gręci, Gloria autem & honor, & pax omni operāti bonum, Iudaeo primum & Graeco. Neqꝫ enim satis est audire vel cognoscere legem, vt iustus & factor legis dicaris. Sed opus est iustificari vt iustus & factor legis esse possis. Neqꝫ gentes, quae legem Moysi non habent prorsus sunt sine lege. Nam ipsae sunt sibi lex, & naturaliter ea quae legis sunt faciunt. Naturaliter, inquam, id est, per naturam ex gratia fidei iustificatam, gratiaqꝫ adiutā, vt patet in Iob & in gentibus ad fidē conuersis. Et hac certe ratione nō ē Iudęo cā gloriandi aduersus gentiles, quod sit Iudęus circumcisus, Nam circumcisio prodest ad remissionem peccatorum, si corde circumcisus in spiritu fidei, intus iustificantis, deinceps legem seruaueris. Quod si praeputium, id ē gentilis non carne sed spiritu, supple, fidei circumcisus, custodiat iustitias legis, fructum verę circumcisionis habebit, quia vera circumcisio, fructificatio ad salutem, non in carne fit, sed spiritu dei iustificantis, & pręscindentis membra vitiorum .i. praua desideria. Deinde capite tertio cōtra dicta quasi opponēs. Quid ergo, inquit, amplius Iudęo est, aut quę vtilitas circumcisionis, ac si dicat. Hęc quae diximus si vera sunt, & ad salutem non sufficit, neqꝫ lex data, neqꝫ circumcisio, sed ad salutem proficit interior cordis circumcisio ex spiritu fidei etiam in gentibus non circumcisis carne. Quid ergo amplius aut est promissum, aut datū Iudęo ꝙ gentibus, quae est vtilitas corporalis circumcisionis? Si opus est circūcisione cordis, & illa sufficit ad salutē.

Hoc soluens Apostolus docet primū, multo amplius fuisse Iudaeo ꝙ gētili. Secundo vtilitatē fuisse circūcisionis. Primum quidē, quia commissa sunt Iudaeis eloquia dei, id est peculiariter loquutus est illi populo per legē & prophetas, docens & promittens viam iustitię, docens morbū & demonstrans medicum. Neqꝫ obstat diuinae promissioni, neqꝫ officit credentibus, quosdam ex Iudęis non credidisse. Nam & ipsorum incredulitas non poterit irritari fidem dei, id ē veracitatē & fidelitatem promissionis diuinę, quamuis enim omnis homo sit mendax atqꝫ ita indignus,

cui

cui deus faciat id quod promittit, ipse tamen deus est verax in promissionibus implendis, nec frangit promissionem propter peccata hominis, quẽadmodũ etiã Dauid testatur promissionem dei esse verissimam, cum orat. Tibi soli peccaui, & malũ coram te feci, tamen miserere mei, non propter me, quia indignus sum; sed propter te, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Sed hic iterum si dixerit quispiam iniquitas nostra si iustitiam dei commendat ita, vt ex peccatis nostris fidelitas, iustitia, seu veracitas dei promittentis fiat illustrior, magisq́ commendabilis, ergo iniquus est deus, qui infert nobis iram propter iniquitatẽ nostram. Absit (inquit Apostolus) hæc cogitatio a cordibus hominum. Neq; enim deus vult peccatum esse, vt iustitia sua magis appareat. Nẽpe deus si vellet homines peccare, quomodo iudicaret hunc mundum propter peccatum? Iustitia seu veritas dei permittentis si per meum mendacium facta sit gloriosior & illustrior, atq; hoc fine velit me deus mendacem esse, Quid adhuc ego si mentior tanq̃ peccator & malefactor esse iudicor, aut mihi imputatur? Cur non facimus sicut quidam aiunt nos dicere, faciamus mala vt bona veniant. Non vult ergo deus peccatum existere ad commendandum iustitiam fidelitatis & promissionis suæ, sed peccato voluntate hominis facto vtitur deus ad declarationem suę iustitiæ simul & misericordiæ. Apostolus deinde quasi sibi opponẽs in persona Iudęorum, subdit. Quid ergo dicemus nos Iudęi? præcellimus ne ipsos gentiles? Et respondens declarat ex vtroq; populo sine lege fidei omnes peccato esse obnoxios, ex vtroq; rursus populo omnes iustos æqualiter ex fide esse iustificatos sine legis operibus & sine operum meritis. Nequaq̃, inquit, pręcellimus eos, causati enĩ sum⁹ oẽs sub peccato esse tã Iudęos q̃ Gręcos, sicut scriptũ est. Omnes declinauerũt simul inutiles facti sunt, ita vt omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus deo tãq̃ medico, quia ex operibus legis siue naturalis siue Mosaicę nemo iustificatur, Per legem enim tam positiuam a Moyse datam, q̃ naturalem solum cognitio fit peccati non remissio, non iustificatio. Nunc autem sine lege iustitia dei est manifestata, quæ olim erat testificata a promissa in lege & prophetis. Et hæc est iustitia dei, qua & remittuntur

peccata, fit ex fide Iesu Christi super omnes tam Iudæos, q̃ Græcos, qui credunt in eum, Non enim est distinctio. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria & gratia dei iustificantis. Omnes igitur, quia obnoxij sunt peccato tã Iudæi, q̃ Græci. Omnes insuper iusti, quia æqualiter ex fide sunt iustificati, consequens est Iudæos propter legem factorum seu operum, non habere causam gloriandi, nec in operibus legis suæ, nec in factis suis, cum per legem fidei adempta sit ipsis omnis gloriandi causa, aut in se, aut aduersus alterum. Arbitramur enim hominem iustificari per fidem sine operibus legis, quẽadmodũ & alibi ait, Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos fecit nos. Hæc autem dicentes, non destruimus legẽ, quasi lex fuerit Iudæis otiosa & inutilis, sed magis statuimus, conseruamus, & stabilimus illam, dum docemus esse facta, quæ olim fuerant sub vmbris & ceremonijs legis promissa. Deinde capite quarto ostendit neminem iustificari propter vlla opera absque fide, qualitercumque etiam fuerint. Et primum adducit exemplum de Abraham, qui legitur quidem iustificatus, sed non erat iustificatus ex operibus, non ex circumcisione, quia iustificatus erat antequam circumcisio erat data Abraham, si ex operibus iustificatus fuit, habet gloriam nõ apud deum, sed solum apud carnales homines, hoc autem falsum. Nam habet gloriã apud deum, dicente scriptura, Credidit Abraham deo & reputatum est illi ad iustitiam. Reputatum dico, cum adhuc esset in præputio & incircumcisus. Accepit autem circumcisionem, non quæ iustificaret ipsum, id est, quæ ex impio iustum faceret eum, sed quæ signaculum esset iusticiæ fidei, qua iustificatus erat, priusquam circumcideretur, vt esset pater non solum circumcisorum Iudæorum, sed omnium gentium credentium. Et tandem ex omnibus concludit, quemadmodum peccatum Adæ est vniuersale omnibus, q ex Adam propagati, facti sunt mortis obnoxij, Ita & iusticia Christi est vniuersalis omnibus, qui ex Christo renati sunt & viuificati. Itaque sicuti per vnius delictum in omnes homines, in condemnationem ẽ progressum, sic per vnius iusticiam in omnes homines in iustificationem vitæ.

tæ. Sed non ſicut delictum, ita & donum. Non ſicut per vnum hominem peccatum, ita eſt per vnum hominem donū. Nā ab Adam in quo oēs ab illo propagati peccauimus, nō omnia noſtra peccata, ſed tantummodo originale peccatum traxim⁹. A Chriſto vero, in quo renati omnes iuſtificati ſumus, non illius tantum originalis, ſed & cæterorum, quæ noſtra voluntate adiecimus, peccatorum remiſſionem conſequimur. Et ita iudicium ex vno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iuſtificationem.

Vides igitur Apoſtolum loqui de iuſtificatione, qua ex impio fit iuſtus, qua ex Adam natus, fit in Chriſto renatus. Hæc iuſtificatio non fit propter antecedentia hominum opera vlla bona. Fide adueniente omnia peccata gratis remittūtur ſiue plura, ſiue pauca, ſiue parua, ſiue magna ſint.

Et ita in hominibus fide iuſtificatis, vbi abundauit delictum, ſuperabundauit gratia, abundantior enim & copioſior fit miſericordia, vbi grauiora & plura remittuntur peccata. Paulus igitur cum ſic fidem commendaſſet, qua homo iuſtificatur gratis abſque operum ſuorum meritis, eo quod ante fidem non poſſunt eſſe neq; opera bona, neq; vlla merita. Mox in principio capitis ſexti pręfatus duas hęreſes deſtruit & ſuffodit. Poterant enim Paulum non intelligentes dicere & ſecum cogitare. Si ſola fide gratis iuſtificatur homo abſque operibus legis, abſq; operum meritis. Inſuper ſi vbi abundauit delictum, ibi abundauerit & gratia. Non eſt ergo opus pœnitere, & odiſſe peccata, non eſt opus opera facere bona, & abſtinere a malo, ſi fidem teneamus, iuſtificati ſumus, maneamus potius in priſtinis peccatis, & etiam atque etiam deinceps peccemus, vt copioſior & nobis affluat gratia. Pręuidens itaque Paulus talem futuram hęreticorum inſaniam, qui dicerent hominem iam ex fide iuſtificatum poſſe ad ęternam peruenire ſalutem abſque diſplicentia veteris vitę, abſq; operibus bonę vitę. Mox huic ſtolidę opinioni occurrit, plane oſtendens hominem iam ex fide iuſtificatum, oportere bona operari, pugnare & recedere quotidie a peccato, fortiterq; reſiſtere tentationibus, & non accommodare mēbra ad opus vllū iniquitatis.

Quid ergo dicemus, inquit, manebimus in peccato vt gratia abundet? Absit, inquit, supple a cordibus nostris tam insana cogitatio, vt iam iustificati velimus manere in peccato. Qui enim mortui sumus in peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? Cum Christo resurgente in nouitate vitę ambulemus, & vltra non seruiamus peccato. Non regnet peccatum in corpore vestro, vt obediatis concupiscentijs eius. Quemadmodum exhibuistis membra vestra seruire immundicię & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iusticiæ, & infra. Si secundum carnem vixeritis, moriemini, si autem spiritu, carnis facta mortificaueritis, viuetis. Nolite conformari huic sæculo, Benedicite, & nolite maledicere. Omnis anima potestatibus sublimioribus sit subdita, non solum propter iram, sed & propter conscientiam. Reddite omnibus debita. Cui vectigal, vectigal, cui honorem, honorem, & alia id genus innumera sunt scripturarum documenta, quibus demonstratur homini Christiano ad assequendam vitam æternam etiam necessaria esse opera bona, cum dicat Paulus deum reddere vnicuique secundum opera eius, plane docens, hominem quidem iustificari gratis, gratis, id est, sine operum suorum meritis, & nihilominus eundem hominem iam iustificatum oportere operari, quia deus iustus est iudex. Officium autem est iudicis, reddere vnicuiq; secundum opera eius. Tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum, Iudæi primum & Græci, gloria autem & honor, & pax omni operanti bonum, Iudæo primum & Græco, non quod aut Iudæus, aut Græcus possit absque fide operari quicquam boni, sed quod vtrique bene ex fide operanti præmium dabitur, gloria, honor, & pax.

Vides Paulum Apostolum ad Romanos plane docentem, deum in hac vita iustificare hominem, non propter opera, sed gratis ex spiritu fidei, sed in die iudicij premium dare vnicuiq; secundum opera, Alioqui quo modo stabunt sententię Apostoli in vna eadem epistola simul deum iustificare hominem gratis sine operibus, & eundem deum in die irę & iusti iudicij sui reddere vnicuiq; secundum opera eius, Iudæo primum & Græco. Homo itaq; quamuis non propter opera iustificatur, tamē iā iustificatus

catus

catus, propter opera quæ in hac vita gessit, in futura vita prçmia assequetur. Iustificatio, qua ex impio homo fit iust⁹, gratis fit absq; operum meritis. Sed redditio mercedis in futura vita, fit secundum vniuscuiusq; opera. Fides gratis datur absq; meritis, vt ipsa posset esse principium meritorum. Nihili facit quidem Paulus in superbis Iudæis opera legis, quç videntur laudabilia esse, nihilominus tñ & commendat opera. Nihil quidem facit opera quæ ante fidem sunt, commendat autem ea quæ ex fide fuerint. Omne enim quod non ex fide est, peccatum est, Iustus ex fide viuit, id est ex fide mores suos & conuersationes componit, faciens opera spiritualis vitæ. Apostolus ergo cum dicit, non auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur, non contra seipsum loquitur cum in eadem epistola dicit. Arbitramur hominem iustificari per fidem sine operibus legis. Illud etenim dicens, non designat homines ideo iustificari, quia sunt factores legis quasi homines ex impijs fiant iusti propter opera, sed quod audire solum legem, seu accipere legem, non facit hominem esse iustum apud deum, sed & oportet legem auditã non prçterire, oportet & exequi & seruare illam. Ad recte autem, seu iuste faciendum, aut seruandum legem opus est iustificatione. Proinde secundum Augustinum, quod dicitur, factores legis iustificabuntur sic dicitur, quemadmodũ nos dicimus hoẽs creabuntur, non ꝗ hi qui iam hoĩes sunt, creabũtur, sed quod per creationẽ incipiẽt homines esse, q priꝰ non fuerant homines, Ita factores legis iustificabuntur, id est, per iustificationem incipient esse factores legis, q antequam iustificarentur factores legis non erant, quemadmodum creatio non accidit hominibus, sed præcedit ipsos, vt sint homines, Ita iustificatio non accidit factorib⁹ legis, sed antecedit eos, vt possent legis esse factores. Quemadmodum si diceremus, Egroti non qui solum audiunt verbum medici sani sunt, ita vt ambulare possint, sed qui erunt ambulantes, sanabuntur, id est, sanatione opus est, vt sint ambulãtes. Proinde antiquum & robustum morem sancta tenet ecclesia, ad fidei sacramẽtum non admittere quempiam, nisi abrenunciaret satanæ, & omnibus operibus eius.
Ad participandum ergo fructum passionis Christi, quo ex impijs

impijs efficiamur iusti,non sufficit qualiscumque fides,sed oportet vt adsit voluntas,qua hominem ita pœnitet veteris vitæ,vt velit nouã inchoare vitã,vt fidẽ sine operum meritis inchoatam comitentur merita bona, si tempus adsit operãdi,alioqui fides qualiscũq; sit non poterit saluare illũ.

Cæterum & hic pro intellectu doctrinæ Apostolicæ, non est silentio prætereundum,quod hactenus plæriq; credentes in Christum fuerunt sic simplices in Christianę fidei rudimentis,vt ex supra dicta doctrina Apostoli dicentis ad Romanos. Arbitramur hominem iustificari gratis ex fide sine operibus legis propter adiectum genitiuum legis intelligerẽt,verum vtriq; esse neminem iustificari ex operibus legis Moysi,id est ex ceremonijs & legalibus pręceptis illis. Verumtamẽ hominẽ iustificari ex operibus legis decalogi obseruatis secundum solum lumen rationis internæ. Sed horum sentẽtiam falsissimam non est difficile refellere. Nam genitiuus legis ab apostolo Paulo non est adiect⁹ ad designandum hac in re diuersitatem inter opera legis Moysi & opera legis naturæ,sed adijcitur singulariter propter Iudæos,qui aduersus gentes gloriabantur in lege sibi a deo data,tanq̃ ex illa esset iustificatio,& peccatorum remissio,aut tanq̃ illa esset necessaria ad perueniendum in gratiã & merita Christi. Vnde vtriq; sententiæ contradicit Paulus. Nam si ex fide iustificatur homo & id quidem gratis, ergo sine meritis qualiumcumq; operum tam legis naturæ q̃ legis Mosaicę. Absq; fide in Iesum nullum potest esse hominis meritum. Vnde & huius consideratione venerabilis Augustinus in libro de spiritu & litera tradit,Non solum legem Moysi, sed & legem decalogi absq; spiritu fidei esse literam occidentem.

Quod enim Apostolus addidit genitiuum legis dicens sine operibus legis, nõ hoc voluit significare a contrario sensu, quod interdum homo iustificatur non gratis, vt quasi ex alijs operibus, quæ sunt legis naturę, non legis Moysi possit homo iustificari. Nam & hanc sententiã prorsus destruit processus Pauli hoc precipue agentis,vt doceat omnem hominem,tam Iudæum,q̃ Gręcum ex fide iustificari gratis,id est sine vllis operum meritis. Vnde neq; in omnibus sententijs adiecit genitiuũ legis. Nam& alibi

dicit

dicit nō ex operibus iustitiæ, quę fecimus nos, sed secundū suam misericordiā saluos fecit nos, hoc est ex impijs nos fecit iustos, nō propter vlla iustitię opera nostra, quēadmodū & in alio loco, inquit, Gratia saluati estis per fidem & hoc non ex vobis. Dei enim donum est, non ex operibus. Proin de vis non est facienda, si inueneris interdum sanctos dicere hominem iustificari ex sola fide, intelligendum est dictionem sola excludere opera, quæ sunt iustificationis merita. Perinde enim est, homo iustificatur gratis sine operibus tanꝙ meritis, & homo iustificatur ex sola fide.

Iam ergo si dixeris. Ad iustificationem impij semper necessarium esse motum liberi arbitrij credentis in Iesum & pœnitentis veteris vitę. Credere autem & pœnitere sunt opera quędam, ergo ex operibus quibusdam & non ex sola fide iustificatur homo, Respondeo vtique verum esse non ex solius fidei motu hominem iustificari, vt probat argumētum, sed manifestum esse consequentiam nō valere, si intelligamus homines impios ex motu fidei, & motu internæ pœnitentię tanq̄ ex merito fieri iustos. Vnde homo credens euangelio cum pœnitentia veteris vitę ex impio quidem fit iustus. Verum non meretur ex illis motibus fieri iustus, sed sunt motus illi præparationes quædam ad suscipiendam iustificationis gratiam. Et ideo tametsi absolute diceret Apostolus hominem iustificari sine operibus, non esset accipiendum, quod in iustificatione impij nullum sit opus hominis. Nam & credere & pœnitere veteris vitę, abrenunciare sæculo, velle vitam mutare in melius, sunt opera quædam liberi arbitrij diuinitus attracti atq; pulsati.

¶ *Sequitur huius capituli pars tertia de operibus fidei homini iustificato necessarijs.*

NE quispiam ex scripturis sacris de fide, quibus dicitur, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Item omnis spiritus qui confitetur Christum in car

nem

nem venisse ex deo est,& id genus alijs, quibus sola fides commendatur,sumat sibi laxamentum peccandi, existimās per fidem fructum passionis Christi ita permanere apud vnumquemq; credentem,vt arbitretur nefanda illa crimina, qualia qui agunt regnum dei non possidebunt; quotidie perpetrāda,per fidei motum,aut per eleemosynas quasdam,aut quotidianam orationem dominicam quotidie remitti, aut saltem post vitam hanc tolli ab omni homine,modo in corde suo custodierit fidem de Christo mediatore,qui apud deum patrem est propitiatio pro peccatis totius mundi.Consideranda sunt apertissima testimonia Pauli hanc hęresim confutantis. Manifesta,inquit,sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio,immunditia,impudicitia,luxuria, contentiones, iræ,rixę, dissensiones,æmulationes,commessationes, ebrietates,& his similia, quibus numeratis tāquam pius pastor, deplorans supplicium,imminens actoribus huiusmodi scelerum,continuo adiecit,de quibus,inquit,prædixi vobis,et nunc flens dico, quoniam qui talia agunt,regnum dei non possidebunt. In hac epistola,sicut & in cæteris non gentilibus & paganis, qui foris sunt, sed conuersis iam fidelibus, aut in Christo regeneratis loquebatur Apostol⁹,aperte insinuans etiam Christianos,si huiusmodi committant crimimina,damnandos fore. Insuper ne quispiam vane deceptus opinetur,non eos, qui horum criminum vnum, aut alterum,sed dumtaxat qui hęc vniuersa perpetrauerunt a regno dei excludendos,in alijs suis epistolis strennue occurrit huiuscemodi errori. Nolite,inquit,errare fratres mei, q̄niam neq; auari,neq; adulteri,neq; fornicatores,neq; ebriosi,neq; molles,regnum dei possidebūt. Cum dicit,Neq; isti, neq; illi,plane docet singula illa peccata hominem excludere a regno dei. Item si secundum carnem vixeritis, moriemini,Secundum carnem autem viuere,est viuere secundum facta,seu desideria, quæ sentimus in carne. Si autem spiritu facta .i. opera seu desideria carnis mortificaueritis, viuetis. Quanta sanctimonia debent iam pollere animę ablutę Christi sanguine,& quanta charitate,docet idem Apostolus ad Ephesi.quinto, Christus tradidit semetipsum pro nobis hostiam & oblatiōem deo in odorem suauitatis. Fornicatio autem,& omnis immundicia,aut auaritia ne nominentur

nentur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinent, sed magis gratiarum actio, hoc scitote intelligẽtes, quia omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habebit hæreditatẽ in regno Christi & dei. Nemo ergo vos seducat inanibus verbis. Vide & reliqua quę sequuntur apud Apostolum ibidem. Quibus sane Apostolicis sententijs erudiuntur Christiani, ne paralogizentur verbis saluatoris, dicentis, Qui crediderit et baptizatus fuerit, saluus erit, aut dimittite & dimittemini, aut date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis, ne sibi blandiantur, et putent sibi passionem Christi sufficere ad regnum dei obtinendũ, si sint baptizati & credãt, aut ignoscant in se peccantib⁹ ac largiantur eleemosynas etiam si vixerint impie, Si hoc vellet saluator, ipse sibimetipsi contrarius esset, dicẽti, Si vis ad vitam ingredi, serua mãdata. Non omnis qui dicit mihi domine, domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit voluntatẽ patris mei qui est in cœlis, & alibi. Vt quid dicitis mihi domine, domine, & nõ facitis quæ dico vobis. Omnis q audit verba mea hęc, & facit, similis ẽ viro prudẽti, qui ædificat domũ suã supra petrã. Qui audit verba mea hæc, & non facit, similis est viro stulto. Qui diligit me, sermones meos seruabit, Qui non diligit me, sermonem meum non seruat. Vnde & ad quendã sanatum ait Saluator in euangelio. Ecce sanus factus es, noli peccare, ne deterius aliquid contingat tibi. Item Paulus ad Corin. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autẽ non habeam, nihil mihi prodest, & in eadem, Nescitis quia templum dei estis, Si quis templũ dei violauerit, disperdet eum deus. Ex his & similibus diuus Cyprianus libro ad Quirinum, probat parum esse baptizari & eucharistiam accipere, nisi quis factis & operibus proficiat, baptizatũ quoq; gratiam perdere quam cõsequutus est, nisi innocentiam seruet. Iustificatus ergo gratis per sanguinem Christi, nisi recte vixerit & mandata seruauerit, ad regnum dei peruenire nõ poterit, & nihilominus verum est quod dicit, Qui crediderit & baptizatus fuerit, mox saluus erit etiam si opera bonæ vitę nõ pręcesserint. Nam per solam fidẽ, & lauachrũ baptismi, quisquis renuncians veteri vitę ex impio fit iu-

stificatus, sed non manet iustus absq; bonorum operum studio & labore. Nam & fides, ex qua iustificatur impius, voluntatem includit bene operandi, quę iuxta Apostolum, est fides per dilectionē operans, non fides vacua, inanimata, de qua loquitur Iacobus. Quod credere deum esse, Christum esse passū & incarnatum possunt impij, quemadmodum & dæmones credunt & contremiscunt. Vnde & hæc hæresis de fide sine operibus, quia sub ipsis Apostolorū temporibus fuerat exorta, & id forsitan ex apostoli Pauli sentētijs pperā intellectis, Idcirco aliæ epistolæ apostolicæ Petri, Ioannis, Iacobi, Iudæ, contra eum, inquit Augu. dirigunt maxime intentionem, vt vehementer obstruant fidem sine operibus nihil prodesse, sicut & ipse Paulus, in quibus epistolis docuit nos iustificari fide sine operibus, in eisdem & docuit nos iā iustificatos oportere recte viuere, & bona operari, aperte tradens eam esse non quamlibet fidem, qua in deum creditur, sed euangelicam fidem, eam videlicet, qua Christiani efficimur, quę per dilectionem operatur vbiq; sermonem suum ita temperans, vt simul aperiat ex fide iustificatum, oportere bene viuere & mortificare carnem, & seruare mādata. Proinde & Iacobus vehementer infestus est eis, qui opinantur fidem sine operibus valere ad salutem, & pręfatam hęresim, aut tunc exortam, aut præuisā apostolico spiritu futuram ex scripturis Pauli male interpretatis, plane refutauit. Quid proderit, inquit, fratres mei, si fidem quis se dicat habere, opera autem non habeat, nunquid fides poterit saluare eum, fides si non habeat opera, prorsus est mortua in semetipsa. Tu credis quoniam vnus est deus, bene facis, sed & dæmones credunt, & contremiscunt. Vis autem scire o homo inanis, quoniā fides sine operibus mortua est. Abraham pater noster nonne ex operibus est iustificatus, offerens filium suum super altare. Vides quoniam fides cooperatur operibus eius. Et Raab meretrix nonne ex operibus iustificata est, suscipiēs nuncios & educēs eos alia via. Ex quibus cōcludit tandē. Vides ergo quo modo ex operibus iustificatur homo, nō ex fide tātum. Hæc Iacobus apostolus. Opus est ergo ad intelligendum scripturas cōsideratiōe. Nā Paulus videt coapostolo suo cōtrarius, dicēs hominē gratis iustificari sine operibus. Et Abra

bra

braham sine operibus esse assequutũ iustitiã. Coapostolus autem Iacobus contra videtur asserere hominẽ iustificari nõ ex fide solum, sed & ex operibus. Abraham quoq; & Raab meretricem ex operibus iustitiam consequutos.

Rursus videtur Paulus sibimetipsi contrarius. Non auditores legis, sed factores legis iustificabuntur. Vnde & in die iudicij, inquit, reddet deus vnicuiq; secundum opera sua. Sed hæc sibi esse consona iam satis iterum atq; iterum inculcamus, docentes Paulum apostolum primum de operibus, quę fidem præcedunt loqui. Apostolum autem Iacobũ de operibus, quę fidem sequuntur. Vnde & ipse Corneli⁹ Centurio, nec sine fide quadam orabat, nec sine fide eleemosynas dabat, quamuis Christum adhuc incarnatum ignorabat, quemadmodum docent Augu. Grego. cęteriq; patres. Deinde iustificari, interdum est ex impio fieri iustum, quod fit in momento absq; vllis operum meritis, & de huiusmõi iustificatione loquitur Apostolus in epistola ad Rom. & ad Titum, non ex operibus iusticiæ quę facimus nos, sed secũdum suam misericordiam saluos nos fecit. Interdũ vero iustificari, est ex accepta fide in iusticia proficere, & iusticiæ opera exequi, magis magisq; iustum fieri. De huiusmõi iustificatione loquitur Iacobus. Nam Abraham pridem factus ex impio iustus, Fides, inquit, cooperatur operibus eius. Sic dicit scriptura, Qui iustus est, iustificetur adhuc.

Ex Apostolica igitur doctrina sequitur, quod peccator gratis iustificatur ex fide in Iesum, non quasi mox sit iustificatus quisquis crediderit Christum dei filium incarnatum, passum, & mortuum, & resurrexisse, & ascendisse in cœlos. Nam oportet & causam credere tam ineffabilis mysterij dominicæ incarnatiõis & resurrectiõis, hoc est causam ꝓpter quã sit incarnat⁹ & pass⁹, quam & in nouissima cœna suis aperuit discipulis. Hoc est corpus meũ qđ ꝓ vobis tradetᵉ, Panis quẽ ego dabo, caro mea ẽ, ꝓ vita mũdi. i. pro vita hominum diligentium hunc mundum, vt iam non amplius mundo, sed deo viuant. Hic est calix sanguinis mei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Christus, inquit Paulus, traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. In symbolo canit ecclesia, Qui propter nos homines, & ꝓpter

nostram salutem descendit de coelis. Non credimus autem Iesum propter nostra delicta, nostramque salutem fuisse incarnatum & passum, nisi credamus etiam nos esse peccatores, et non potuisse nos habere remissionem peccatorum ex nr̃is viribus. Fides igitur hæc præsupponit sui cognitionē, quemadmodum & recte ait Bernardus, neminem qui iam vsum rationis habet, potuisse absque sui cognitione saluari. Deinde non oportet quod is qui ex euangelio reuelato, credit Christū pro peccatis suis, & pro sua liberatione esse mortuum, mox sit iustificatus, sed & oportet, quod ex fide incipiat etiam Christum, vt suum redemptorem diligere, glorificare, & etiam odisse, atque abominari id, pro quo tollendo Christus tam duram sustinuit mortem. Quemadmodum docet Apostolus emptos nos esse pretio magno, & nos nō esse nostri iuris, vt nos glorificemus & portemus deum in corpore nostro, vt quemadmodum Christus mortuus est & resurrexit, ita & nos moriamur peccato, & ambulemus in nouitate vitæ. Quemadmodū enim qui diligit sanitatē, laudat medicinā, qua morbi tollūtur, morbos odit, & longe a se fieri cupit, & quanto maioribus laudibus medicina prędicatur, tanto magis vulnus odit. Sic & Christi medicinam diligere, facit hominem peccata odisse. Sic dicit Apostolus, qui mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo. Vnde Augustinus ad Paulinum, declarans qualis nam sit fides, qua iustificamur. Fides, inquit, hęc est, qua credimus nobis iusticiam diuinitus dari per Iesum Christum, non nostris viribus aut meritis, quibus non nisi supplicium debetur.

Hactenus satis declarauimus, qualis nam sit virtus, per quam meritum & pretium sanguinis Christi vnicuique applicatur, vt particeps efficiatur passionis & pretij sanguinis eius, & eandem esse fidem, quæ non est sine displicentia veteris vitæ, nec sine voluntate nouam inchoandi vitam, vt sit membrum in corpore Christi, in pace, et vnitate ecclesię. Sūmopere ergo nobis cauendum est, ne faciamus homines male securos, dicentes eis, Si fueritis in Christo baptizati, et credideritis, quomodolibet in ea fide vixeritis, ad salutē venturi estis per meritum sanguis Christi, licet forte per ignē. Tota scriptura referta est testimonijs, quę errorē talem destruunt. Obstruatur igitur os loquentium iniqua, muta fiant la

ant labia dolosa. An non iustius lingua loquens talia p̃fici deretur, q̃ rationibus refelleretur. Cum iustificatur impius per dextram dei excelsi misericorditer præuenientis, suaui terq̃ trahentis, inuitantis, ac suggerentis, simul & ipse impius voluntarie conuertit cor suum ad dominum, a peccato resiliens in deum credendo in eum, qui iustificat impium p̃ dominum Iesum. Et ita deus in momento quo infundit gratiæ donum, simul et mutat liberum arbitrium, vt sit aptum, præparatum, atq̃ ipsi gratiæ congruum. Sunt quidem interdum præparationes quædam antecedentes, & cogitationes, & deliberationes prçuiæ. Solet nempe spiritus sanct⁹ præmittere prçcursores aduentus sui, admonitiones, inspirationes, salutares cogitationes pacis & salutis, sed non peruenit vnq̃ fructus passionis seu meritorum Christi in vllā animam, donec superueniat spiritus gratię vnientis hoēm, vt sit membrum in corpore Christi per fidei gratiam, vt hinc tanquam a capite accipiat spiritualis vitæ sensum, & motum. In paruulis autem qui non peccauerunt propria voluntate, sed ex aliena peccatum contraxerunt, pertingit fructus huiuscemodi passionis meritorum Christi, non per proprium fidei motum, sed per fidei sacramentum aliena voluntate administratum. Ex his igitur est manifestum, fidem esse primam virtutem, per quam fructus sanguinis seu passionis Christi peruenit in hominum animas, eamque solam, vtpote quæ otiosa est & mortua, in semetipsa nō sufficere, sed oportere esse viuificatam spiritu charitatis facientis hominem iā credentē diligere, & deinceps bene viuere.

¶ *Sequitur quarta huius capituli pars, in qua soluuntur argumenta sumpta ex scripturis solam fidem commendantibus.*

IAM restat soluere argumenta in principio adducta. Ad primum patet solutio ex supradictis. Nam fides quam Christus exegit, est fides per dilectionem operans, quę & includit odium peccati, pro quo tollendo Christus est mortuus. Christus exigens a Iudęis impijs fidem, simul & exegit veteris vitæ abrenunciationem, displicentiam, & vitæ nouæ initiandæ in Christo voluntatem. Hoc

plane

plane significauit Petrus loquens Iudæis nondum credentibus, nondum baptizatis. Pœnitemini, inquit, & credite euangelio, & baptizetur vnusquisq; vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum. Alijs etiam plurimis verbis exhortabaẽ illos, dicens, Saluemini a generatione ista praua. Homo igitur peccator iustificatur quidem gratis, id est, sine operum meritis, incipiens sic habere fidem p dilectionem operantem. Sed non manet iustificatus, nisi ex percepta fide visibili sacramento. Insitus corpori Christi operetur iuste dum tempus est operandi. De tali fide loquitur ipse Christus, Ego lux, inquit, in hunc mundum veni, vt omnis qui crederet in me, non maneat in tenebris, hoc est, non maneat in peccatis. Fides Abrahæ, quæ deputata est illi ad iusticiam, cooperabatur, inquit Apostolus Iacobus, operibus eius, & per ipsa opera est consummata.

Ad scripturas in argumento citatas, quibus sola fides aut commendatur, aut exigitur. Respondeo per regulã Augustini. Non omnia quæ in scripruris tacentur, negantur. Christus nunc fidem cõmendabat, nunc voluntatem deinceps non peccandi exigebat, nunc autem pœnitentiam, cordisq; conuersionem. Ipse nouit accummodare sermonẽ pro vtilitate eorum, vel ad quos loquebatur, vel quibus loquebatur, quibus opus erat nunc fidem commendare, tanq̃ fundamentum, sine qua nihil valet cæterorum. Nunc autẽ gemitum & pœnitentiam. Ab homine iam pœnitente, & resipiscente de peccatis, remissionẽq; peccatorum postulante, fidem exigebat Iesus, vt ostenderet pœnitentiam, gemitum, & lachrymas sine fide in Iesum non posse saluare animas. Ab his autem qui talem iam fidem habebant, sed adhuc delectabat eos hic mundus, secundum eam fidem non mutantes vitã in melius, exigebat gemitũ & pœnitentiã.

Ad secundum argumentum sumptum ex doctrina Pauli Apostoli, & præsertim in epistola ad Romanos solam fidem commendantis. Respondeo. Paulus Apostolus scribens ad Romam caput orbis, loquitur de gratia, quæ est caput & principiũ bonorũ opum. Et hęc ẽ fides cordibus nostris inspirata, sine qua nulla possunt esse opera bona, & ita ex hac fide, antequam vlla prçcesserunt bona, quisq; ex impio fit iustus, sed non manet iustus, nisi ex hac fide inci-

incipiat recte viuere, & facere opera bona. Proinde falsum est, quod Apostolus in epistola ad Romanos, solam fidem commendat. Nam & in iam iustificatis, consepultis Christo per baptismum commendat opera, vt quemadmodum pridem accommodauerint membra sua seruire immũdicię & iniquitati, ita nunc exhibeant membra sua seruire iusticię in sanctificationẽ, qui si a suis cõcupiscentijs illecti incipiant rursus seruire immundiciæ, deserentes gratiã semel acceptã, iuxta eiusdẽ Pauli doctrinã ad Cor. reseruãt̃ iustificãdi, nõ iã per baptismũ, sed per pœnitentiæ opera. Vñ peccator olim baptizatus & relapsus in crimina, si retineat fidem, habet, inquit Hieronymus, testam, in qua dum cœlesti spiritu compungitur, hauriat aquæ pusillum, atque tum fides, quæ in ipso fuerat mortua incipit viuere, dum resipiscens incipit orare, & implorare misericordiam, Sic Christianus quisq; relapsus in crimina, dum inspiratione diuini spirit⁹ cõpungit̃ ex fide quã habebat mortuã, ĩpetrat remissionẽ peccatorũ. Neq; eñi frustra orabat Publican⁹, De⁹ ꝓpiti⁹ esto mihi peccatori, Iã fidẽ habebat, & peccator erat, vt iustificaretur orabat, & orando, inquit Augustinus, iustificatus est, vt desineret esse peccator. Videbis autem pœnitẽtię illius opera, si videas prostratum in terra, non audentem oculos leuare in cœlũ, & percutientẽ pectus suũ. Verũ qdẽ est, ꝙ Apostolus Paul. ad Rom. non loquat̃ expresse de recõciliatione ꝑ pœnitentiã hoĩs post baptismũ relapsi in crimina, sermonẽ suũ ita tẽperans spiritu suo magnifico, ne nouiter initiatis ꝓponat quicq̃, vñ sibi accipiant delinquẽdi occasionẽ, reseruãs remediũ pœnitẽtiæ declarandũ tp̃ibus & locis congruis, secundũ personarũ cõditionẽ, ne relapsi sumãt occasionem desperandi. Manifestus itaq; erit oĩm scripturarũ de fide & iustificatiõe intellect⁹, si cõsideremus fidem in Iesum, ex qua iustificamur esse eam, qua credentes Iesum ꝓpter nos hoĩes peccatores, & ꝓpter nostrã salutẽ descẽdisse de cœlis, atq; ita incipiamus diligere nr̃am salutẽ ab ipso, & odisse, & abominari peccata, ꝓpter quæ tollenda Christ⁹ tm̃ dignatus est se humiliare. Ad habendum autem hanc intelligentiam non oportet multas limitatiões, glossas, seu additiones adijcere scripturis de fide iustificante loquentibus. Nam & spiritus sanctus de huiuscemodi fide sermonẽ

sic vbiq;

sic vbiq; temperauit, vt ex his quę pręmittuntur & sequun tur plane indicet intellectum et de quadam fide scripturam loqui, vtpote de ea quæ est viua & victoriosa, qua incipit is qui credit, pugnare & vincere mundum, de qua apostolus Ioãnes. Hæc est victoria, quæ vincit mundũ, fides vestra. Esse autem alteram quandam fidem, ex qua non iustificat⁹ est homo indicat Apostolus, Si habuero omnẽ fidem, vt mõtes transferam, nihil mihi prodest. Vnde Saluator cũ dicit, Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit, Mox ante p̃ miserat, Euntes in mundum vniuersum prædicate euangelium omni creaturę, dein de subiunxit, Signa autem eos, qui crediderit, hęc sequentur. In nomine meo dęmonia eijciẽt, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, & si mortiferũ quid biberit, non eis nocebit. Super ægros manus imponẽt & bene habebunt, Marci vltimo. Si in sermone Christi, quo dicitur, Qui crediderit & baptizat⁹ fuerit, saluus erit, quispiã sibi plus q̃ oporteat blandiatur de fide & baptismo, cur non terretur in eo quod sequitur. Signa autem, eos qui crediderunt, hæc sequentur. In nomine meo dęmonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent. Cur hic qui gloriatur in sola fide sua, non prorsus hac sua stulta fide in desperationem humiliatur, non habens vlla supra dicta suæ fidei signa, non potens, neq; eijcere dæmonia, neque tollere serpentes, neq; varijs loqui linguis. Quod si huiuscemodi signa spiritualiter velit intelligere ad animam relata, vt cordis compunctione eijciat dęmonia, id est peccata, per quę in eo dæmones regnabant, nec de cętero loquatur vetusta pro toparentum lingua, declinantium linguas suas ad excusandum excusationes in peccatis. Serpentes .i. suggestiones venenatas tollat, & si mortiferum quid biberit .i. si senserit illicita atq; mortifera, non consentiat, intelligat Christum fuisse loquutum, non de quauis credulitate. Nam & dęmones credunt & contremiscunt, sed de credulitate, quam comitãtur opera. Atq; ita de fide per dilectionem operante, cuius primum opus est compũctio cordis, in qua sine dubio eijciũtur dęmonia Qui euangelio Christi audito sic credũt, hi procul dubio sic fidem habent omnibus verbis eius, vt terreãtur eorundem verborum comminationibus, attrahantur promissionibus, & obtemperent pręceptis.

Hęretici

Hęretici ergo cum reclamant, & dicunt. Ex Paulo didici & veneror Christum, credo Iesum esse filiū dei pro me crucifixum, ne me vltra differas, nihil amplius requiras, quos per euangelium Paulus generabat, nihil eos nosse tū volebat ꝙ Christum Iesum & hunc crucifixum. Quid ergo me cogis abrenunciare omnibus operibus carnis, luxurijs, fornicatiōibus, cæterisq; ad quæ impellit naturę instinctꝰ, faciam cum potero, Hanc esse insanam & prauam sacræ scripturæ intelligentiam demonstrāt ferme omnia scripturę capitula tam veteris, ꝙ noui testamenti. In nomine Iesu dæmonia corporaliter eijcere, linguis loqui, aliaq; miracula facere, nō oportet esse opera fidei, per dilectionem operātis, adeo vt multi dicentes, Nonne in nomine tuo dęmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimꝰ, audire habeāt in iudicio, nescio vos, discedite a me operarij iniquitatis. Absit igit, vt fidei nostrę signa potius quęrenda sint, ꝗ merita. Sunt enim nostræ fidei opera ipsiusq; merita signa quędā certiora vtiq; & salubriora. Vn̄ & nos renasci Christo per baptismum non est aliud quam nos ablui in sanguine Christi ab operibus mortuis, & sanctificari in nomine domini nostri Iesu Christi, vt deinceps non seruiamus desiderijs sęculi huius, sed crucifigamus carnem cum vitijs & concupiscentijs suis. Ad id aūt quod vltra in argumento assumitur, Apostoli in primitiua ecclesia non hęc omnia, sed solam fidem exigebant a baptizandis, vt patere videtur in Philippo, qui baptizauit Eunuchum. Respondeo. In primitiua ecclesia supra dictæ regulæ viuendi secundum Christianos mores semper quidem baptizandis dicebantur, sed aliquando breuius, & constrictius, aliquando latius & vberius. Neq; enim Lucas in actibus expressit oīa quæ cum Spadone egit Philippus. Nam & ipse Philippus priusꝗ baptismū illi ministraret, aperiens os suum & incipiens a scriptura, euangelizauit illi Iesum quem admodum recitat Lucas actuum. 8. Ita & Paulus cum ad quosdam loquitur, Inter vos nihil me scire dixi, nisi Iesum & hunc crucifixum. Non illud asserunt quod nihil eis indicauerit ꝗ crucifixionem Iesu. Sed voluit in Christo Iesu crucifixo multa illis insinuasse, causas videlicet propter quas erat crucifixus, hoc est propter tollēda peccata nostra,

 vt nos

vt nos crucifigamus corporis peccata, & veterem hominem cum actibus suis.

Ad difficultatem autē, quæ in argumento secundo tra ditur, inquirentem qualisnam sit fides, quam commendauit in prędictis personis Saluator, patet respōsio ex dictis Hie ronymi. Non commendabat fidem, qua credebat mysteria trinitatis, quæ nondum sic erant reuelata, sed fidem, quę subijciebat corda illorum humiliata deo, qua cupiebant sibi peccata remitti, non fisi suis meritis, sed gratia dei miserentis. Et cum obijcitur non videtur fuisse fides sancta, remittens peccata, qua salutem, non spiritualem, sed corporalem a deo quęsierunt. Respondeo eos iam iustificatos intus corde ex eadem fide desiderasse seu postulasse remissionem peccatorum, eosq́ fidem illam intus latentem habuisse, & p dilectionem operantem, qua & erant a peccatis iustificati. Sed diuina prouidentia factum est, vt ex eadem fide orarēt liberari a præsentibus & visibilibus malis, quatenus fides eorum, quæ latebat in mente, manifestaretur in opere & eui denti miraculo doceretur Christus esse ver⁹ filius dei, inuisibiliter intus operans, remittendo peccata, quem videbant ea quæ solius dei sunt, visibilius operantem, solo iussu tollere temporalia mala, quemadmodum & ad Iudæos ipse ait. Vtrum est facilius dicere, remittuntur tibi peccata tua, an surge & ambula. Vt sciatis, qa fili⁹ hominis habet potestatem dimittendi in terra peccata, tunc dicit paralytico. Surge, tolle grabatum tuum & ambula, & vade in domum tuā. Erant quidem paralytico remissa peccata, sed hoc solus no uerat, qui dimittebat. Surge autem & ambula, nouit tam ipse qui consurgebat, q̃ illi qui videbant. Proinde quod Saluator illi iussit, Surge & tolle grabatum tuum & ambula, & vade in domum tuam, non tam corporaliter quam spiritualiter fieri iussit, insinuans eum, qui iam dei gratia sanatus est, opotere non esse ociosum, sed quotidie surgere & ascendere, id est sursum habere cor suum, & tollere gra batum suum, i d est carnē suam dirigendo, & cogendo ipsā seruire spiritui, vt non amplius viuat, in qua tanq̃ lecto suauiter inquiescebat, viuens secundum desideria illius, & va dat, quotidie proficiens in domum suam, non manu factam sed cœlestem regionem viuorum. Vnde & Iesus postea

stea inueniens in templo eundem sanatum, dixit illi, Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius aliquid tibi cõtingat, Ioannis quinto.

Ad tertium dicimus non quamlibet fidem, qua credimus deo aliquid promittenti, iustificare hominem, sed eam, quæ est per dilectionem operans, & hęc semper continet fiduciam quandam, qua credens innititur gratiæ, & misericordię dei, vt redemptoris & saluatoris sui. Neq; Abraham iustificatus propterea, quod solum credidit deo promittenti, quod ipse futurus esset pater multarum gentium carnalis, sed ꝑpterea quod credidit deo promittẽti, quod in semine suo, quod est Christus, benedicerentur, vt inquit Apostolus, omnes gentes, quodq; pro maledictione, quę per vnum hominem intrauit in mundum accepturæ essent vnũ illud semen, benedictionem, id est, remissionem peccatorũ, & vitam æternam ab omni malo liberam. Vnde & Abraham desiderauit, vt inquit Saluator, videre diem meum, vidit, & gauisus est. Credidit ergo Abraham deo promittenti futurum saluatorem. Et fuit iustificatus anteꝗ̃ ei semen illud promitteretur, & antequam circumcisus esset, & antequam ei dominus reuelaret, quod ex semine suo nasceretur Christus. Sed iustificatio illa in eo non fuit sine fide, qua fisus est gratię dei, vt saluatoris. Vnde & ipse ex hac fide deo suo fidelis, & obediens erat, cui & ipse dominus iam pridem dixerat, Noli timere Abraham, ego protector tuus, & merces tua magna nimis. Et proinde, quia ex hac fide credidit etiã alia, quæ postea sibi diuinitus ꝑmittebanĩ, aucta est fides eius, & per opa cõsummata.

Iam si roges, cur Abrahæ fides ita peculiariter sit supra fidem cæterorum commendata. Responsio. patet ex epistola ad Romanos quarto, quia contra spem in spem credidit, vt fieret pater multarum gentium credentium in semine Christo nasciturο. Contra spem quidem credidit, quia iam centenarius desperauerat ex vxore nonagenaria se posse filium generare. Sed non respiciens ad emortuas tam sui, quam vxoris corporeas vires, supra naturam credidit deo promittenti, plenissime sciens, quidquid promisit deus, potens est & facere, adeoque firmiter diuinæ promissioni inhęserit, vt filium iam

natum iussus occidere non dubitauerit de promissione, sed firmiter credens per eundem filiũ suũ, quẽ iubebat occidere semen suum multiplicandum, & Christum inde nasciturum, non diffidens, vt inquit Apostolus, quin iste filius sibi reddi a deo poterat resuscitandus immolatus, qui datus erat non speratus. Commendatur ergo peculiariter fides Abrahæ, quia in eo fides fidei repugnare videtur, & mandatum dei contrarium esse promissioni diuinæ, veluti cum prius ei diceret deus, In Isaac vocabit̃ tibi semen, huic promissioni videtur repugnare superueniens mandatum, quo dicitur, Accipe tuum filium vnigenitum Isaac, quem diligis & offer eum in vno montium. Sed Abraham nihil hæsitans, neq; obstupuit, neq; deceptum se credidit, neq; diffidentium more scrutari cœpit argumenta, quibus aut hoc fieri posset, aut non fieri, sed certo sciens deum iterum posse suscitare illum, ex quo Christus esset nasciturus, sese ex dei mandato ad immolandum filium præparat.

Postremum ad id quod obijcitur ex capitulo vndecimo, ad Hebræos. Respondeo. Fides iustificans potest esse sine explicito motu fidei in Iesum, sed non potest esse cum contemptu fidei in Iesum, cum semper implicite contineat illam. Ex superioribus patet, aliud esse fidem in deum vt misericorditer condonantem peccata cum ignorantia Christi, de quo nondum audiuit. Aliud vero esse fidem in deum, vt misericorditer condonantem peccata cum contemptu Christi, quem auditum vel contempsit, vel neglexit. Illa potest iustificare hominem, non ista. Vnde & fides quam Apostolus ibi explicat, est fides per quam anima tendit in deum, non solum vt creatorem ac remuneratorem, sed etiam vt gratuitum liberatorẽ, saluatorẽ suũ. Huiuscemodi fidei Apostol⁹ explicat diuersa illic officia, veluti sunt credere deũ esse, & verbo illius oĩa esse condita, eundemque remuneratorem & fidelem seu veracem esse in verbis, in promissionibus, & in comminationibus. In promissionibus quidem, quibus promisit nobis ex peregrinatiõe, & exilio huius vitæ liberationem in cœlestem vitam sempiternam omnibus ex fide adeuntibus ad thronum gratiæ Christi, pro remissione peccatorum danda, non ex fiducia suorum meritorum, non ex fiducia sanguinis hircorum, aut

vitulo-

vitulorum, qui solum erant vmbræ significantes internam cordis mundationem intus fieri per fidem in sanguinem Christi. Talis est fides viua, per quam sancti illi vicerunt regna, operati sunt iusticiam, cuius autor & consummator est Iesus, vt patet ex antecedentibus, & sequentibus capitu lis ibidem. Deus pater Christum constituit hæredem, inquit, vniuersorum, itē gratia dei ꝑ nobis gustauit mortē, et per mortem destruxit eum, qui mortis habebat imperium, liberans a morte eos, qui per totam vitam obnoxij erant ser uituti, qui & factus est omnibus operantibus sibi causa salu tis ęternæ. Hostię sanguinis hircorum aut vitulorum nunquā potuerūt, nec auferre peccata, nec ītroducere ipium quē quam in ecclesiā sanctā sanctorum, sed fiduciam ingrediēdi ad illa, oportet haberi in sanguine Christi. Sumus ergo filij fidei in acquisitione animæ, Iustus meus ex fide viuit.
Hæc & his similia præmittens Apl's tādem in capite .11. fidem definit demonstrās omnes veteris testamenti iustos vixisse ex fide. In sequenti capite concludeus, Curramus igitur ad propositum nobis certamen, aspicientes in autorem fidei, & consummatorem Iesum, qui sustinuit crucē. Vnde in hac epistola ad hoc præcipue tendit Apostolus, vt doceat sine sanguine Christi non posse esse remissionem vllius peccati, & sub priori testamento, opera hęc redemptionis fuisse sub promissionibus, sermonibus, & verbis solum testificata, & sub vmbris, figurisq; velata.
Proinde quæ tunc non erant omnibus sic distinctim expressa seu exposita, sunt nunc facta credibilia valde. Ex his igitur manifeste demonstratur Apostolū Ioannem, cum dixit, Hæc est victoria, quæ vincit mundum fides vestra. Rursus quis est, qui vincit mundum, nisi qui credit, quia Iesus est filius dei, non de qualibet fide loquutum. Est enim fides quædam sicut dęmones credunt, & iuxta Paulum Apostolum, fides quędam mortua, non mouens membra in opera iusticiæ, quæ est sine charitate. Multos videmus credentes, inquit Bernardus, Iesum esse filium dei, qui nihilominus mundi cupiditatibus adhuc irretiuntur. Et iuxta Ioannis Apostoli doctrinam, Sunt qui ore confitentur se nosse deum, factis autem negant. Talis fides est, de qua Iacobus loquitur, quæ mortua est in semetipsa. Fide viua cre
de

dit Iesum esse filium dei, qui ipsius Iesu comminationibus terretur, promissionibus attrahitur, praeceptis obtemperat, consiliis acquiescit.

Ad difficultatem in quinto argumento tactam, videlicet Apostolum ad Romanos per iustificationem non intellexisse eam, qua ex impio quis fit iustus. Respondeo, quod scriptura in Genesi non dixit, Credidit Abraham deo & iustificatus, id est, ex impio factus est iustus. Nam & antea quam deus ei hoc promitteret, iustus erat. Sed reputatum est ei inquit, ad iusticiam, aucta est ei iusticia. Apostolus autem Paulus ex hoc testimonio scripturę Genesis citato, voluit probare, non quod Abraham tunc primum ex impio factus fuerit iustus, sed quod Abraham non ex operibus legis, seu carnalis circumcisionis solum, sed & per fidem habuerit gloriam apud deum, loquitur enim Apostolus contra carnales Iudęos, qui arbitrabantur homines iustificari ex operibus legis, absque fide, Sic enim dicit Iacobus Apostolus, Abrahā est ex operibus iustificatus, non ex fide tantum.

Habes igitur neminem posse iustificari absque spiritu fidei, & ante hanc gratiā neminē posse bona operari, ipsamque fidem iustificantem, omni tempore fuisse eam, qua homo prorsus deo creatori & redemptori suo subiectus agnoscit, vel se indigere gratia dei miserentis, & semetipsum esse peccatorem, mortis filium. Eandem insuper fidem secundum tempora habere sua incrementa, & idcirco iustos nunc oportere multa de redemptione humani generis credere, quae licuit anteriores iustos ignorare. Habes insuper fidē ad iustificationem impij requisitam, non esse eam, qua poenitens credit sese absolutum esse, cum contingat plęrumque poenitentem credere deum in promissis esse veracem, & cum illa fide sacramentum recipere, néc tamen sanctificari.

Caeterum habes solam fidei virtutem, ad iustificationem impij non sufficere, sed & motus interioris poenitentiae, ac dilectionis erga deum necessaria esse. Horum consideratiōe sacrę theologiae Magistri dispositionem vltimam ad gratiā dixerunt esse contritionem, intelligētes ex scripturis sacris contritionem, poenitentiam interiorem, quae includit, vel praesupponit, haec omnia scilicet, fidem in Iesum, odium peccati, dilectionem dei. Et ideo qui confidit sibi peccata

remitti

remitti per contritionem, seu interiorem suam pœnitentiã, nõ est dicẽdus cõsidere in meritis seu opibus suis, aut in vi rib⁹ liberi arbitrij, sed in Christo Iesu, ex cui⁹ fide est cõtritio sua, secundũ quã culpam dolenter agnoscens pœnitet prioris vitę, postulans veniam sibi impartiri per passionem domini Iesu. Contritio nostra si esset nuda displicentia veteris vitæ, talis, qualem habent Iudæi vel Pagani pœnitentes de peccatis, arbitrantes sese pœnitentijs illis seu afflictionibus mereri veniam, seu remissionem peccatorum, putantes sibi non esse opus redemptore, tunc vtiq; verum esset contritum confidere in meritis suis. Nunc autem contritio nostra, quam commendant sacrę theologiæ magistri, de qua & scriptura loquitur, Cor contritum & humiliatum deus non despicies, non talis est, quippe quę facit cor hominis pœnitentis ex fide in Iesum prorsus humiliari, atq; inniti in meritis passionis domini nostri Iesu. Sed de hac contritione alibi latius.

¶ *Sequitur secundum huius tractatus capitulum, in quo manifestatur, Cur fructus passionis Christi non perueniat in omnes Adæ filios, præsertim cum Christus sit saluator omnium hominum, & propitiatio pro peccatis totius mũdi.*

IAM operę pretium est considerare, cur fructus passionis Christi non perueniat in omnes Adę filios, an videlicet hoc pendeat ex sola voluntate dei prędestinantis, an ex diligentia vel negligentia hominis, sacrosanctum illud sanguinis pretium, aut repellentis seu negligentis, aut acceptãtis. Et primum recitabimus vtrimq; argumenta ex scripturis sacris, quæ hac in re pugnare videntur. Nam si in iustificatione impij motus fidei per dilectionem operantis, motusq; interioris pœnitentiæ, sint liberi nostri arbitrij opera sese ad deum per fidem in Iesum, & per pœnitentiam de peccato conuertentis, consequens videt̃ nos esse nobis causam, cur fructus passionis Christi perueniat aut non perueniat in nos. Si autem in iustificatione impij prior sit voluntas dei nos ad fidem interioremq; pœnitentiam præparantis, videbitur pendere ex diuina voluntate, quod fruct⁹ passionis Christi in alios perueniat, in alios non perueniat.

Sit

Sit igitur argumentum primum. Deus exigit in scripturis sacris ab impijs & peccatoribus, vt credant, resipiscant, poenitentiam agant, ad cor redeant, declinent a malo, auertantur a vijs suis pessimis, quiescant agere peruerse, cõuertant se ad dñm deũ suum, quærant, orẽt, pulsent, ingemiscant, quacumq; hora conuersus ingemueris, saluus eris. Deus omnibus se offert, paratus est omnes saluos facere, Ipse stat ad ostium cordis & pulsat, Ipse, vt inquit Paulus, vult omnes saluos fieri, Ipse, vt inquit Petrus, vult omnes ad poe tentiam reuerti, Ipse expectat peccatores ad poenitentiam, dans tempus & locum poenitentiæ, dissimulans peccata hominum propter poenitẽtiam, Ipse, inquit, nolo mortem peccatoris, sed magis vt cõuertatur & viuat. Ex quibus omnibus videtur consequens esse, Nostrũ esse præparare corda nostra, vt participes efficiamur fructuum passionis Christi, & ita initium salutis ex nobis esse. Pro hac sententia videtur esse doctrina apostoli Pauli ad Romanos primo docentis sempiternam dei virtutem, diuinitatem esse notam gentibus, quæ deum ex mũdi fabrica agnitum, non sicut deũ glorificauerũt. Et iccirco facti sunt inexcusabiles, & ad Roman. 2. Gentes quæ legem, supple, scriptam non habent, intus gerunt opus legis scriptum in cordibus suis testificantibus eorum conscientijs, & ad Romanos. 10. docentis, fidem omnibus ex æquo esse propositam, quia in omnem terram exiuit sonus apostolorum, prædicantium euãgelium Christi. Hęc videtur August. sententia in tertio de libero arbitrio, docentis rationalem animam ante omne meritum boni operis, habere naturale iudicium, quo sapientiã pręponit errori, q̃ & potest seipm̃ excolere, & pio studio acquirere virtutes, per quas liberetur a malis per peccatum Adę irrogatis, a difficultate videlicet & ignorantia. Rationalis anima, inquit, facultatem habet, qua, creatore adiuuante, seipsum potest excolere, & pio studio acquirere, & capere virtutes, per quas a difficultate cruciante, & ab ignorantia cæcante liberetur, q̃q; enim in ignorantia et difficultate sit nata, non tamen ad permanendum in quo nata est, aliqua necessitate comprimitur. Ante omne meritum boni operis, inquit idem non parum est hominem accepisse naturale iudicium, quo sapientiam pręponit errori, quietem difficultati

facultati, vt ad sapientiam non nascendo, sed studendo perueniat, quod si agere noluerit, peccati rea tenebitur, tanquam non bene vsa sit ea facultate quã accepit. Nam si veri boni ignorantia, difficultas quoque & impotentia ita sit naturalis homini, vt non habeat vllum dei miserentis auxilium, quo bonus fiat, non peccat quidem, sed peccata primi parentis iustum sustinet supplicium. Non tibi deputatur in culpam, quod inuitus ignoras, sed quod negligis quęrere, quod ignoras. Neque imputatur tibi in culpam, quod vulnerata membra non colligas, sed quod illius adiutorio monitus, volentem sanare contemnas, quod humilitate confitendi & orandi ad illius confugere gratiam recusas. Hæc est Augustini sententia, in tertio libro de libero arbitrio. Deinde ibidem capitulo penultimo, docet naturam humanam pręter stultitiam & sapientiã recipere affectionẽ, quę nec stultitia, nec sapiẽtia dici potest. Tunc enim homo, inquit, incipit aut stultus esse, aut sapiẽs, cum iam posset, nisi negligeret, habere sapientiã. Nemo enim stultum appellat infantem, & absurdius est, si velit appellare sapientem. Proinde non habere sapientiam, nondum erat vitium primi hominis, si nondum vt habere posset, acceperat, sed tamen habebat aliquid, quo si bene vti vellet, ad id quod non habebat ascenderet. Obseruatio præcepti meritum est accipiendæ sapientię. Ex quo autem incipit homo pręcepti esse capax, ex illo incipit posse peccare. Duobus modis peccat homo, antequam sapiens fiat, si aut se nõ accommodet ad accipiendum præceptum, aut cum acceperat præceptum, non obseruat. Sicut enim præceptum nõ est ab illo cui pręcipitur, sed ab illo qui pręcipit, sic sapiẽtia nõ est ab illo qui illuminatur, sed ab illo qui illuminat. Peccatum ergo est in negligentia voluntatis, vel ad accipiendum, & cognoscẽdum pręceptum, vel ad obseruãdum ipsum pręceptũ iam cognitum, vel ad custodiendum sapientiam iam acceptam. Et ex illis tandem concludit August. quoddã esse medium, quo a stultitia ad sapientiam transitur, quod neque stultum, neque sapienter factum dici potest. Proinde cũ ex arce sapientiæ ad stultitiam primus iam homo transierit, nec sapienter, nec stulte transitus iste fuit. Hactenus Augustini doctrina. Cum ergo in libro retractationum non retractet Augustinus has sententas, consequens videtur, v-

quit, cum voluero clemens ero, in quem mihi placuerit.

¶ *Secunda huius capituli pars, in qua recitantur errores de præparatione ad participandum fructum passionis Christi.*

PRO absolutione huius materiæ operę pretium est inuestigare, an fides ea qua vnicuiq; applicatur meritum passionis Christi fiat ex sola voluntate dei dantis, an etiam ex voluntate hominis sese ad habendam fidem pręparantis. Sed in primis præmittendi sunt super hac re tres reprobati errores, quos etiam in primo capite huius tractatus ex trãscursu recitauimus, atq; refutauim⁹. Primus fuit eorũ qui docẽt fidem esse in sola vniuscuiusq; voluntate, atq; ita esse in libero vniuscuiusq; arbitrio si velit particeps fieri passionis Christi. Et inter istos alij docent fidem esse generale munus, atq; vnicuiq; inesse vim quandam rationis internæ, per quam valeat ex semetipso ascendere ad initiũ quoddam fidei, qua particeps fiat fructuum passionis Christi. Alij vero hoc ipsum dicunt, aliquantulum tamen restrictius, addentes vnumquemq; ex se posse credere, modo euangelium sibi prædicetur. Ad quem errorẽ acceptandum valde est pronum genus hominum, existimantium hoc pacto saluare vim liberi arbitrij in iustificãdis hominum mentib⁹. Vnde & ipse Augustin. hoc errore aliquamdiu deceptus, errauit, Ego, inquit, cum similiter errarem, putans fidem qua in deum credimus, non esse donum dei, sed a nobis esse in nobis, atq; per illam nos impetrare dei dona, quibus temperanter, pie, ac iuste viuamus in hoc sęculo, conuictus sum testimonio Pauli dicentis, Quid habes quod non accepisti, similibusq; scripturis, quibus apertissime iuxta diui Cypriani sententiam demonstratur in nullo gloriandum esse, quando nostrum nihil, & nos non esse ex nobis idoneos cogitare aliquid, quod pertinet ad religionem, pietatemq;, de qua loquebatur Paulus. Ego, inquit, existimabam fidem non pręueniri dei gratia, nisi quia credere non possemus, si non pręcederet præconium euangelicę veritatis, vt autem prædicato nobis euangelio consentiremus, putabam nostrum esse proprium, & nobis esse ex nobis. Quem errorem meum nonnulla opuscula mea ante episcopatum scripta satis indicant, in quibus dixi.

Quod credimus nostrum est, quod autem operamur bonum illius est, qui credentibus dat spiritum sanctum, & iterũ no strum est credere, illius autem est, credentibus & volentib⁹ dare voluntatem bene operãdi per spiritum sanctum, a quo charitas diffunditur in nobis. Hactenus Augustini senten tia, libro primo de prædestinatione sanctorum, demonstrãs tam fidem perfectam, q̃ initium fidei, qua in Christũ primi tus credimus esse dei donum. Et ideo istius erroris autori bus, quantum attinet ad conuersionis initium plena concor dia est cum Pelagianis, qui, vt inquit Augustinus, dicebant deum, quantum in se est, velle omnes recipere, omnibus gra tiam dare, sed non omnes velle sese ad accipiendam gratiã accommodare. Hanc Pelagij doctrinam recitat Augustin⁹ libro quarto contra Iulianum, capi. 8.. Deus vult oẽs hoies, inquit Pelagi⁹, saluos fieri, sed ideo non omnes salui fiunt, quia non omnes volunt petere, cum deus velit dare. Non omnes volunt pulsare, cum deus uelit aperire. Non omnes volunt quærere, cum deus velit se manifestare. Et hanc suã sententiam ipse Pelagius multis conatus ẽ corroborare scri pturis, & sanctorum patrum testimonijs, licet falso intelle ctis, citatis in superiorib⁹ argumentis, longius etiã latiusq; recitandis, ac declarandis in libro de concordia gratiæ, & li beri arbitrij. Secundum hanc Pelagij doctrinam, hęretici do cent, quod in vniuscuiusq; saluandi volũtate est, si velit me dicum quærere, sanitatem postulare, & particeps fieri me dicinæ Christi seu gratiæ meritorum, & fructuum passiõis eius. Quemadmodum enim ægrotus quisq;, cum nõ volue rit, inquiunt, sanitate fruitur, neq; de morbo ægritudinis ꝑ arbitrij sui desiderio liberatur, per seipsum tamen deprehẽ dit sanitatem, & a semetipso desiderium habet sanitatis, suaq; sponte ad medicum venit. Verum hanc sententiam infantes, inquit Augustinus, sua taciturnitate conuincunt, falsamq; esse ostendunt, qui nec petunt, nec quærunt, nec pe tere, aut quærere norunt. Quod si Pelagiani hanc suam sen tentiam velint restrigere ad solos adultos, qui petere & pul sare nouerunt, & Apostolum dicentem, Deus vult omnes saluos fieri, solum intelligere de adultis. Iam ipsi, inquit Augustinus, beneuolentiorem faciunt deum in sceleratissi mis hoibus, q̃ in innocẽtissimis paruulis, & cõcludẽs dicit,

Sicut

Sicut ergo oēs infantes prędestinati absq̧ vllis suis meritis, vt saluentur, pręueniri debent regenerationis lauachro quo saluentur, Ita oēs adulti prędestinati opus habēt absq̧ suis meritis pręueniri gratuito dei attractu, quo ita illuminant̄, vt noticiā suę calamitatis accipiant, ita trahūtur, excitantur, vt velint credere, quęrere, petere, & pulsare. Credere, quęrere, nā desiderare gratiam, initium est gratiæ. Vnde & in superioribus libris demonstrauimus, quod totus homo ex ipsa anima, & cum ipsa anima in profundum miseriæ suæ decidit, vbi eū priusq̄ a medico noticiā suæ calamitatis accipiat, iacere delectat amantē semp errores suos, & amplectētem falsa pro veris, habentem oculos clausos verę spirituali vitæ, apertos autem in vitam carnalem, deputantem sese felicem, si libere suis valeat satisfacere desiderijs, fruique pro voto creaturis. Cuius prima salus est, vt homo ipse suam hanc calamitatem agnoscens, sibi incipiat displicere, & vetustatem debilitatis suę odisse, sequens vero vt sanari desideret, & a quo sananda sit nouerit. Verū operæ pretium est animaduertere hanc sententiā doctrinę Pelagij, qua dicit deum velle omnes homines saluos fieri, si & ipsi velint credere & baptizari, potuisse intelligi, secundū sanum quendā orthodoxę fidei intellectū, fundatū in scripturis sacris, quibus plane ab hominibus saluandis, iustificādis, innouandis, aut regnerandis exigūtur mot⁹ liberi arbitrij, videlicet credere euangelio, credere in eum qui iustificat impium ex pœnitentia veteris vitæ quęrere & inuocare nomē domini, cōuertere cor suum ad dominum deū suum. Proinde & pleriq̧ ecclesiastici patres, inter quos sunt Ambrosius & Hiero. Paulū apostolum dicentem, Deus vult omnes saluos fieri interpretantur subintellecta conditione, si & ipsi velint credere & salui esse. Vnde & scriptura sic plerūq̧ loquitur. Si velis credere & baptizari, saluus eris. Proinde & secdum antiquum ecclesiastium ritum ab exordio & temporibus apostolorū baptizandi interrogant̄, si credant, & abrenuncient satanę. Deus neminem iam habentem suę volūtatis vsum saluat nisi volentem, credentē, & baptizari volentem, suaq̧ sponte satanę atq̧ operibus eius renunciantem. Quod ergo dicitur, Deus vult omnes hoīes saluos fieri si ipsi velint credere, si velint baptizari, & inuocare

inuocare nomen domini,pœnitere veteris vitæ,& abrenũciare satanæ, potest habere orthodoxũ quendam intellectũ, sed nõ secundũ sensum,quem prætendit hæreticus,arbitrãs voluntatẽ humanam præuenire omnem dei gratiam,& hac sua prçuentione,tanꝗ merito bono se saluum facere,hoc enĩ falsum,nam omnes nascuntur filij iræ,& propterea peculiariter suo tractu deus oẽs habet præuenire,qui saluantur, vt valeant suam captiuitatem,calamitatem, verumꝗ liberatorem ac medicum cognoscere,credere,quærere, & inuocare nomen domini. Non potest ergo quisquam peruenire ad fidem, qua particeps fiat fructuum ac meritorum passionis Christi,nisi excitatus inspiratione dei miserentis, dicente Christo, Nemo potest venire ad me, hoc est per fidem esse palmes vineæ meæ,nisi pater meus traxerit illum.

Proinde excitatio sola non sufficit, quantumlibet fuerit admonitus, correptus & excitatus homo, seipsum non potest viuificare,saluum & liberum a reatu peccati facere,et sanctificare,nisi desuper spiritum sanctum sanctificantem, viuificantem acceperit. Alius est error eorum, quibus nec cum hçreticis, nec cum catholicis plena est concordia,qui docuerũt quosdã hoĩes per legẽ naturç, per lumẽ rationis internæ,per studium suæ industriç,per solam liberç voluntatis vigilantiam fieri participes fructuum seu meritorum passionis Christi, Alios autem per dei gratiam. Hunc errorem sufficienter in superioribus reprobauimus.

Proinde & Ioannes Cassianus, vnus quidam ex scriptoribus vetustis, conatus prçparationem gratiæ per liberum arbitrium defendere,iniuriam fecit diuinç gratiæ, docens esse geminam hominum conuersionem. Vnam quasi naturalem per vim liberi arbitrij, Alteram quasi miraculosam per gratiam dei, libero arbitrio vim quandam inferentis. Sunt homines,inquit,impij,quibus etiam inuitissimis inspirat deus sanctorum desideriorum principia, quæ sint velut initia bonorum operum,quemadmodum puto,inquit,accidisse in coacticia conuersione Pauli persequutoris, & Matthçi Publicani,quorum conuersiones fuerunt,quasi miraculosç,& supra naturam. Sunt rursus homines,inqt, in quibus voluntas humana prçuenit dei gratiam,quorum miseretur deus,quia ipsi deum prçuenientes,initium bonæ volunta-

volũtatis prębuerũt, quemadmodũ accidisse, inquit, puto in Zachæi, in Cẽturionis, & latronis cõuersionibus, in quib⁹ docet bona voluntatis desideria præuenisse dei gratiã. De⁹ ipse cum quendam, inquit, bonæ volũtatis conatũ cõspexerit, iam illuminat eã, cõfortat, & incitat, inquit, ad salutem, tribuens incrementum voluntatis, quã vel ipse plantauit, vel nostro conatu viderit emersisse, addẽs, per naturę bonũ, quod creatoris beneficio indultum erat, nonnunq̃ bonarũ voluntatum prodire principia, quæ tamen nisi a deo dirigãtur ad consummationem virtutum peruenire non possunt. Apostolus testis est dicens, Velle mihi adiecit, perficere autem non inuenio. Tantamque, inquit, circa vniuersos homines esse bonitatem creatoris, vt alij ab eo, qui sponte veniunt, suspiciantur laudati. Alij quia resistunt, attrahantur inuiti. Et ideo volentium, inquit, susceptor est deus, nolentium autem saluator, iuxta saluatoris parabolam de cœna magna, ad quam alij inuitantur, vt sua sponte veniant, alij introducuntur, alij vero compelluntur. Verum præfati Cassiani doctrinam esse falsam, & diuinæ gratiæ iniuriosam, demonstrauit beatus Prosper discipulus venerabilis patris August. in libro de protectione gratiæ, docens deũ diuersis atq; innumeris modis, & inscrutabilibus vijs salutem humani generis procurare, dum quosdam reluctantes, inuitos, atq; nolentes coactione quadam compulsos, subito mutans, facit volentes ex nolentibus, quibusdam vero quasi segnibus, & ignorantibus, & nihil contra Christum actu cogitantibus, subito voluntatem credendi inspirat. Quosdã vero conuertit iam tunc cogitantes, deliberantes, & sese ad accipiendum salutem & remissionem peccatorum accommodantes, de quibus latius in sequentibus.

Tertius est error eorum, qui docent hominem sese præparantem ad participandum fructum passionis Christi tenere medium quoddam inter iustam & iniustam vitam.

Pro ampliori ergo huius materię intellectu, non erit inutile, si discutiamus, an pręparatio illa, qua voluntas hominis ad accipiendam gratiam Christi sese pręparat, aut a deo præparatur, sit transitus quidam medius ab iniustitia ad iusticiam, ita vt præparans sese ad gratiam, teneat medium quendam locum inter iniustum & iustum.

Hoc:

Hoc autem si fuerit admissum, apparet esse quoddam medium, quo ad iustitiam ab iniustitia transitur, quod neque iuste neq; iniuste peccatum dici potest. Si enim homo sic transiens iuste facit, ergo ē iustitia quædā in homine, prius q̃ iustificatus est, hoc autem absurdū, loquimur enim de iustitia non illa morali apud homines, quæ acquiritur assuefactione operum moralis vitę, de qua tractauerunt philosophi a fide Christi prorsus alieni, sed de illa qua quisq; est iustus, id est, absq; peccatis, qua scilicet delentur peccata & costituitur homo extra dei iram. Si vero sic transiens iniuste facit, peccat igitur qui sese præparat ad accipiendā iustificationis gratiam, hoc itidem absurdū est. Nemo enim cū peccat, ad gratiam sese præparat, sed magis ab illa deuiat. Ergo vel oportet medium esse quoddam inter iuste & iniuste facere, quod neque iuste sit factum, neque iniuste, vel oportet ante iustificationis momentum non procedere vllā vnq̃ ad gratiam accipiendam præparationem, quod forte videbitur esse concedendum, siquidem ante illud momentum est hominis voluntas adhuc impia, deo inimica, peccati serua, sub diaboli potestate captiua, malum autem est & iniquum quod procedit a voluntate mala, id est, a voluntate nondū p fidē iustificata, dicente apostolo. Omne quod nō est ex fide, peccatum est, quemadmodum & definiuisse videtur Augusti. in libris cōtra Iulianum. Et beatus Prosper, cuius doctrina approbatur in capitulo, Sancta Romana, definiens in libro contra Cassianum in impiorum hominum animabus, nullam posse habitare virtutem, sed omnia opera eorum immunda esse atq; polluta, habentium sapientiā non cœlestem, nō Christianā, non spiritalem, sed terrenam, animalem, & diabolicam. Si nulla sit in homine adhuc impio vera virtus, nullum opus non immundum et pollutum, non erit igitur in homine nondum iustificato vllum dei donum, non fides, non timor, non spes, aut fiducia, qua pręparet se impius ad accipiendam peccatorum remissionem.

Sed hic dicimus, q̃uis nulla sit rōnalis creatura, quæ locū teneat medium inter iustum & iniustum, cum omnis homo aut captiuus sit sub diabolo, aut liber sub Christi iugo, Vtiq; tamen est opus quoddam rationalis creaturæ medium & indifferens, quod neq; meretur a deo pręmium, neq; sup-

supplicium quēadmodum ait Apostolus, Gentes quæ legē non habent naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt. Quod tractans Augu. in libro de spiritu & litera, docet eos qui deum vera fide non colunt secundū reliquias quasdā diuinę imaginis impressas, habere opera quędam bona in vita impia, sed hęc ad salutem & vitam ęternam non prodesse. Sicut enim non impediunt, inquit, iustum a vita æterna, quędam venalia peccata, sine quibus hæc vita non ducitur, sic ad salutem æternam nihil prosunt impio aliqua opa bona, sine quibus difficillime vita cuiuslibet pessimi hominis inuenitur. Veruntamen sicut in regno dei sancti, velut stella a stella differunt in gloria, sic & in damnatione impij alij magis, alij minus punientur. Sed quantumlibet laudabiliter vixerint, secundum decorem, seu splendorem iusticiæ præsentis vitæ, regnum dei non consequentur, propterea quod opera eorum, quæ foris lucent, minime prodeunt ex lumine fidei, intus per dilectionem operantis.
Vnde & virgines fatuæ in vasis oleo vacuis id est in suis conscientijs vacuis pinguedine charitatis, habebant lampades quasdam suas, id est, virtutes, virtutisq; operationes splēdore quodam in hoc mundo lucentes, sed minime incensas igne charitatis, neq; enim ignis lampadis esse potuit, vbi oleum materia ignis, defuit. Lāpas quędā ē ipsa castitas, etiā in seipsa apud homines huius mundi lucens, omnisq; moralis virtus, veluti temperantia, sobrietas, & in aduersitatibus patientia naturali quodā veluti ingenito decore lucere videntur. Sed quoniam absq; spiritu fidei per dilectiōem operantis vitrea magis q̃ ignea charitate fulgent, hinc factores talium operum sentient transitorium hunc splendorem extingui dū in iudicio conspicient illū ab æterna luce ignorari seu reprobari. Et quia de supra dictis similibusq; erroribus cōtra dei gratiam in sequentibus libris fusius ac latius sumus tractaturi satis est hic ex transcursu innotuisse illos vt vitētur. Quantum aūt attinet ad presentem materiam ex superioribus manifestum est, quod deus adiuuat non solum iustos & iā credētes, sed & impios nondūq; credentes secundum dispensationem suę voluntatis excitās eosdem pro loco & tempore, vt initium quoddam fidei, bonęq; voluntatis accipiant, seseq; ad participandum fructum

passionis Christi pręparent, accõmodent, medicumq; desidẽ rent, & ideo non erit inutile de huiuscemodi pręparatione quædam tradere documenta ad intelligendum rationes & causas propter quas fructus passionis Christi non perueniat in omnes homines.

¶ *Sequitur tertia huius capitis pars, de præparatione ad initia fidei interioris pœnitentiæ, charitatis, seu bonæ uoluntatis.*

IAM ergo de præparatione ad fidei ac interioris pœnitẽtię gratiam videamus. Præparat deus ad huiuscemodi gratiam homines, pręparant sese ad eandem gratiam homines. Deus pręparat hanc gratiam homini etiã plærumq; id ignoranti, neq; considerãti, neq; aliquid adhuc de gratia cogitãti. Sed hęc est præparatio ad gratiam generaliter accepta, quę est effectus quidam ex intentione dei ordinatus ad iustificationem hominis, siue sit opus siue passio vel impressio, aut in homine iustificando, aut in alio ad iustificationẽ tñ hõis ordinata. Plærumq; enim effectus aut operatio in altero est, per quam homini gratia præparatur. Deus omnium futurorum non solum conscius, sed & autor & gubernator, futurorũq; euentuum pręparator, secundum occulta sua iudicia interdum præparat causas, occasiones, dispositiones, & passiones, ordinans illas in salutem electorum etiam finem illum vel ignorãtium, vel non attendentium. In ignorantia & faciunt, & patiuntur impij multa, quibus vel ipsi vel alij diriguntur, & perficiuntur, & ad fidem aut baptismi gratiam, etiam ignorantes rationem eorum quæ faciunt. Proinde occasiones conuersionis nostræ aut salutis, oportet ascribere non fato, non genesi, aut fortunæ, sed diuinę prouidentię ac prædestinationi, quemadmodum docet Petrus libro septimo recognitionum ad Clementem. Verum quidem est quod Petrus ibidem docuit, neq; pudicitiam, neq; ieiunij abstinentiam, cum in ignorantia infidelitatis obseruatam proficere ad baptismi gratiam, sed nihilominus id etiã verũ est, quod multa erga infide-

infideles fiunt per prouidentiam dei ordinantis illa ad baptismi gratiam tribuendam, etiam eis qui ignorant eorum quę fiunt rationem. Vnde destinare significat directionem alicuius tanquam nuncij in aliquid ordinati. Illud autem proprie in aliquid dirigitur, quod non habet in se, vnde in illud vadat. Proinde dicitur homo proprie prædestinari in illa, quæ ex suis naturalibus consequi non potest, quæ & ipse destinatus plærumque nondum considerat, huiuscemodi sunt gratia & gloria. Deinde & hoc sciendum quod aliud est præparare hominem ad gratiam accipiendam, Aliud est pręparare aliquid ad gratiam ei dandam ordinatum, Istud potest fieri extra hominē cui gratia præparatur, imo interdum præparatur etiam illi nondum existenti, quemadmodum nobis nondum existentibus pręparatum est Christi meritum. Illud autem, videlicet præparare hominem ad gratiam, fit in homine qui præparatur, & id quidem interdum illo etiam patiente, & nihil operante atque etiam ignorante finē, in quē deus ipse dirigit, veluti dum flagellatur, corripitur, arguitur, vocatur aut inuitatur. Interdum etiam fit illo cooperante, veluti dum flagellatus, correptus, aut vocatus, ad cor suum incipit redire, discere, credere, aut resipiscere. Pretermittamus autem eos in pręsentiarum pręparandi modos, qui cotingunt ex dei prouidētia pręter intentionem hominis operantis. Neque enim de his quęstionem mouent sacrę theologię magistri, disputantes, vtrum homo sine gratia possit pręparari ad gratiā, non dubitantes deum, nobis adhuc ignorantibus, pręparare causas, occasiones, tempora, personas, loca, dispositiões, quibus sumus ad fidem, aut ad baptismi & pœnitentiæ gratiam vocandi, aut erudiendi, & sic in præsentiarum de illa loqui nō intēdimus. De hac latius dicturi in lib. de cōcordia liberi arbitrij, & prædestinatiōis diuinę, sed de pręparatiōe illa, qua hō sese ad gratiā pręparat. Sic ergo præparatione accepta, pro intellectu significationis vocabuli sciendum est. Quemadmodum in corporalibus rebus, homo dicitur sese præparare ad bellum, aut ad iter, qui ex proposito bello, vel itinere de rebus ad bellum, aut ad iter necessarijs seu vtilibus, aut acquirendis, aut agendis, aut ordinandis est sollicitus easque promit & ordinat, Ita peccator quisque

 ad gra

ad gratiam ſeſe pręparat, dum ex deſiderio gratiæ res ad eã aut vtiles, aut neceſſarias in ſemetipſo diſponit ac ordinat. Verum aliter deus hominem, aliter homo ſemetipſum ad gratiam præparat. Deus hominim præparat, vt gratiam illam in homine faciat ac diffundat, homo autem ad illam ſe ſe præparat, non vt illam in ſe faciat, aut infundat, ſed vt illã deo largiente accipiat, vt regeneratus ex aqua, & ſpiritu ſancto, ſit noua creatura in deo. Rationalis aĩa, ꝙuis non valeat ſe illuminare, viuificare, aut ad vitam ſpiritualem reſuſcitare, vtiꝗ tamen ipſa diuinitus vocata, excitata, ſuaſa, & inuitata, poteſt deo vocanti, atꝗ pulſanti aures accommodare, aperire ei internæ mentis oculos, illi acquieſcere, vt lumen, vitamꝗ, & ſpiritum gratię ab illo recipiat, quod longe lateꝗ in ſequentibus libris ſumus declaraturi.

Quemadmodum aũt in generatione rei naturalis oportet materiã & fieri propinquam cauſæ operanti, & præparari ad formam per remotionem impedimenti, Ita in generatione ſpirituali ad nouam vitam oportet animam & fieri ꝓpinquam deo præparanti, gratiãꝗ danti, & præparari per remotionem impedimenti. Sic enim ſcripturæ ſermo loquitur, Deum aut prope eſſe homini, aut longe eſſe ab homine, & hominem aut appropinquare deo, accedere aut venire ad illum, & illuminari ab illo, aut auertere ſe, fugere, & recedere ab ipſo. Ex his quę in libro de natura & gratia dicuntur, patet vniuerſum genus humanum ab ipſo matris vtero alienatum eſſe a deo, propter vniuerſale peccatum in carne deprimens animam, fugitiuam eſſe a deo, carnalibus, ſenſibilibuſꝗ rebus ſic immerſum eſſe, vt vnuſquiſꝗ ſibi derelictus, accedente rationis vſu, abſꝗ gratię diuinę auxilio, ſecundum carnem viuat, & ſecundum hominem ambulet, etiam etſi naturalis cuiuſdam honeſtatis amore, cupiditates temperet propter decorem iuſticiæ huius vitę. Cęterũ & gentiles philoſophi nouerunt pœnitentiam quãdam acceptam pro diſplicentia male actæ prioris vitę, ſed ignorauerunt pœnitentiam a Chriſtiana religione prædicatam, acceptam videlicet pro diſplicentia peccati concepti, quatenus eſt offenſiuum diuinę maieſtatis, atꝗ adeo ſeparatiuũ a deo, vt ipſe peccans indigeat reconciliatione ſeu mediatore, qui faciat animam rurſus deo appropinquare.

Appro

Approquinquat autem peccatrix anima deo non passibus corporis, sed motibus mentis, dum internę mentis aciem ad deum verum sic ipsa vertit, vt non admittat tunc vllum Christianæ fidei contemptum. Vnde non appropinquat corde suo ad deum verum, qui cõtemnit Iesum eius filium, quia nemo venit ad patrem nisi per filium. Recedit autem anima peccatrix a deo, dum negligit illum, obliuiscitur, incrassatur, & dilatatur terrenis immersa. Redit autem ad deum, tollitq; impedimentum, dum internæ mentis oculos, auresq; internas ad illum vertens, illuminatur ab illo, auditq; verba salutis, ab eo incipiens mortificare veterem illum amorem carnalis vitę. Et quemadmodũ non potest esse in volũtate vllus amor, aut desiderium vllũ, nisi id quod amatur & desideratur, fuerit intellectu cogitatum, Ita nullum potest esse odium in voluntate, nisi id qđ odio haberi fuerit cogitatũ in mente. Nã quemadmodũ imaginatio seu apprehensio alicuius vt boni & conuenientis, ē causa amoris, Ita & imaginatio mali, est causa odij. Et quemadmodum nihil potest esse sub actu voluntatis, nisi in illud fuerit cogitatio mẽtis, Ita nihil potest esse sub actu intellectus, nisi in illud, vel in aliquo illius fuerit imaginatio sensus. Quemadmodum tradunt physici, oportet quemlibet intelligentē phantasma aliquod speculari, aperte significantes non posse esse, intellectu vllum intelligere, nisi ex actu super aliquod phãtasma in imaginaria virtute. Anima igitur nostra si sese pręparat dum appropinquat deo, siue per timorem diuini iudicij, exitum quendam faciens e mundo, siue per amorem dei in sua voluntate, cupiens illum sibi habere propitium, illiq; adhærere & frui, consequens est; dum eadem anima sese pręparat, oportere deum ipsum simul esse in mentis cogitatione. Rursus anima, si tollit impedimentum per odium peccati, consequens est oportere peccatum simul cadere in apprehensionem, quia sicut nihil potest amari, nisi cogitatum tanquam bonum & conueniens, Ita nihil potest odio haberi, nisi quod tanq; malũ, & nociuũ ostẽsum fuerit volũtati. Sic igitur ex scripturis venerãda nobis tradit patrum antiquitas in iustificatione impij necessarios esse actus liberi arbitrij erga deum ipsum simul & in peccatum. Erga deum quidem per actum fidei in intellectu

& per actum amoris seu desiderij in voluntate. In peccatum autem per humilem veteris vitæ recordationem, & agnitionem in intellectu, & per pœnitudinem, displicentiam ac odium eiusdem veteris vitę in voluntate.

Sunt igitur in iustificatione impij, duæ res sub actu mentis, simul & sub actu voluntatis. Vnde sequitur multos actus simul esse in anima, qui non possunt simul cogitari ab illa. Patent autem hæc omnia, dum anima ex amore in deum, odit & destatur suum peccatum. Ex quibus consequens est, quod deus ipse sua misericordia præueniens homines iustificandos, neque euacuat vires actiuas liberi arbitrij, neque excludit voluntarias hominum præparationes, sed ad hoc præuenit, vt homo audiens vocantem ipsum discat, & credendo aliquid etiam agat. Vtrumque significauit Saluator, Omnis qui audiuit a patre, & didicit, venit ad me. Vt audire & discere valeamus, deus vocem suam sanctam faciens intonare in auribus nostris internis, operatur in nobis sine nobis. Cum autem vocati, audimus, & discimus, aliquid etiam agimus, sed quicquid boni agimus, simul est opus dei, & nostræ voluntatis, quia deus sua vocatione sancta, suoque tractu facit hominem voluntarie, & cogitare, ac deliberare, & credere, & acquiescere, ac præparare cor suum domino, & odio habere peccatum, & abnegare sæcularia desideria, ac secundum legem mentis viuere, qui prius ad cœlestem vitam erat inuoluntarius, aut rebellis, aut cæcus, & ignorans, ambulans in tenebris iniquitatis, secundum desideria carnis, in via perditionis, & sempiternæ mortis. In exordio conuersionis ex paganismo, deus hominem pulsat, vt quandam sui noticiam, & credulitatē faciat in mentē hominis, doceatque se esse dominum supra mundi causas, iudicem omnium operum nostrorum conscium, ac remuneratorem. Deinde ipse animam sic initijs quibusdam fidei, de se vno omnium domino imbutam, agnoscentemque sese ream, atque deformem, nunc increpat, conturbat, ac terrore sui iudicij tremefactum facit, nunc spe quadam ac desiderio cœlestis vitæ erigit. Sed siue isto modo, siue alio modo egerit, totum agit, vt faciat hominem voluntarium, & volūtarie recte credere, quęrere gratiam & medicum Iesum, & recte viuere. Sic deus persecuto

persecutorem Paulum in via versus Damascū, propter hoc ipsum deiecit in terram, vt rebellem illius voluntatem traheret in sui obedientiam, faceret illum voluntarium, vt tremens & stupefactus diceret, Domine quid me vis facere? Hic iam Paulus vas electionis, & si factus sit iustificatus, non tamē mox in omnibus edoctus est, quæ facere debebat, sed pręcipitur ei, vt ipse etiam aliquid ageret. Surge, inquit dominus, & ingredere ciuitatē, & ibi dicet tibi, quid te oporteat facere. Act. 9. En vides scripturā in iustificatiōe impij, vbiq; intimare vim liberi arbitrij aliqd etiā agere. Firmissima igit̄ fide tenendū ē, & nullaten⁹ dubitandū, iustificationem adulti impij, non posse fieri absq; motu seu opere liberi arbitrij, quod est manifestum ex scripturis, quibus admonetur peccator. Si velit saluus fieri, aut iustificationē seu remissionem assequi peccatorum, vt credat in Iesum, vt pœniteat veteris vitæ, vt cōuertat cor suū ad dominum deum, vt oret suppliciter, & inuocet nomen domini, quę sane oīa, sunt liberi arbitrij opera. Vnde in Actis Apostolorum, Iudęis interrogātibus Apostolos, Quid faciemus viri fratres? Respondet Petrus, Pœnitemini & credite euangelio. Quicumq; inuocauerit nomen domini, inquit Paulus, saluus erit, Prope est dominus omnibus inuocantibus eum.

Ad hoc vt homo incipiat esse iustus, necessarium est, vt incipiat bene viuere, atq; adeo humanę voluntatis operatio est ad bene viuendum necessaria, vt impossibile sit hominē bene viuere, nisi & ipse homo velit. Neque deus ipse cum posset omnia potest facere hominem iuste & bene viuere, nisi simul etiā faciat hominem spōtanee velle, & aliquid etiam agere. Sic ex scripturis sacris docuerunt sancti patres ab initio, Deus vult oēs homines saluos fieri, si & ipsi voluerint, inquiunt Ambros. & Hieronymus. Hic est sanguis noui testamenti, qui pro multis effundetur. Pro multis, inquit Hieronymus, qui credere voluerint. Credere autem & inuocare nomen domini, pœnitere veteris vitæ, sunt quidem opera in libero arbitrio, sed & ab ipso volūtarie, ab ipso, in ꝑ; non solo, sed diuino spiritu coelitus excitato, atq; attracto, quia nemo potest venire ad Christū, hoc est credere in Christū, nisi pr̄ coelestis traxerit illū. Nemo potest quęrere Christū medicū, nisi pri⁹ vtcūq; īuentū, queādmodū ipse ait, Inuentus

inuentus sum a non quærentibus me, palam apparui his, qui de me non interrogabant. Priusq̃ deum quęrimus, eũ iam secundum fidem quandam inuenimus, vt secundum eandem fidem quęramus eum amplius, donec illam in coelesti Hierusalem videamus. Proinde cum creauit nos sine nobis, non vult tamen saluare nos sine nobis, multa faciens in nostræ salutis opere. Qui creauit mundum, mare, & omnia quæ in eis sunt, potuit & in diluuio seruare Noe, & familiam eius sine rate, potuitq́ ipse solus Arcam Noe construere. Iussit nihilominus per tot annos arcã fabricari, iussit & ingredi arcam, vt ipse Noe foret suę saluationis cooperator. Sic & spiritualis suę salutis cooperator est quisq̃ per motum liberi arbitrij credentis in eum qui iustificat impiũ.

¶ *Sequitur quarta huius capituli pars in qua demonstratur, quonammodo homines nondum habẽtes fidem, præparentur ad fidem, per quam transeat in eos fructus passionis Christi.*

IN superioribus ostendimus præparationem ad participandum fructum passiõis Christi, fieri per motum fidei, reliquum est ostendere homines ad fidei motum præparari non a solo deo, sed etiam per ministerium hominum, & ita vel diligentiam vel negligentiam humanę voluntatis concurrere in accipiendis, vel non accipiendis muneribus Christi. Sciedum est ergo, Tria esse præcipue hominũ genera non participantium fructus, & meritia passionis Christi. Vnum eorum qui nondum habent vllam de Christo redemptore fidem, neq́ explicitam, neq́ tacitam, stantes in ignorantia pure negatiua de Christo, nullam etiam habẽtes originalis suę damnationis & captiuitatis notitiã, quales sunt gentiles, & pagani ignorantes totius humanę naturę lapsum in apostatica radice esse causam, propter quam humanum genus indiguit liberatione & redẽptione per Christum. Aliud est gen⁹ hoĩm impiorum, qui semel Christo incorporati adhuc fidẽ seruãt, sed mortuam, & intus sopitã, ac dormientem a suis concupiscentijs abstracti, & illecti, pdi tis viuunt moribus. Tertium genus est eorum qui euangelium quidem Christi audierunt, sed contempserunt vel

nunq̃

nunc͡q regenerati, vel semel regenerati intus in corde fidem pristinam prorsus deseruerunt, qui tametsi interdum exter na conuersatiõe videant̃ intus esse animo, tamẽ mẽte foris sunt. Multos, inquit Augustinus, inter ecclesiasticos viros tanta ambitio, tãta͡q manifesta vanitas occupat, vt efficacissimis indicijs demonstrent se animo foris esse, quamuis intus videant̃ esse conuersatione exteriore, qui propterea manifeste nõ exeunt foras, quia secularibus emolumẽtis tenent̃, qui sua quęrentes non quæ Iesu Christi sunt, non a Christi vnitate, sed a suis beneficiorum commodis nolunt recedere, qui ficti manẽt intus, ve, ve, ve, qui sic non modo patrimonio Christi abutuntur, sed & gregem eis commissum, quem Christus acquisiuit sanguine suo, nõ solum nõ pascũt, sed & malę conuersationis exemplo ad inferos trahunt, tot profecto, vt inquit Gregorius, mortibus digni, quot ad subditos perditionis exẽpla transmittũt. Ad participãdum fructũ & meritum passionis Christi aliter admonendi, inuitandi, & pręprandi sunt primi generis homines, aliter secundi, aliter postremi generis. A primi generis hominibus, vtpote a nondum credentidus legimus in sacris scripturis non opera, sed fidem exigi, eam͡q fidem operib⁹ anteponi, & ex operibus neminem iustificari, sed ex fide. Ad secundi autẽ generis homines, & insuper ad omnes Christianos iam semel Christo renatos, verbum correptionis & exhortationis sermo dirigitur ad operandum. Si peccauerit frater?, argue illum, frater autem est, qui iam in Christo semel renatus est. Operamini bonũ ad omnes, maxime ad domesticos fidei. Et iterũ, Stabiles estote & immobiles in omni ope re bono, sciẽtes quod labor vester nõ erit inanis in domino, Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, In veritate comperi, quoniam non est personarum acceptor deus, sed in omni gente qui timet deum & operatur iusticiã, acceptus est illi. Opera bona non fidem præcedũt, sed sequũt̃. Nõ ex meritis operũ, sed ex grã fidei homo iustificatur. In iã autẽ iustificato, gratia fidei non manet ociosa, sed seruat dei mandata fidemque suam intus latentem ex operibus foris ostendit ex eadem fide iungens sui laboris obsequium in charitatis officia. Vnde ex his prorsus cõtexitur insulsissimus hęreticorum error reijcien-

tium epistolam Iacobi, & præsumentium affirmare eandē non esse Iacobi Apostoli, sed esse doctrinæ Pauli contrariā, eo quod fidem simul iungat & opera. Huius erroris falsitas adeo manifestata est in scripturis sacris superius commemoratis reprobata, vt nemo, nisi cui maleuol⁹ pertinaxq; est animus, valeat eidem errori consentire.

Ex his igitur manifestum est, eos qui nondum credunt inuitandos esse ad quædam initia fidei. Conuenit iā considerare, quonam modo suasio hęc, seu præparatio fiat, & secundum quem modum & negligentia, & diligentia humanarum voluntatum sunt causę quædam, quibus in hominem peruenit, aut non peruenit motus fidei.

Sciendum est ex supra dictis, quod & si credere sit opus dei, quemadmodum Christus ait, Hoc est opus dei, vt credatis in eum, est tamen etiam opus hominis voluntarie consentientis. Vt autem consentiat, congrua est via, si primum eidem præponantur incarnationis, passionis, & mortis Christi rationes, propter quas videlicet oportuit Christum dei filium incarnari, pati, & mori, & has fuisse redemptionem, & liberationem humani generis, satisfactionem pro peccato humani generis iusto dei iudicio damnati ad mortem, ad exilium, ad miseriam. Deinde proponantur eidem causæ huiuscemodi suæ captiuitatis & miseriæ, Deum videlicet ab initio condidisse hominem rectum, immortalem, absq; vlla miseria, & collocasse in delitiarum paradiso, reliquisse illum in manu consilij sui, vt semper viueret, si pręcepto illius obediret, moreretur autem cum tota sua posteritate, si contemneret, aut negligeret. In tali autem honore hominem constitutum, dum magis obediuit serpenti suggerenti, quam deo suo conditori præcipienti, esse paradiso spoliatum, factumque esse cum tota sua posteritate miserum, mortalem, ad omne malum pronum, instabilem, sibimetipsi grauem & contrarium, secundum legem in membris suis repugnantem legi mentis suæ, damnatiōi obnoxium. Huiusmodi sunt causæ nostræ miserię & captiuitatis, peccata videlicet humanæ voluntatis, ex quibus diluendis sumuntur rationes passionis Christi & mortis.

Hæc sunt exordia fidei verę religionis, & Christianę pietatis, de quibus iuxta Pauli Apostoli doctrinam, non

sumus

ſumus ſufficiẽtes cogitare aliquid ex nobis, quaſi ex nobis. Hęc ſunt quibus ceu gradibus quibuſdam humanus intellectus prouehitur ad concipiendum, ꝙ iuſta ratione vniuerſum genus humanum deiectum eſt in damnationis laqueum, & iam conſtitutum ſub dei ira, indigeat reconciliatione, & mediatore iuſtiſſimo, ipſique deo patri amiciſſimo, qui ſuis precibus, meritis, & ſatiſfactionibus eundem deũ patrem homini iratum, faciat placatum & propitium. Ex his igi͠t liquido patet nondum credentes ex ipſis malis huius vitę, quę ſentiunt, eſſe inuitãdos ad fidei initia, vt diſcant credere deum eſſe creatorem, eumque primitus humanum genus inſtituendo, ordinaſſe illud in paradiſo abſqꝫ morte tranſiturum in cœleſtem vitam, ſi obediendo legi datæ, perſeueraret in eo quod acceperat, alioqui moreretur, ſi nõ obediret, & ideo hominem ipſum deo inobedientem, non perſeuerantem ſecundam ordinem ſic inſtitutum, lapſum eſſe ſub manu diuinæ iuſticię captiuum, mortiqꝫ & miſerię ſubiectum, nec iam potuiſſe ad beatitudinem peruenire, niſi Deus ex gratia inſtituiſſet ordinem miſericordię, & præparaſſet nobis filium ſuum, venientem in carnem mortalem propter malitiam noſtram abolendam, vt omnis qui credit in illum, non maneat in morte, ſed habeat vitam æternam. Vnde miſeria, captiuitas, vanitas, corruptio, mors, ira dei ſuper vniuerſum genus humanũ, hominis emptio, redemptio, liberatio, ſaluatio, illuminatio, per ſalutare dei, per dexteram, per brachium dei, per filium dei, ſunt quæ paſſim in ſcripturis ſacris commemorantur.

Hæ ſunt rationes crucis & mortis Chriſti innocentis, voluntarie ſeſe in mortem deo offerentis, vt propitium illum faceret humano generi. Hæc ſunt argumenta, quibus contra huius mundi philoſophos & tyrannos, arbitrantes crucem Chriſti eſſe ſtulticiam, vſi ſunt Andreas, Paulus, cæterique Apoſtoli & martyres, virgines, Catharina, Barbara, Cecilia, Agnes, oſtendentes rationem voluntarię paſſionis, ac mortis Chriſti fuiſſe exolutionem ſtipendij debiti peccato humani generis, & ita Chriſtum crucifixum, eſſe dei ſapientiam, & virtutem, & noſtram ſanctificationem, ac propitiationem apud deum patrem.

Sic docet venerabilis Auguſtinus nondũ regeneratos, non-

dum credentes primitus erudiendos, corripiendos, & docē dos, vt videant sese esse deformes, saucios, reos, & incipiant sibi displicere, sentientes originem suam damnabilē, & sese a rectitudine, qua deus primum condidit humanum genus, deuiasse, vt ex his tandem desiderent reformatorem, & reci piant animarum medicum Iesum, qui moriturus venit in hunc mundum, vt suo sanguine mundaret, & saluum face-ret a peccatis populum immundum, faceretq; deo patri eun dem populum acceptabilem, & sectatorem bonorum operū. In Christum non recte credit, qui hæc primum non discit, non quęrit Christum mundatorem, qui ęstimat solis suis li-beri arbitrij viribus semel a deo acceptis, posse fieri iustum ac mundum. Proinde saluator aliqua per ironiam vo ce condemnat Iudæos absq; fide ex operibus legis arrogan tes se iustos esse. Non veni, inquit, vocare iustos, sed peccato res. Medicus non sanis, sed male habentibus est necessari⁹. Non quærit Christū saluatorē, qui non æstimat se ex se esse peccatorem. Non quęrit illum vt medicū, si nō agnoscat se infirmum & ægrotum. Sic nos docet scriptura, Venit fili-us hominis quærere & saluare quod perierat. Christus venit in hunc mundum peccatores saluos facere. Nulla cau-sa fuit Christo innocenti, vero dei filio in carnem mortalem veniendi, nisi causa generis humani, quod perierat, redimē-di. Sic ergo ex cogitatione dei vt conditoris naturæ primō instituentis hoim gen⁹ cum libero arbitrio, absq; vlla mise-ria, & ex consideratione voluntariæ ruinę humani generis. ad fidei gratiam pręparandi, admonēdi, & inuitandi sunt primi generis homines, vt expositis causis incipiant crede-re in Christum, tanquam totius humani generis redempto-rem, ac mediatorem inter deum & hominem. Sic per omnē passim locum docet Apostolus Paulus, per vnum hominē mortem transisse in omnes ab illo generatos, per vnum ho-minem vitam trāsisse in omnes ab illo regeneratos, per vnū hominem peccatum & miseria, per vnum hominem iusti-cia & beatitudo. Sicut in Adam omnes moriuntur, Ita in Christo omnes viuificabuntur. Iam ergo si quispiam dixerit. Fidei virtus in Christum, a solo deo infunditur, nō propter opera nostra, frustra igitur laborat omnis humanæ suasionis diligentia. Facilis est ex superioribus disso

lutio.

lutio. Nam deus ꝙuis intus operetur fidem ipsam & charitatem, non tamen operatur hæc absq; consensu propriæ voluntatis. Vt autem voluntas credat, consentiat, & voluntarie obediat, opꝰ est suasione idonea seu testificatiõe. Operatꝰ quidẽ deus, vt inquit August. virtutes in nobis, sine nobis, sed opera virtutum operatur, cooperantibus nobis. Quod a solo deo, & soli, inquit Berna. libero arbitrio datur tã absq; consensu esse non potest accipientis, ꝙ absq; gratia dantis, & ita liberum arbitrium gratiæ operanti salutem, dicitur cooperari dum consentit deo testificanti. Credere igitur & consentire nemo potest euangelio, nisi volens, Velle autem nemo potest absq; mentis cogitatione, neq; absque rationis iudicio. Secundum naturam igitur prius est cogitare ꝙ credere, neq; enim credit quispiã, nisi cogitet qđ credat. Cogitare autem nemo potest, nisi hoc quod cogitat, propositum fuerit auribus mentis. Quomodo credent, inquit apostolus, nisi audiãt, quomodo audiẽt sine prędicãte. Ex quibus tandem conclusit, Fides igitur ex auditu. Vt aũt nostrę salutis mysteria primum venirent in aures mẽtis, non erat in facultate nostrę voluntatis. Recte propterea, inquit apostolus Paulus, loquens de huiuscemodi mysterijs ad salutẽ pertinentibus, nos nõ esse sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, quia vt audiremꝰ deus nobis reuelauit. Verũ ipsiꝰ credibilis reuelatio sola nõ sufficit, Nã & euãgelio Christi sibi prędicato nemo a seipso habet, sed a deo donãte sumit fidẽ, qua Christianus efficitur. Cæterũ & in rebus prophanis non quodlibet auditum potest hõ mox credere, alioqui posset quisq; pro arbitrio mox credere quodlibet sibi propositum, absq; vlla suasione, vel apparentia, & ita posset quisq; credere papam nunc sedere, & rursꝰ eum nunc non sedere. Hoc autem falsum cum oporteat idoneam esse testificatiõem, qua videatur vel ipsum testimonium in se esse verisimile, vel is qui testificatur verax esse & nosse, seu certus esse super eo, quod testificatur. Hæc autem esse necessaria non solum in fide, qua sibi homines mutuo credũt, sed etiam in virtute fidei diuinitus inspiratæ, attestan: ur scripturæ gesta & miracula, quibus saluator hoiẽs ad fidem pręparauit inuitando & excitando, ostendens deum patrẽ veritatem infallibilem in se et loqui, & operari.

Si non

Si non facio ego, inquit, opera patris mei, nolite credere mihi. Opera quæ ego facio ostendũt, quia ego in patre & pater in me est. Proinde scribę & pharisęi facti sunt inexcusabiles, quod ex perceptis, testificationibus, suasionibus, gestis, & miraculis, quibus sese ad fidem desuper accipiendam poterant accommodare, credere noluerunt. Si opera non fecissem in eis, quę nemo alius fecit, peccatum non haberent, nũc autem excusationem non habent de peccato suo. Peccatum intelligit non quodlibet, sed magnum illud infidelitatis peccatum, quo credere noluerunt. Nam cęteris peccatis etiam anteq̃ Christus veniret ad prædicandum nõ caruerũt. Vnde non idcirco facti sunt per infidelitatem condemnabiles, quod non mox cuilibet testificanti de Christo ad vnã aut alteram testificationem crediderunt, quemadmodũ neq; Nathanael idcirco vituperaẽ, quod nõ mox credidit Philippo testificanti de Iesu ipsum esse Messiã. Quemadmodum nũc si nobis aliquid insolitum reuelareẽ, nõ mox teneremur credere, sed neq; ob id quodlibet mox reijcere, aut cõtemnere, sed oportet nos probare spiritum testificantem, an ex deo sit. Idcirco facti sunt Iudæi inexcusabiles, quod Christum prędicantem, & ad scripturas, quas habebant de ipso reuelatas, remittentem, contempserunt sermonem eius, indigne ferentes propterea quod arguebat vitia eorum & crimina, habentes etiam testimonium sacratissimi vatis Ioannis Baptistæ, qui de ipso testimoniũ dedit anteq̃ Christus prędicaret. Vnde considerantes vitam illius esse dissimilem suæ vitæ, clauserũt oculos suos & aures suas aggrauerũt, ne discerẽt, concipientes contra illum abhominabile odium, atq; ita inflati arrogantia noluerunt intelligere, vt bene agerent. Modus igitur vnus, secundum quem Iudęus aut Paganus nondum credens in Christum potest sese accommodare ad accipiendum fidei donum, est dum suggestione diuina vel per hominem, vel per occultam inspirationem excitatus seu admonitus ad credendum euangelio nõ reluctatur, sed incipit de via salutis suæ in euangelio prędicata cogitare, deliberare, deum intus per lumen rationis internæ loquentem consulere, & se docilem exhibere atq; tractabilẽ, vt accipiat a deo fidẽ qua efficiatur Christianus, quã cum accipit homo, incipit credere libera sua voluntate non

ex se

ex se, sed ex suasiõe quadam re vera int⁹ missa a deo infallibili veritate. Et ita dicentes nõ cõsentimus errori, secundũ quem Augu. post suę conuersiõis initia fatet̃ se errasse, arbitrãs fidẽ nõ esse dei donũ, sed credere esse sitũ in viuscuiusq́ arbitrio libero, cui euãgelij veritas fuerit p̃dicata. Quã sane sententiã, queadmodũ & supra iã dixim⁹, retractat ipse in lib. de p̃destintiõe, demõstrãs fidẽ, qua efficimur Christiani, esse dei donũ, & nos credere si credere volum⁹, sed vt velim⁹, volũtatẽ a deo p̃parari in nobis. Hacten⁹ de p̃parãdis ad fidẽ Christianã eis, qui iã habẽtes aut scripturas ꝓpheticas aut testificatiões humanas, quib⁹ adiuti atq́ attracti potuissẽt sese ad accipiẽdũ fidei donũ accõmodare, q̃ dũ neglexerũt facere, sibi imputẽt, si in meritis passiõis Christi non cõmunicẽt. Iã vero si vltra ꝓgrediamur, dubitãtes an ne pagan⁹ aut gentilis nullas habẽs scripturas, nõdũ etiã audiẽs fidẽ euãgelij prædicari, valeat per lumẽ ratiõis internæ sese ad accipiendũ fidẽ talẽ pręparare. Hãc quæstionem soluẽtes nonnulli sacræ theologię magistri, & recẽtiores scholastici, & vetustiores quidã videntur tradidisse fidem esse generale dei donũ oĩb⁹, quantũ in se est, faciẽtibus præparatum æqualiter, de quib⁹ latius in lib. de cõcordia liberi arbitrij, & prędestinatiõis diuinæ. Sufficiat aũt impręsẽtiarum recitare vnius sententiam, qua discussa & examinata, pi⁹, san⁹, & catholicus videbit̃ intellect⁹ cęterorũ. Vnde Faustus quidã Galliæ Episcopus contra Lucidũ presbyterũ de gratia dei & humanæ mẽtis arbitrio, videt̃ docere generalia quędã esse fidei dona, quę speciali quisq́ in se studio virtutũ potest excolere, & fidẽ ipsã esse traditã cũ ipa lege naturę, & q̃ p legẽ naturæ, quę prima ẽ grã, multi ĩtrauerũt salutis vestibula, & Christũ oĩm cõditorẽ, sic etiã esse oĩbus redẽptorem, vt oĩb⁹ offerat & igerat grãm ad salutẽ, & nõ esse p̃destinatiõem diuinã, secundũ quã in humano gñe alij ad vitã, alij ad mortẽ sint ordinati. Sic ĩter scholasticos diu⁹ Tho. distinctiõe. 4. sentẽtiarũ docet hoĩem etiã sine fide posse sese ad fidei grãm p̃parare. Quis intẽtio recta ad deũ finẽ vltimũ p̃ducens nõ possit, inq̃t, esse sine fide, Intẽtio tñ quædam in deum vltimum finẽ, potest esse p naturalem vel generalem cognitionem de deo, secundũ quã si feratur in deum cũ peccati sui displicẽtia, præparat sese ad habendũ fidẽ

Sunt,

Sunt inuidiosi lectores procliues ad calumniandam venerandam patrum antiquitatem, quam neq; intelligunt, neq; didicerunt, quibus hoc sæculum infelix est plenissimũ.

Proinde ne studiosus quispiam sacrę theologiæ discipulus ex doctrina vel Chrysostomi, vel magistrorum scholasticorum, vel ex doctrina eiusdem venerabilis Fausti sumat occasionẽ errandi in alterutrã partem, putans eosdem Chrysostomum & Faustum, vel fauere Pelagianæ hæresi, vel ex intentione contradicere doctrinę venerabilis Augustini.

Primo sciendum est Augustini sęculis, & longe post secula illa, fuisse nonnullos sacre theologię studiosos, qui ex libris eiusdem Augustini contra Pelagium æditis, occasiones sumpserunt errandi, arbitrantes propter prędestinationem, ac reprobationem diuinam, sublatum esse liberum hominis arbitrium, contra quos & ipse August. post libros contra Pelagium ęditos, nonnullas scripsit epistolas, atque tractatus, reducens eosdem in sententiam saniorem. Sic ergo post Augustini sęcula, fuit Lucidus quidam presbyter in Gallia ad sensum alienum a veritate catholica, intelligẽs gratiam prędestinationis diuinę, contra quem Faust⁹ duos ædidit libros, defendens liberum arbitrium, non obstante prædestinatione diuina. Proinde oportet eorundem librorũ Fausti lectorem studiose aduertere damnabiles sententias, contra quas idem Faustus suos libros composuit, quas reperiet in pręfatione Lucidi presbyteri eisdem libris pręscripta, in quibus ipse Lucidus sese fatetur in his sententijs errasse, videlicet quod liberum arbitrium post primum hominis lapsum, ex toto fuerit extinctum, & ita diuinæ gratię non esse iungendum laborem voluntatis humanæ, & saluatorem non suscepisse mortem pro omnium hominũ salute, & dei præsciẽtiam compellere hominem, vel ad vitam, vel ad mortem, & omnes qui post susceptum baptisma pereũt, perire in Adam, & alios esse prædestinatos ad vitam, alios ad mortem, non propter voluntaria opera, & ab Adam vsq; ad Christum nullos ex gentibus per legem naturæ in spe aduentus Christi, fuisse saluatos. Hęc omnia tanq; impia, & sacrilegijs repleta, Ego, inquit Lucidus, contemno & assero liberum arbitrium per Adæ peccatum non esse extinctum, sed attenuatum & infirmatum, & potuisse periclitari eum,

ri eum, qui saluatur, & eum qui perijt potuisse saluari, & Christum esse saluatorem omnium hominũ, & maxime fidelium, & alios lege naturæ, alios lege Moysi fuisse in spe aduentus Christi saluatos, & ab initio mundi neminem ab originali fuisse absolutum, nisi per intercessionem sacri sanguinis Christi. Hęc sunt paradoxa de gratia & libero arbitrio conformia doctrinæ Augu. quorum contraria ipse Faustus refellit, defendens ex scripturis irrefragabilibus liberũ arbitrium vna cũ gratia & prædestinatione diuina, probãs ipsã fidẽ etiã fuisse traditã cũ lege naturę, sed nõ ꝓpterea oportet dicere, quod lex naturaliter insita fuerat fides gratuita, sed quod in lege solius naturæ etiam potuerunt homines peruenire ad fidem per auxilia quędam gratuita, tũc hominibus prouisa. Aliud significamus dicentes fidem esse generale talentum naturæ insitum, Aliud significamus dicentes auxilia quædam gratuita omnibus sine operum meritis esse præparata, quibus adiuti valeant sese ad participandum fructum passionis Christi ac ad donum fidei pręparare. Illud tanq̃ iniuriosum diuinæ gratiæ non est admittendũ, Istud autem docet gratiam Christi copiose dispergi. Proinde & supra dicta diui Thomę sententia in 4. sentetiarum scripta accipienda est tanq̃ per eundẽ in meliorẽ sensum retractata, seu interpretata, & intelligenda secundum ea quæ docet in prima secũdę, nunq̃ videlicet hominem peruenire ad fidẽ, vñ Christianę religionis in vnoquoq; sumit exordium, nisi peculiariter tractum motione dei intus illuminãtis. Tractus autem ille peculiaris est accipiendus, non tãq̃ naturale humani generis talentum semper omnibus presto, sed tanq̃ suauis quędam motio spiritus sancti intus pulsantis, suggerentis, & vocantis. Neq; oportet hic curiose inuestigare, Vtrum singulis hominibus pro loco & tempore adsit sufficiens vocatio, qua valeat ad fidem peruenire, quemadmodum in loco quodam docet venerabilis Augustinus. Hęc vocatio, qua scilicet quis sic vocatur vt in potestate habeat non contemnere, sed venire siue in singulis hominibus operetur, siue non in singulis, sed in populis atq; in ipso humano genere per tẽporum opportunitates, altę & profundę est ordinationis, & comprehendi nõ potest. Id autem sufficiat scire omnes homines absq; gratia Christi esse

 sub pec

ſub peccato reos, deumq́ ipſum ſecundum ſuam ſapientiam ita ſuauiter, ita iuſte & miſericorditer ſuis auxilijs gubernare liberas hominum voluntates, vt in illo iudicij die, ſuo quiſq́ iudicio, ſuaque ſententia ſentiet ſe aut excuſabilem & damnabilem propter ſuū ipſius peccatum, aut dignum & honorabilem propter Chriſti redemptoris clementiam. Nā & ſecundum apoſtolicam doctrinam oportet nos omnes manifeſtari ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſq́ pro vt geſſit in corpore ſuo, ſiue bonnm ſiue malum. Eſt zelus quidam dei creatoris non ſecundum ſcientiam, qualis eſt in Iudęis Chriſtum contemnētibus, qua quantumlibet figant intentionem in deum, finem vltimum, deo non appropinquant. Poſſet forſitan iam quis fieri a peccato liber, particeps fructus paſſionis Chriſti per initia quędam implicitæ fidei cœlitus inſpiratę, nō habita fide explicita in Chriſtū, de quo vel nunquam audiuit, vel tunc non cogitat raptus in deum tanq́ in eum, qui gratis iuſtificat impium, nō ex meritis ſuis, ſed ex gratia miſerentis dei, ſed contempto aut neglecto Chriſto, a peccato liberari non poteſt. Intentio aūt in deum finem vltimum per naturalem cognitionem ſine fide cum diſplicentia quadam peccati, neq́ meretur fidem, neq́ facit homines ſecundum illa naturalis legis officia operantes a peccato liberos. Neq́ facit illos ad vitam æternam dignos. Et hæc ſūmopere ſunt conſideranda ad intelligendum doctrinam venerabilis Auguſtini libro quarto contra Iulianum capite tertio, demonſtrantis in gentibus & paganis nondum Chriſtianis nō poſſe eſſe vllam veram virtutem, appellans veram virtutem, qua liberatur homo a peccatis, qua & peruenire poteſt ad vitam æternam. Ordinatio in finem debita operi naturalis legis eſt gemina. Vna eſt debita operi ad hoc, vt op⁹ ſit verę virtutis op⁹ iuſtū & acceptum ad vitam æternam, & talis ordinatio non poteſt eſſe ſine fide. Alia eſt ordinatio debita operi ad hoc vt opus ſit bonum bonitate naturalis legis, licitum & abſq́ culpa factum, & talis ordinatio poteſt eſſe ſecundum cognitionem quandam naturalis legis. Sed de his latius in libro de natura & gratia.

Quinta

¶ *Quinta pars, in qua ex supra dictis inferuntur conclusiones.*

EX superioribus multa possunt esse manifesta. Primũ quod credere euangelio, quemadmodum Christianus credit, est per naturam seu vim liberi arbitrij, non solam autem, sed & suasam & tractam, edoctam a deo patre. Deus autem pater docet loquens, & per scripturas sacras, & etiam per homines spiritu sancto ad loquendum ea quæ docent inspiratos, quemadmodum deus olim locutus est patribus in prophetis. Sic ait Saluator. Non vos estis, qui loquimini, sed spiritus sanctus est, qui loquitur in vobis. Sic & Paulus dicit. An experimentum quęritis eius, qui in me loquitur Christus? Secundo manifestum est quod aduersarij indignas construunt contumelias scholasticis sacræ paginæ doctoribus propterea quod doceant credere euangelio esse in natura seu in libera voluntate hominis. Hæc enim docentes conformiter loquuntur scripturis & sententijs patrum, neq; excludunt gratiam dei intus suggerentis, intelligentes credere esse in libera voluntate diuinitus excitata, & tracta. Sic & sancti patres Amb. Aug. Cyp. Chrys. orare deum, quęrere, inuocare, & id genus opera bona, libero tribuunt arbitrio, nõ cõmemorrantes dei gratiã, sed non ob id eandẽ excludere voluerunt, quemadmodũ docet cõtra Pelagianos venerabilis pater Augu. In scripturis sacris dũ opa bona vel exiguñt ab hoĩe, vel tribuuñt homini, tacita dei gratia nõ intelligitur exclusa, sed intellecta. Propheta cum dicit, Ex voluntate mea confitebor illi opus peculiariter bonũ, vtpote cõfessionis, laudis, dicit futurũ, ex sua volũtate intelligit, nõ ex illa sola, sed ex illa secundũ dei gratiã pręuenta atq; adiuta. Vnde pręmisit, Dominus adiutor meus, Ita & econtrario, dũ non expressa humana voluntate opa bona deo, & diuinę grę tribuuntur, nõ excludiť operãs vis humana, sed intelligiť esse secundũ dei gratiam adiuta. Et hic est iam articulus, in quo mirabili cęcitate falluntur huius temporis hæretici. Vnde & hac ratione deus in scripturis loquens omnia opera bona exigit a nobis, iubens vt nos illa faciamus. Atq; ita quamuis non nostrum, sed dei soliꝰ sit vocare nos, siue p angelum siue p hoĩem, Nr̃m tñ

 est cre

est credere, nostrum est quærere, & inuocare nomē domini, nostrum, id est, opus nostrę voluntatis præuentę atq; adiutæ adiutorio illius, qui dicit, Sine me nihil potestis.

Tertio manifestū est, quod de⁹ interna sua inspiratione præuenit hominum voluntates, sed ad hoc pręuenit, vt sua excitatione, & suasione faciat illorum animos intendere in ea, quæ dicuntur & accommodare sese, dociles reddere & aperire corda sua domino. Pręuenit enim non vim inferendo voluntatibus, sed suauiter trahendo eas, suasionibus suggerendo & inuitando, qui & si interdum præueniat corporibus eorum vim inferendo, quemadmodum in euangelio de quibusdam præcepit paterfamilias seruo suo, Exi in vias & sepes, & compelle intrare, qđ et in Paulo Apostolo videtur accidisse, hoc totum facit, non vt cogat illorum animos, & nunq; voluntarij seruiant, sed vt eos faciat dociles, tandē & beneuolos. Primum reddens illos attentos in suam miseriam spiritualem & salutem, de quibus alioquin non cogitabant. Quarto manifestum est, q; & si deus occulta inspiratione per spiritum suum solus posset omnia operari, tamen secundum communem suæ prouidentiæ dispensationem super hominum genus prouidet hæc, concurrentibus seu antecedentibus aliorum hominum docentium, pręedicantium, suggerentium, arguentium, & nonnunq̄ pœnarū metu compellentium ministerijs, quibus vel eruditur ignorantia noxia, vel obiurgatur, arguitur, & corripitur mens praua, vt perituris reb⁹ postpositis intēdat in illa, quæ sunt salutis ęternæ, vt deum omnium rerum conscium prę oculis habeat, eumq; iudicem ac remuneratorē veneretur, seq; ipm videat deformē, mundatorē cogitet, & viam qua valeat peruenire ad verū beatificū bonū. Huiuscemōi, quemadmodū docet Augustinus in lib. de correptione & gratia, sunt fines, propter quos corripimus, arguimus homines, vt vel nō dum credentes intendant in ea, quæ sunt credenda, speranda, & diligenda, & se dociles reddant deo intus aut pollicēti aut comminanti, vel iam credentes intus ad corda redeant, & deum per fidem intus clamantem, promittentem, & comminantem audiant, sibiq; displiceant, dei iudicium timeant, ingemiscant. Cum ergo contra præparatiōes, quibus hominum corda ad fidem aut gratiam pręparātur, obijci

obijciunt improbi censores diuinæ gratiæ, dicentes, Quid opus est suasionibus, præparationibus & ministerijs per humanas voluntates ad accipiendum fidem & charitatem, cum ipse deus totū faciat, operans virtutes in nobis. Ipse tollit contemptum, ipse fidem, spem, & charitatem sine nobis inspirat. Dei virtus nō indiget hominum suasionibus, neq; enim quis potest adiuuare spiritum eius, neq; est fides Christi, vt inquit Paulus, in sapientia hominum, neq; in persuasorijs humanæ sapientię verbis, sed in ostensione virtutis, & diuini spiritus, Nō est volentis, neque currentis, sed dei miserentis, qui dicit, Misereor cui voluero, non propter vos ego faciam. Ipse ergo solus, & non propter pręparatiōes nostras largitur spiritum fidei & charitatis. Hęc sunt antiqua hęreticorum retia, antiqua commenta hominum, gratiam Christi non recte intelligentium, & arbitrantium propter dei gratiam in scripturis commendatam, nihil esse liberum arbitrium, & paganos, gentiles, aut peccatores impios non esse instruendos, arguendos, aut corripiendos, sed tantummodo orandum esse pro ipsis, vt deus ipse faciat in eis fidem & bonam voluntatem. Contra quos venerabilis pater Augustinus ędidit libros de correptione & gratia, et de natura & gratia, demonstrans ex scripturis cum dei gratia stare hominum docentium & arguentium ministeria.

Proinde & nos huiuscemodi hominibus ex aduerso obijcientes, dicamus vt respondeant. Quid opus erat domino nr̄o Christo in carne mortali tot labores, tātos sudores subire, vt ad fidem, & ad meliorem vitam deduceret incredulorum Iudęorum corda, cum ipse habeat omnia in sua potestate, qua potest subito conuertere illa, & mutare ad quodcumq; voluerit, quid opus erat Paulo illi tanta vigilantia, tantaq; sollicitudine plantare, rigare, totum orbem peragrare, tot labores & sudores tolerare, vt incredulorum corda ad fidem, & ad meliorem viam deduceret. Cum autem ad hęc respondere aliter q̃ doceat ipse idem Paulus, nequeant, neq; melius habeāt, quod valeant inuenire, Intelligant q̄ & si Apostolorum sermones non fuerunt in persuasorijs humanę sapientię verbis, non tamen cessauerūt verbis suis prędicare, & sermonibus indefessis testificari Christū, suadere, suggerere, inuitare homines ad obediendum Euangelio,

fueruntq;

fueruntque sermones eorum labores & sudores in prædicando & docendo euangelium Christi, non in persuasionibus, secundum humanum spiritum, sed in virtute Christi, dum nihil aliud prędicauerunt, quam doctrinam Christi, ad cuius fidem & itellectum intus inuisibiliter operandum, deus vtitur visibilibus ministerijs hominum, qui applicent, atque dispensent illius sacramenta, illius verba quæ sunt tanquam seminaria quædā salutis ęternæ, quibus nostræ salutis misteria transeunt in oculos mentium, quibus & adest spirit⁹ Christi intus inuisibiliter operans. Sic nos existimet homo (inquit) vt ministros Christi & dispensatores mysteriorū Christi. Agricultor si non plantaret & seminaret, terra nō germinaret, Ita minister Christi si nō baptizaret, paruulus iam moriturus in æternum periret. Apostoli si non in omnem terram verba euangelij prædicassent, gentes nō credidissent. Aedificat domin⁹ domum suam, id est, ecclesiā suam, non solitaria pcuratione, sed per ministeria præsulū, atque pastorum ecclesię per eos qui dicunt, Dei enim sumus adiutores, dei ministri. Aedificatur ecclesia per eum qui dixit, vt sapiens architectus fundamentū posui, ab initio ad hæc vsque tempora ędificata est ecclesia per labores, per officia euangelistarum, apostolorum, doctorū, sacerdotum, per ministeria & exempla sanctorum, per mortes martyrū, sed qui intus salutem in cordibus hominum operatur, solus est deus. Eleuate igitur capita vestra pontifices & pręsules, qui comeditis lac, & habetis lanam de armento Christi gregis. Iam lupus vndique in insidijs, expergiscimini vigilantes, & attendite gregibus vestris, in quos posuit vos spiritus sanctus pastores regere ecclesiam, quā acquisiuit sanguine suo, non tanq̄ dominātes in clero, sed vt ministri & serui Iesu Christi, scientes iudicium durissimum his, qui præsunt, futurū. Labores vestros, assiduas curas & sollicitudines docendo, arguendo, corrigendo, iungite Christo pastori bono intus inuisibiliter pascenti & docēti per seruorum suorum ministeria, cum Paulo Apostolo, neque inanes, neque steriles æstimetis esse futuros ecclesię labores vestros in domino.

Hortulanus & agricola quamuis non habeant vires operandi in agro, aut in arbore fructuum incrementa, vtique tamen sua præstant adiumenta, dum plantando, & seminando ap

do applicant terræ semina, in quibus latens dei virtus proficit ad germinandum fructus ex terra. Deus qui potest omnia solus absque causis creatis facere, ita gubernat suos electos in vitam æternam, vt dignetur causas a se creatas sibi habere cooperatrices. Frustra quisque fodiendo, plantando, seminando, operaretur visibiliter foris, nisi & deus per vim naturę latentem in semine, simul operetur inuisibiliter intus, sed secundum communem naturæ cursum, deus intus in terra segetem non operatur, nisi semen in terram per laborem hominum defossum & excultum iaciatur. Potest quidem deus, quicquid voluerit sine causa creata foris operante producere, sed non potest facere hominem recte credere, aut bene viuere, nisi simul faciat etiam eundem hominem intus voluntarie agere. Secundum Apostolicam igitur doctrinam spiritus sanctus constituens nos hæredes regni dei propter meritum passionis Christi, non est spiritus in nobis otiosus, non vacuus ab operatione, sed est spiritus fidei, spei, & charitatis, faciens scilicet nos credere, sperare, & diligere vitam æternam. Est spiritus sobrietatis, castitatis, continentię, benignitatis, patientiæ, vt iam in baptismo commortui Christo simul commoriamur peccato, abnegantes impietatem, & sæcularia desideria, Gratia dei sum id quod sum, sed gratia eius in me vacua non fuit, plus omnibus illis laboraui. Christus quidem dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, faciens nos saluos, & cohęredes sibi, non ex operibus iustis, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam, secundum propositum gratię suæ, non quod ipse totum pro salute nostra sic fecerit, vt nos deinceps nihil faciamus, sed ad hoc redemit nos, vt iam facti absque meritis nostris populus deo gratus & acceptabilis, per gratiam eius essemus, inquit Apostolus, sectatores bonorum operum, & sobrie, iuste, ac pie deinceps viueremus, expectantes beatā spem, & aduentum glorię magni dei. Paulus passim sua tradidit documenta, hortans Tit. Episcopum a se ordinatū, Labora sicut bonus miles Christi, opus fac euangelistę. Argue, obsecra, insta, opportune & importune, peccantes coram omnibus argue, Si peccauerit in te frater tuus, inquit Saluator, corripe eum, vt lucrifacias fratrem tuum.

Verū

Verum quidem est quod tradit Paulus, docens deum vocasse nos vocatione sua sancta, non secũdum opera nostra sed secundum propositum suum, & secundum gratiam, quę data est nobis in Christo Iesu ante tempora sæcularia, nunc manifestata per illuminationẽ Saluatoris nostri Iesu Christi, qui destruxit mortem & illuminauit vitã. Hęc omnia Christus fecit sine nobis, quippe cum nondum essemus nos, verum ne arbitraremur hęc prodesse nobis iam existentib⁹ aut sine nostrarum voluntatũ ministerijs, cũ dixisset illuminauit vitam, cõtinuo adiecit, per euangelium, in quo ego positus sum prædicator & apostolus magister, ob quam causam etiam hæc patior laborans in euangelio vsq; ad vincula, quasi male operans, sed non confundor, omnia sustineo ꝑpter electos, vt ipsi salutem consequantur, quę est in Christo Iesu. Quinto ex superioribus est manifestum, quod quemadmodum ex duobus iam æqualiter iustis contingit alterũ libero arbitrio a gratia deficere, consentiendo desiderijs carnis suæ, Alterũ eidẽ libero arbitrio innixo dei auxilio perseuerare. Sic ex duobus adhuc impijs ęqualiter indignis, ęqualiter diuinis instinctibus pulsatis, atq; admonitis, aut ad fidem, aut ad cordis pœnitentiam contingit alerum nõ reluctari, sed locum dare pulsanti deo, Alterum vero resistere & permanere in obstinacia suę volũtatis. Habuit is qui sic vocat⁹ resistit ĩ potestate sua nõ resistere, alioquĩ neq; peccaret neq; sibi meritũ supplicij faceret resistẽdo. Proinde ꝗuis is, qui vocatus venit, habeat opus aliquod factum per voluntatis suæ arbitrium, per illud tamen, non in se debet gloriari, sed in domino, qui, vt hoc opus homo ipse faceret, sua gratia dignat⁹ est ipsum pręuenire. Ad cœnã illam magnam, inquit Augusti. nec omnes qui vocati sunt, venire voluerunt, nec illi qui venerũt, venire possent nisi vocati. Proinde neq; isti, qui venerunt, sibi soli, sed & deo tribuere debent quod venerunt, quia vocati venerunt, id est, vocatione adiuti. Neq; illi qui venire noluerũt deo tribuere debẽt, q̃d noluerũt venire, quoniam vt vocati venirẽt in libera erat volũtate. Et quanq̃ sibi quisq; tribuat, quod iam a deo solo vocatus, sua sponte venerit, non tamen sibi soli, quia non sibi potest tribuere, quod fuerit vocatus, docẽte apostolo Paulo, Qui vocauit nos vocatione sua sancta, non secundum opera

pera nostra, sed secundũ suũ propositũ & gratiam. Dei est vocare, venire autem & consentire, seu credere & obedire, nostrę voluntatis est opus. Sed hoc opus nostrum non esset, si nõ deus sua nos misericordia int⁹ vocasset. Et ita erũt illa duo, Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Ad misericordiam pertinet vocatio, ad iudiciũ pertinet & beatitudo eorum qui venerunt, & supplicium eorum qui venire noluerũt. Vocatio hęc seu excitatio fit quidem a solo deo in libero hoïs arbitrio, sed ad hoc fit nõ vt voluntas iã excitata sit ociosa, nihil faciens, sed vt iam excitata diuino in se cooperetur operi. Sexto ex superioribus consequens. Ex nondum credentibus quidam citius & facilius, quidã difficilius credũt in Christum & obediunt euangelio. Sic & ex iam credentibus olim regeneratis, sed a sua concupiscentia abstractis & illectis in amorem huius sæculi, quidam citius, quidã difficilius ad meliorem vitã conuertunť. Sunt qui non habentes in hoc sęculo quod delectet, qui facilius veniunt, quam cæteri, visibilibus bonis huius mundi multum affecti, de quibus Saluator. Quam difficile, qui diuitias habent, intrabunt in regnum dei. Vnde Gregorius, Citius obediunt, qui nõ habent in hoc mũdo quod delectet. Quo magis hominis animus fuerit a rebus corporeis, a lacte carnalis voluptatis ablactatus, abduct⁹, seu auulsus, hoc magis est ad capessendum & concipiendum cœlestis vitę amorem dispositus. Quem, inquit propheta Esaias, docebit scientiam, quem intelligere faciet auditum? Respondet ablactatos a lacte, auulsos ab vberibus. Terrenus homo, quem apostolus appellat peccatum habitans in carne nostra, quo magis fuerit in nobis crucifixus, & pręmortuus, hoc magis ad cœlestem vitam accedit noster spiritus. Ex his iam possumus reperire causam vnam, propter quam duo ęqualiter diuinis instinctibus & admonitionibus tracti non ęqualiter credunt, aut obediunt euangelio, quia non ęqualiter sunt affecti. Queadmodum proposito lucro aliter mouet auar⁹, aliter pecuniæ contemptor. Ille ad facinus perpetrandum, iste ad facinus contemnendum. Aliter mouetur iratus, aliter mansuetus, aliter is qui vel ex natura vel ex consuetudine est castus. Vnde quicquid in homine nondum iustificato fit, quo minuať carnis stimul⁹, sit peregrinatio, sit labor,

sit per ieiunium castigatio, hoc ipsum est præparatio quædã ad accipiendũ fructum passionis Christi, quã in viris iã iustificatis & perfectis etiam molestia stimuli carnis est vtilis ad custodiam humilitatis, vt sentientes portare se thesaurum gratiæ in vase suo fictili ac fragili, intelligant diuinæ virtutis sublimitatem, suamq́ paruitatem, & non alte sapiant, sed timeant, & discant assidue confugere ad dei gratiam, sentientes se non ex se, sed ex deo posse perseuerare. Sic contra superbiam datus Paulo stimulus carnis, etiam precibus apud deum non est ablatus, Ne magnitudo, inquit, reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meę, angelus satanę, qui me colaphizet, propter quod ter dominum rogaui, vt discederet a me, & respondit mihi deus, Sufficiat tibi Paule gratia mea.

Septimo ex superioribus consequens est, q deus quãuis possit totum simul inspirare inclinando voluntates hominum, quemadmodum in multis est operatus, tamen secundum communem suæ legis cursum, certis quibusdam modis ceu gradibus quibusdam facit pręparationes, & ascensus ad verę Christianę pietatis vitam. Agnoscere deum omniũ rerum cõscium, iustum iudicem, ac remuneratorem, in seq́ attendere iugum graue, quod est super vniuersum genus humanum multis repletum miserijs, se inuitum vanitati subiectũ, & mille carnis anxietatibus, seq́ in vitia propensum, in se carnẽ esse quæ concupiscit aduersus legem mentis, & vitam secundum carnis concupiscentias, aut secundum desideria huius mundi, esse deo inimicam, rationali animæ cõditæ ad fruendum solo deo esse pernitiosam, quippe quę eandem animam ad similitudinem & imaginem dei factam, facit esse brutalem ac bestialem. Vt cum hęc omnia mala aduertat, suspirans, & desiderans immortalitatem quandã spiritualem, qua caro & anima exultẽt in deo, suadeatur & inuitetur, vt attendat & credat omnia mala supra dicta intrasse per hominem deo inobedientem atq́ rebellem, & ita vniuersum genus humanum per peccatum esse obnoxium miseriæ & damnationi mortis. Et hæc non esse nouiter aut recẽter inuenta, sed tradita esse nobis in scripturis antiquissimis, ante omnia poetarũ aut philosophorum volumina, ante multa annorum centenaria, secundum seriem successionis

cessionis ad hoc vsq; tempus diligenter custodita, quibus & reperimus consona esse generalia quædã internæ mẽtis documenta, impressa a conditore naturę. His ceu gradibus quibusdam quisq; adhuc incredulus potest considerare ratiões iustas, propter quas Christus voluit venire in carnem mortalem, quippe vt deũ humano generi iratũ faceret sua morte propitium, tolerando pro nobis mortem peccati nostri stipendium, vt nos a morte resurgeremus ad vitam, & hunc Christum olim in lege & in omnibus ꝓphetis promissum fuisse talem futurum, qui iusticiam & vitam sempiternam adduceret, & eundem Christum tandem in terris visum cõsummasse omnia, quæ annunciauerunt prophetę, & signis & prodigijs in voluntaria sua passione, in resurrectione, & ascensione, & spiritus sancti datione, quemadmodum olim de illo prophetę prædixerũt. Atq; hæc oĩa non vaga relatione populi, nõ rumusculis hominum ad nos deuenisse, sed tot Apostolorũ, martyrũ, ac virginum testimonijs confirmatis vsq; ad sanguinẽ, diraq; tormenta ad mortẽ, tanto episcoporũ & populorũ cõsensu per vniuersum orbẽ secundũ seriẽ successionis sibi succedentium fortissimis ad nos argumẽtis deuenisse. Sicq; docuisse Apostolos, quẽadmodũ & in principio scripturę nr̃æ tradit historia sacra. Hęc sunt, quibus gentes ignorantes nostrę fidei mysteria, valeãt cõcipere passionis, & mortis Christi rationes. Hæc vt patet in libris recognitionũ Clementis, sunt quę Petrus Apostolorũ prĩceps cõtra Simonẽ Magũ disseruit, tradẽs vnumquẽq;, qui voluerit saluus fieri, primum omniũ oportere discere deum esse omnium rerũ conditorẽ, eumq; omnium rerum esse cõscium, iustum iudicem ac remuneratorem, & non fati, aut genesis necessitate, non fortunæ temeritate omnia fieri, sed hominem ab initio rectum esse conditum & talem, qui haberet in potestate & viuere secundum dei legem, & nõ viuere secũdum illã, & adhęrere ac obedire illi, & nõ obedire. Accedentem ad deũ, inq̃t Apost. Pau. oportet credere deũ esse, & q; inquirẽtibus se sit remunerator. Hęc sunt initia quędã & exordia religiõis Christianę, sed nõ ꝓpria illi soli. Proĩde sola fides talis de vno deo oĩm creatore nõ sufficit, q̃ppe quę potest esse sup̃ba, et cũ ꝓpriorũ meritorũ cõfidẽtia ad participãdũ iusticiã, quę et cõsistere potest cũ cõtẽptu

 fidei

fidei in Christum, sicut Paulus persequutor ecclesiæ, zelum vnius dei creatoris cœli & terræ habebat, non secundũ sciẽtiam. Sunt & nunc Iudæi, Saraceni, aliarũq; nationum sectæ credentes deum omnium rerum conscium, eumque esse iudicem secundum vniuscuiusq; merita, eumq; post hoc sæculum dare pręmium iuste viuentibus, supplicium autẽ viuentibus male. Sed quodnam sit præmium, & quale sit, & quęnam sit vera iusticia, secundũ quã recte viuim⁹, prorsus ignorant, arbitrantes post hanc vitam superesse vitam quãdam carnalẽ, æstimantes etiam sese in hac vita posse apprehendere veram iusticiam absq; gratia Christi iustificantis.

¶ *Sexta pars de præparatione ad gratiam iustificantem pro Christianis relapsis in mortale peccatum, quæ fit per timorem diuini iudicij.*

HACTENVS in genere de præparationibus ad fidei gratiam. Superest iam considerare, quemadmodũ ad participandũ fructum passionis Christi, seu ad iustificantẽ gratiam præparentur homines iam fidem Christi habẽtes, quales sunt Christiani mali, qui a suis concupiscentijs abstracti & illecti, perdite viuunt. Hoc q̃uis in superioribus sit vtcumq; demonstratum, tamen vt in ędificationem eorũ, qui minus exercitatos habent sensus, omnia fiant lucidiora, aliqua sunt consideranda. Primum igitur sciẽdum, quemadmodum diuina bonitas hominibus nondum credẽtibus, plerumq; causas & occasiones præmittit, secundum quas ipse dignatur vocare, atq; inuitare seu excitare illos ad initia quædam fidei, quæ donum dei est, non ex operibus, sicuti satis iam declarauimus, Sic & eadem diuina bonitas hominibus iamolim fide initiatis, qui rursus a suis concupiscentijs abstracti & illecti male viuunt, præmittit occasiones & causas, quibus ceu ministris vtitur, ad excitandum illos ad veram cordis pœnitentiam, ad quam pariendã congruum est primum excitare fidem Christi in ipsis iam dormientem, quatenus cogitent ea, quæ fidei sunt, de futuro gehennę ignis supplicio, de metuendo iudice deo omnium rerum conscio, qui & habet potestatem mittendi corpus & animam in gehennam ignis, vt inde concipiant spiritũ timo

ris,

ris, incipiantq́ odio habere vitia, quæ sunt viæ perditionis æternæ, & vigilare aduersus carnis desideria, quibus miserabiles animæ trahuntur ad gehennæ ignis supplicia, vt hinc tandem in sese pariant desideria quædam cœlestis & immortalis vitæ. Secundo sciendum ꝙ propositũ cœlestis vitæ pręmium, non est tam potens in sui desiderium & amorem ducere carnales homines, ꝙ̃ potens est in mente creditum æterni ignis supplicium trahere illos in honorẽ & timorem iudicis hoc supplicium inferentis male viuentibus. Adeo enim plærumq́ rapiuntur carnales homines, pręsentiatis huius vitę illecebris, vt mallent post hanc vitã nihil esse, ꝙ̃ carere pręsentium rerum voluptate, quibus si persuasum fuerit pro pręsenti voluptate imminere æterni ignis sine fine supplicium naturaliter insurgit timor quidã & horror, concurrente imaginatione sensibilis ignis huius vitæ, cuius tormenta nollet quispiam ad horam pati, etiam pro quantalibet huius sæculi voluptate. Proinde carnales qui nondum possunt super hanc terrestrẽ vitã amare iustitiam seu cœlestem vitam, timeant, inquit August. vel pœnam ęternam, vt tãdem perueniant ad iustitię amorem. Nemo est, inquit, qui non magis dolorem fugiat, ꝙ̃ appetat voluptatem. Quo fit vt vera interior pœnitẽtia in Christianis carnaliter viuentibus, frequentius & in pluribus magis sumat originem ex timore gehennę ignis, ꝙ̃ ex amore cœlestis premij. Supplicium enim ignis in hac vita magis est sensibile, & dũ sumus sæpe sentimus, facilius propterea cadit ad terrorem in imaginatione carnalis mentis. Pręsentis quoq́ vitæ voluptas pręsens adest, experimento quotidiano percipitur. Gaudium autẽ cœlestis vitę sola fide creditur, neq́ in hac vita experimẽto percipitur, sed futura existimatur. Vnde & ipse Christus & Apostoli sui ad excitandum homines ad veram cordis pœnitentiam, passim comminantur gehennam ignis impœnitentibus, vt qui pollicitatione cœlestis pręmij, neq́ a malo cohibentur, neq́ ad bonum prouocantur, cohibeantur saltem comminatione supplicij. Scriptura sacra est plena hisce sentẽtijs. Vnde & magnus ille domini pręcursor Baptista Ioannes, Primum simplicem plebem ad pœnitentiam agendam inuitans proposuit ei regnum cœlorum, Pœnitentiam, inquit, agite, appropinquabit

quabit enim regnũ cœlorũ. Deinde uidẽs Phariſęos & Sadũcæos ad ſe venientes propoſuit ipſis gehennam. Progenies, inquit viperarum, quis demonſtrabat vobis fugere a ventura ira? Facite ergo fructũ dignum pœnitentiæ. Iam ſecuris ad radicem arboris poſita eſt. Omnis arbor quę nõ facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur, paleas cõburet deus igni inextinguibili. Vnde & ipſe Chriſtus propoſitis nouiſſimi iudicij ſui ſupplicijs iuſſit hoĩbus, vt cauerẽt ſibi a peccatis, vigilarent ſemper & orarẽt. Spiritus dñi quantiſlibet terroribus & comminationibus inferat hominibus metũ diuini iudicij, non aliud agit, niſi vt quos fecerit timẽtes, tãdẽ faciat & volẽtes, vt ſupplicia fugiẽtes fugiant & peccata ceu toxica, qb⁹ peruenit ad ſempiterna ſuppliciorũ tormẽta. Sic docuerũt eccleſiaſtici patres Grego. Naziãzen⁹, Hiero. papa Grego. Nõ eadẽ, inquiũt, cũctis exhortatio cõgruit, qa nõ cũctis par morũ qualitas, ſimilis affectionis cõditio conſtrĩgit. Proinde ſępe alijs officiũt, quę alijs pſunt. Aliter admonẽdi ſunt hoĩes delicati, aliter hoẽs paupertate, afflictiõibus aut miſerijs confracti. Iſti per æternũ cœleſte premiũ ſunt ad ſpem, fiduciã, & patientiã erigendi, carnalibus vero decor iuſtitię, premium cœleſtis vitæ non ſaperent. Sunt igitur per timorem gehennę ignis, diuiniq; iudicij ſeueritatẽ conturbãdi aut etiã p potentiam ſęcularis poteſtatis coercẽdi, de quo in parte ſequẽti. Tertio ſciẽdum, quod omnipotens deus quamuis ad operandam hominis conuerſionem, veram contritionem & ſalutem, neq; indigeat in corde hominis timore primo, neq; neceſſarium habeat expectare vllam loci & temporis opportunitatẽ, neq; egeat alia cauſa creata, quæ Chriſtum prædicet, aut reuelet, aut metum incutiat, vel timorem gehennæ, quippe qui in momento potens eſt reuocare peccatorem, ſubito trahere voluntatem eius in conſenſum & obedientiam Chriſti, & ſanare omnia membra eius animæ. Ipſe tamen pro ſua bonitate, vt non auferat ſtatutas leges ſuæ ſapientię in conuertẽdis impijs dignatur vti cauſarum creatarum miniſterijs & humanis voluntatibus vt iam ipſius auxilio pulſati, aut excitati aut inuitati ſimus non ocioſi, non ſegnes, ſed cooperatores ſalutis, & noſtrę, & aliorum. Quicquid in cõuertẽdis cordib⁹ impiorum miniſter dei agit ſiue flagellis,

ac com

ac comminationibus conturbando in eis pacem, & quietē, qua suauiter quiescūt in peruersis suis desiderijs, atq; fruūtur delitijs hui⁹ sęculi, siue cōsolatiōibus, promissionib⁹, & spe premij cœlestis glorię animos erigēdo id totū agit vt corda inducat in virtutē charitatis, quę tāetsi immittit desuper a solo deo, nō tñ absq; cōsentiēte & sese accōmodāte libero hoīs arbitrio. Est ergo timor diuini iudicij via quædā perueniē di ad charitatē dei. Proinde & scriptura tam veteris q̃ no ui testamēti frequēter, inquit Hiero. cōminatur supplicia, & tenebras sempiternas, ut qui pudore & verecūdia nō te nētur, agāt pœnitētiā, vel cōminatiōe supplicij. Existimas o homo, q talia agis, q̄m tu effugies iudiciū dei? Dico vobis quē timeatis, inquit Christ⁹, Eū timete qui potestatē habet mittendi corpus & aīam in gehēnam ignis, Sic docet venerabilis Aug. sup canonicā Ioan. Sūt hoies, qui nō credūt, inquit, futurū diē iudicij, isti fiduciā habere nō possunt, neq; timēt, neq; desiderāt qđ nō credūt. Pretermittam⁹ istos, excitet illos deus, vt viuāt, vt quid de mortuis loqmur. Cœpit aliquis credere diē iudicij, Cœpit & timere, & timendo se corrigit vigilans aduersus hostes suos, id est aduersus peccata.

Cęterū &c. 4. hic sciendū, aliud esse fidē aut scientiā diuini iudicij, aliud timorē illi⁹. Sūt q speculatiue credūt, et sciunt diuinū esse iudiciū, sed aut nimiū cōfidentes de diuina misericordia, aut sollicitudinibus hui⁹ sæculi fidē habētes, quasi sopitā & mortuā, aut suffocatā nondū sentiūt vllum in se dei saporem. Præuolat, inquit August. intellectus, & plærumq; aut tardus, aut nullus sequitur affectus. Sapit autem alicui deus, dum ex cognitione ipsius transit affectio quædam in vim appetitiuam. Quemadmodum autem corporali gustui aliud sapit vt amarum atq; austerum, aliud vt dulce & suaue, & plærumque vnum atque idem sapit, nunc vt amarum, nūc vero vt suaue, secundum variam ipsi⁹ gustus dispositionem, Ita & ipse deus sapit appetitui animę bifariam, nunc vt amarus atq; acerbus, vt iudex peccati vindex, nunc vt dulcis, bonus, & totus desiderabilis, cui⁹ præsentia frui, vera est beatitudo. Non igitur absq; ratione Bernardus discrimen ponens inter fidem seu scientiam diuini iudicij, & timorem domini, dicit scientiam diuini iudicij, esse præparationem quandam ad sapientiam, timorem vero dei esse initium sapientiæ. Tunc, inquit,

primū deus animę sapit, cum eam afficit ad timendum, non cum solum instituit ad sciendum. Tibimetipsi conscius accusante conscientia, si deum nosti solum esse iudicem, tanquam habentem potestatem mittere corpus tuum & animam tuam in gehennam, sapit tibi deus dum times potentiam & iram iustitię ipsius in te, sed sapor adhuc amarus in corde tuo ē. Verū sapor iste amarus, vtile tibi est medicamentum, dum per illum mala incipis corrigere, vigilare aduersus saecularia desideria, & mortificare membra terrena, vt tandem incipias surgere in coelestia, & orationibus, suspirijs, & lachrymis te accommodare ad accipiendum verum amorem iustitiæ, per quem nihili pensis huius vitę bonis, sitias ad deum vt sponsum tuum, cui⁹ castis fruaris amplexibus, & iam non amplius tibi sapiat deus vt amarus, sed vt suauis, bonus, & totus desiderabilis, & aduētum iam eius desideres quem timebas. Timet adultera maritū ne veniat. Timet casta ne marit⁹ offensa vlla prouocatus recedat. Aliud est timere deū ne veniat ad te, veniensque puniat & mittat te in gehennam. Aliud est timere deum ne recedat a te, aut ne dignetur venire ad te. Hic est cum charitate, ille autem sine charitate. Verum tamen conuersioni, interiorique poenitentię ac charitati viam preparat. Sicut autem seta introducit linum seu filium, quādo aliquid suitur, sed nisi exeat non succedit linum, Sic timor primo mentem occupat, sed sic venit vt exeat veniente charitate, exit quidem, non secundum suam substantiam, tanquam iam homo in charitate non timeat amplius gehennam, sed secundū conditionem seruilitati annexam, secundum quam quisque timēs tanquam seruus, intuetur poenam vt principale malum, nondū diligens iustitiam. Vnde charitate adueniente expellitur, & seruilitas illa mentis solam poenā tanquam sibi summū malum intuentis, & seruilitas voluntatis peccandi, quę intus latebat, qua voluisset peccare si fuisset impunitas, manet tñ timor gehennæ poenæ & diuini iudicij cum charitate, quę sane charitas in viris iustis plerumque imperat, ipsi virtuti timoris & excitat actum eius ad crucifigendum carnem cum vitijs & concupiscentijs, quemadmodū de multis sanctis legim⁹ excitātibus in sese recordationē gehennæ ignis & timorem diuini iudicij. Quatenus auem valeamus hęc

magis

magis penetrare, Sciendum est quinto quod timor est trepidatio animi fugientis malum quod mēs suspicatur esse difficile, vt vitetur. Sunt autem duplicia mala, est malum culpæ, quod volūtarie facimus, est & malum pœnę qđ patimur inuiti. Sola quidem mala timemus, verum nō omnia, sed hęc dumtaxat, quę suspicamur iam prope immi nentia nobis, & ad vitandum difficilia. Nemo apprehēdens malū timet ipsum, nisi qui suspicatur id sibi appropinquare. Proinde non timent sancti in cœlo supplicium gehēnę ignis, quia iam securi sunt de gloria regni cœlestis. Mala quędā sunt a leonibus deuorari, et fluctibus maris ob rui, sed hęc non timemus, nisi in periculis, aut maris, aut leo num constituti. Proinde, si aliquod æstimamus malum, qđ prorsus iudicamus esse in potestate nostra & vitare, & non vitare, non timemus ipsum. Vnde peccare nemo timet, nisi qui ęstimat sibi esse difficile, vt peccatum vitet. Si quis autem æstimat peccatum esse prorsus in sua potestate, non timet ipsum, Sic dicit Aristoteles in Rhetoricis. Nō timet quis, si erit iiustus. Sapiēs aūt sentiēs se inuitū pati multa, qb⁹ ad iniusticiam, & culpā ita stimulaŕ ac trahiŕ, vt vitare peccatum efficiaŕ sibi difficile, timet etiam malum culpę, sciens mutabilē suā voluntatē, vel p ignorantiā, vel p infirmitatem posse deficere. Proinde q̄uis timor, quo mens refugit per peccatum separari a deo sit in hac vita cum perfecta charitate, non tamen inde consequens est cum perfecta charitate permanere gehennæ ignis timorem, eum pre sertim, qui est ex perpetrati delicti conscientia.

Deinde perfecta charitas, quamuis hoc sæculo aut expellat, aut minuat vigorem timoris gehennę, non tamen contrariatur eidem, nam & iustus quātumlibet fuerit in hac vita cha ritate perfectus, quia nondum securus est, timet quidem ne peccet, & peccans deseratur a deo, & desertus ardeat in gehenna, sed quia sic perfectus charitate iam fiduciam habet in die iudicij, idcirco cupit dissolui, & esse cum Christo. Et ideo nequaq̄ is, quemadmodum seruus, iam timet ne veniat deus, & mittat illum in gehennam ignis. Verum hęc fiducia sic suborta ex charitate perfecta in hac vita non sic timorem gehēnę ignis excludit prorsus, qui etiā p loco & tēpore timor ille reperiaŕ in viris charitate pfectis, qui ex cō

 sideratiōe

sideratione diuini iudicij concutiũtur, interdum & trepidãt ex intimis visceribus. Sed ibi attendendũ, quod aliud, vt inquit Amb. est timere quia peccasti, aliud ẽ timere ne pecces. Nã ibi est formido de pœna ipsius peccati stipẽdio, hic vero est sollicitudo de premio. Aliud est timere gehennã ex cõsideratione præteritę culpę, ne forte sit indulgẽtia data, de quo timore loquitur Ioan. Apost. Aliud est timere gehennã ex consideratione fragilitatis ppriæ, ne forte cadat, & reus gehennæ ignis fiat, quo quis etiam in hac vita sancti in multis sibi sint conscij, propter quę timentes iudiciũ dei, orant, Nõ intres in iudicium cum seruo tuo domine, vnde etiam in ipsis sunt vicissitudines quædam euntis & redeuntis spiritus domini, & fiduciæ in die iudicij. Ex his igitur colligimus, quod fides potest esse sine charitate, quia non potest timor diuini iudicij esse sine fide, sed neque fides, neque timor dei ad vitã æternam perducit, quo diu manet sine charitate, vtique tamen ipsa fides, etiã sine charitate prodest, dũ in eam excitatus peccator quispiã, tractusque a deo patre, intelligens remissionẽ peccatorum esse per gratiã mediatoris Christi, conceptafiducia quadã, incipit postulare & supplicare. Vñ & diuus Augu. Fides, inquit, remissionem peccatorũ impetrat, ex fide orabat nondũ iustificatus publicanus, Deus ppitius esto mihi peccatori, & factus est iustus. Item Hiero. tractãs illud Saluatoris, Matth. 21. Qui ceciderit super lapidẽ istũ, cõfringetur. Aliud, inquit, est offendere Christum per mala opera, aliud negare Christũ. Qui peccator est, & tamen in illũ credit, cadit quidẽ super lapidem Christum, & confringitur, sed non omnino conteritur, seruatur enim per pœnitentiam ad salutẽ. Super quem autem lapis ille ceciderit .i. qui Christum prorsus negauerit, sic conteritur, vt nec testa quidem remaneat, in qua hauriatur aquę pusillum.

Ex his possumus considerare, quam salubriter in ecclesia dei ad lucrum, ad ædificationẽ, & custodiam charitatis faciant pastores, qui verbum dei prędicantes, crebrius inculcãt auditorum animis timorẽ gehennæ ignis, diẽ futuri iudicij, diẽ reuelationis diuinæ iræ, diem calamitatis & miseriæ. Timor diuini iudicij vtilis est oĩbus, tã in charitate, quam extra charitatẽ hoĩbus. Nã Christiano iã in charitate vndecũque ad peccandũ stimulato, expedit crebrius ad custodiã charitatis

in se præ

In se p̄oculis ponere supplicíū gehennę ignis. Christianis etiam extra charitatem secundū carnis suæ desideria ambulātibus expedit prę oculis habere deum iudicem omniū rerū cōscium gehennæ ignis supplicium, vt ex horum timore suas incipiant frenare concupiscentias, & sic discentes comtēnere voluptates atq; delitias mox perituras, concipiant tandem spiritum salutis, cœlestisq; vitæ desideriū. Vnde timor dei etiam seruilis, expellit peccatum, id est, actionem peccandi, dum cohibet, & ipsam voluntatem ab exequutionis imperio, & ipsa membra ab exequutione, & ita timor domini expellit peccatū, siue quod iā admissum est, inquit Bernardus, pœnitendo, siue quod tentat intrare resistēdo. Proinde quāuis timor sit cū peccato in eo qui nō dum amat iustitiā, is tamen qui timet gehennā ignis, aut iustū dei iudiciū, neq; peccat, neq; deū offēdit in eo q̄d sic timet, sed magis humiliat̄ sub potēti manu dei, suo spiritu vehemēti cōcutientis desertū, & cōfringētis cedros libani, hoc est, superbas aut animosas peccandi audacias.

¶ *Pars huius capituli septima, declarans, quonam pacto timor sæcularis potestatis sit utilis ad participandum fructum passionis Christi.*

EX superioribus manifestum est, timorē gehēnę ignis, qui & donum est spiritus sancti, esse vtilem ad iustificationem impij, & ex illo cōuersionem hominis sępe numero sumere originem. Iam congruit considerare, an etiam timor sæculariū potestatū, iudicum, & pœnarum huius mundi, proficiat ad conuersionē hominis peccatoris. Et videbitur forsitan quod non, ex verbo Christi dicentis, Nolite timere eos, qui corpus occidunt. Præterea timor sæcularis potestatis, est timor mundanus, qui prorsus est a corde hominis excutiendus. Contra vero loquitur Apostolus, Si male egeris, time, non enim sine causa gladium portat.

Pro solutione sciendum. Quicquid supprimit cordis humani contumaciam, deijciens superbam animositatem peccatoris, quicquid insuper inducit animum eius, vt in mentem illi veniat, vel deus tanquam omnium rerum conscius, timendus iudex, vel peccatū tanq; offensiuū & dignū gehennę ignis, hoc viam quandam pręparat charitati.

Timor autem supplicij humani, pudor atq; confusio in hoc sæculo, & id genus alia, conturbant, deijciunt, & humiliāt superbas, contumaces, atq; rebelles hominum voluntates. Vnde & deus ipse pro sua misericordia prouidet causas & occasiones, quæ incutiant timorem & confusionem in hoc sęculo, metumq; corporalis mortis. Fræquenter scriptura comminatur, non solum supplicia futuri sæculi, tenebrasq; sempiternas, sed & plagas hui⁹ vitę. Mala quę nos hic premunt, ad deum, inquit Grego. ire compellunt. Vnde & filius prodigus ex occasione temporalis miserię, in se reuersus, surgens, vadit ad patrem, culpam suam dolenter agnoscens. Cæterum & huius ratione lex vetus, lex timoris appellatur, retrahens animos hoīm a malo pœnarū temporalium comminationibus, & inducens eosdem ad seruādum præcepta promissionibus bonorum, terrestrium. Huiuscemodi tamen temporalium rerum promissionibus, & comminationibus non intendebat deus illius legis homines, aut facere temporalium rerum cupidos, aut inducere in temporalium rerum amorem, vel libidinem, sed eos iam tales, non a sua ipsius bonitate factos, sed secundum veterē Adām in illis habitantē, sic affectos docere voluit, hæc non ab alio, q̄ a se esse postulanda, qui & dum vniuersæ reipub. seruanti sua præcepta largitus est bona promissa, transgredienti autem mala comminata, demonstrauit se omnium tēporalium tam bonorum, q̄ malorum esse dominum timendum & colendum, omniaq; esse in sua potestate, vt ex his discerent tandem animaduertere deum datorem, esse bonum longe melius atq; pręstantius, q̄ donum creatum quod ipse largitur. Verum vt cum his simul in illo populo electi, iā ad nouum testamentum pertinentes, intelligerent in his tēporalibus rebus non esse finem statuendum, permisit secundum singulares personas tam bona, q̄ mala ęqualiter euenire, & iusto, & impio. Communem tamen reip. statū, vt in pluribus secundum bona vel mala merita regum, ducum, principum variauit. In qualibet repub. totus populus censetur esse in principe, in rege, aut in duce, tanq̄ in capite, cui⁹ est dirigere, corrigere, & in populum mores & vitam deriuare. Vnde & ad vitam illius suspiciunt cuncti. Deus igiť sub illis sæculis pollicens temporalia beneficia obseruatiōi

suæ

suæ legis, comminans autem temporalia mala transgressioni eius, vt in pluribus secundum bona vel mala merita principum variauit reip. statum ex prosperitate in aduersitatẽ, & econtrario, affligens etiam temporaliter innocẽtes, & beneficijs amplectens etiã multos nocentes & maleuolos, volens hoc pacto declarare se non temporale, sed cœleste premium seruare iustis seruantibus legem amore iusticiæ, & nihilominus se etiam in promissionibus & cõminationibus temporalium rerum esse veracem, temporaliter remunerando bona vel mala merita principum in populo. Punitur autem peccatum principis in populo, quemadmodum quispiam aut punitur, aut remuneratur in sua possessione, in suis filijs & familijs. Sic Augustinus multis in locis demõstrat ex scripturis ad couuersionem cordis, vtilem esse non solum timorẽ gehennę ignis, & amorem cœlestis vitę, sed & timorem sæcularis potestatis, & premium, seu laudem temporalem. Si volumus animos, inquit, ad recte viuendũ frigidos ac pigros Christianis excitationibus excitare, primitus exhortemur illos ad fidem, Si autem iam Christiani sint, & recte viuere negligant, verberentur terrorib⁹, & premiorum laudibus erigantur, Et non solum ad bonas actiones, sed & ad pias orationes exhortari illos meminerimus. Si male egeris, inquit Apostolus, time, non enim sine causa gladium portat, si autem benefeceris, habebis laudem ex illa. Vnde beatus Chrysostomus homilia tertia ad populum, plane demonstrans Christianis vtilem esse timorẽ principum, & sęcularium iudicum. Horum, inquit, metus non sinit nos torpere aut dissolui, dum punit malefactores. Ecclesia autem communis omnium mater pia, per sacerdotes consolatur omnes ad se confugientes, in dolore pœnitẽtiæ recipiens, per vtraq; salutem nostram disponit deus, instituens potestates, qui lasciuientes terreant, quorum metus si omnino fuerit sublatus, in breui temporis momento furor paucorum hominum, magnũ in Republica incendium inflammabit. Si iudicalia sustuleris tribunalia, omnem Reipublicę ordinem sustulisti, quemadmodum si gubernatorẽ a naui separaueris, scapham submersisti, Ita si pricipes & iudices ab vniuersitate hominũ abstuleris, infinitis malis replesti ciuitatẽ, agentq; hoĩes vitã irrationabilẽ magis

quam irrationabiles ferę. Proinde gratias agamus deo, qui sublimiores potestates ordinauit, qui torporē nostrū corripiāt, qui nos studiosiores faciant atq; attentiores, qui cohibeant & ebrios, & canentes meritricia carmina, & sectantes turpia lucra, omnemq; lasciuiā perturbātem ciuitates.

Ex quibus omnibus consequens est vtilem esse impijs timorē incutere sęcularis potestatis, & nō esse in scripturis sacris discordiā quibusdā iubētibus, Ne timeamus eos, qui corpus occidūt, alijs vero cōtra, vt timeamus eos, qui gladiū ad vindictam malorum portant. Nam illę loquuntur hominibus iam iustis, vt propter timorem sęcularis potestatis a iusticia non flectantur. Istę autem pro impijs, vt saltem timore diuini iudicij, aut saecularis potestatis abstineant ab iniquitatib⁹ suis. Saluator ergo cū iussit, Nolite timere eos, qui corpus occidunt, non iussit maleficis vt non timerent saeculares potestates, criminum iudices, sed iussit Apostolis, vt non timerent tyrannos qui occidunt corpora aliorum propter eorum iustitiam destruēdam. Potestates sęculares dum poenas inferunt, quibus moliuntur cogere homines in peccatum, ministri sunt diaboli. Dum autem poenas inferunt ad retrahendum illos a peccato, ministri dei sunt, dicente apostolo de potestate qualibet sublimiori, Minister enim dei est vindex in iram ei, qui male agit. Principes nō sunt timori operis boni, sed mali. Secundum naturam quidem est homini timere sui corporis afflictionem seu detrimenta, quae suspicatur sibi fore propinqua, & idcirco secundum naturę instinctum operatur, qui saluo decore iusticiae fugit mortem & dolorem, sed contra naturam est propter huiuscemodi malorum timorem recedere a iustitia.

Duo mala sunt supplicium seu afflictio naturę & peccatum seu malum culpae. Verum quia maius longe estimalum culpę quam supplicium naturę. Idcirco vbi non vtrumq; potest homo euadere, satius est supplicium & detrimentum sustinere, quam admittere peccatum seu malum culpę in quam nemo venit inuitus, quam quisq; si velit potest euadere. Ex his patet duplicem esse timorem poenę inferendae a potestate huius mundi. Nam est timor poenę per quem quisq; declinat a peccato seu malo culpae. Est & timor poenae per quem quisq; prouocatur ad peccatum, non quod

non quod alia sit pœna quę timetur, sed quod idem genus pœnæ nunc ad seruandam iustitiam, nunc ad perpetrandam nequitiam a sua causa ordinetur. Habent leges iustę carceres, exilia, & mortes ad custodiam iustitię. Habent hæc & impię leges ac tyrannicę potestates ad promotionem nequitiæ. Minatur tyrannus carcerem aut mortem, vt abnegemus Christum, & faciamus adulterium, & hic est timor ille temporalis supplicij, per quem diabolus in cor hominis intrat, de quo loquitur Christus. Nolite timere eos, qui corpus occidunt, sed eum timete, qui potestatem habet mittere corpus & animam in gehennam ignis. Ad illum sensum loquitur Augustinus. Exhorresce, quod minatur omnipotens, & ama quod pollicetur omnipotēs, & vilescet omnis mundus siue promittens, siue terrens. Minatur & eadem hęc mala tribunal potestatis humanæ, vt vitemus adulterium, & non efficiamur apostatæ a Christo. Et hic est timor quidam temporalis supplicij, qui vtcumq; licet minus ꝙ timor gehennę, charitati viam pręparat, de quo dicit Apostolus, Si autem male egeris, time.

Iam igitur satis, superq; inculcauimus, demonstrantes, quod ad præparandum corda, plęrumq; vtilis est metus pœnarum huius mundi. Verberentur, inquit Augustin⁹, terroribus. Proinde & Augu. libro. 2. retractationum, capite quinto, suum emēdat errorem pristinum, de schismaticis & hæreticis compellendis ad ecclesiæ vnitatem per coactionem sęcularis potestatis, dicit interdum sibi displicuisse, quod schismatici ad ecclesiæ communionem cogerentur impetu vllius sęcularis potestatis. Sed dum hoc, inquit, mihi non placeret, nondum expertus eram, vel quantum mali auderet eorum impietas, vel quantum eis in melius mutandis conferre posset diligentia disciplinæ. Vnde & ciuitas mea, cum prius, inquit, esset pro parte Donati, iam ad vnitatem ecclesiæ est conuersa timore imperialium legum.

Ex his possumus considerare quam vtilia, quam & necessaria sit in religiosorum monasterijs virga correctionis, & custodia regularis disciplinæ, tam pro illis, qui molesti sunt reducēdis in melorem vitam, quā pro alijs ad malum pronis custodiendis, quibus vtilis est timor, per quem, vt inquit Sapiens, declinat omnis a malo.

Habem⁹

Habemus de his irrefragabilem doctrinam spiritus sancti apud Esaiam, cap. 26. docentis, ꝙ impij flagellis admoniti in nocte tribulationum seu angustiarum, quęrunt & desiderant dominum deum suum, qui alioqui incrassati, & impinguati huius vitæ delitijs, obliti dei creatoris sui proficerent in deterius, ambulantes secundum desideria cordium suorum. Quam multi denique sub præceptore, inquit Bernardus, quieti viuunt, quos si iugo absoluas, videas nō posse quiescere, nec se vllo modo ęqualibus seruare innoxios.

Verum quidem est iusticiam rem esse voluntariam, & neminem credere nisi volentem, neminem iuste ac recte viuere coactum, sed non propterea oportet concedere neminē esse timore cogendum ad meliorē vitam, aut nemini esse vim inferēdam, vt ab errore & vitijs liberetur. Nam icciirco cogitur, vt repressa cordis cōtumacia, tandem voluntarius efficiatur, & gaudeat se fuisse correctum. Vnde & Paulus iusta lege seu potestate sibi diuinitus tradita, Hymenæum & Alexandrū naufragātes circa fidē, tradidit satanę, quaten⁹ discerent nō blasphemare. pri. ad Tim. 1. Rursus hoēm Corinthium tradidit satanę in interitū carnis, vt spiritus eius fieret saluus. Ex scripturis sacris manifestissimum est, ꝙ misericors deus pro sua clementia ad reducendum peccatores in viam bonā, vtitur non modo seueritate iustarum legum & potestatum, sed & plærumqꝫ impijs tyrannorū voluntatibus, quemadmodum & pessima voluntate ipsius Assur vsus est ad correctionem populi Iudæorum, Virga furoris mei Assur, & per ipsum, inquit, apud Esaiam, percutiā gentem fallacem. De quibusdam volentibus ingredi vias peccatorum, dicit, Sepiam vias tuas spinis, & necessitate cōpulsus, dices, Reuertar ad virum meum priorem. Quædam vindicat deus propitius, quædā vindicat iratus. Vindicat propitius, dum castigat peccantem, ne semper peccare delectet, Tu propitius fuisti, inquit Dauid, de quibusdam adulciscens in omnes adinuentiones eorum. Iratus autem vindicat, dum ad eruditionem electorum flagellat eos, qui flagellorum attritiōibus magis indurātur. Sic & deus ipse in hac vita quibusdam parcit propiti⁹, de quibus scriptura, Dissimulas peccata hoim ꝑpter pœnitentiā. Quibusdā parcit iratus, de quorū numero extitit populus, cui loquitur,

Reces-

Recessit a te zelus meus, non irascar tibi amplius. Diximus autem latius de hac materia in quæstione de schismaticis & impijs ad meliorē vitam reducendis per potestates & leges humanas, vbi & euentilauimus & contriuimus omnium aduersariorum argumenta, quæ & ipse venerabilis pater Aug. refutauit in epistola contra Vincentium Donatistam, & in alijs passim suis voluminibus. Verū hic nō est silentio prætereundum, quod etsi in pręparandis ad salutarem gratiam hominum cordib⁹ vtilis sit vtcunq; timor, & nō solūmodo timor gehennæ ignis cōminati a deo iusto iudice, sed & timor pœnę constitutę secundum humanas leges & potestates, cum vterq; cohibeat voluntatem, ne det consensum in exequutionem nefarij, operis attamen magnum est discrimen inter istum & illū timorē. Abstinet latro a furto, et ab adulterio ne suspendat̄ in patibulo, abstinet & ab illis Christianus nondum iustus, ne puniatur in inferno, sed latro solū timēs leges hominū, facit latrociniū dū sperat seipm latere tribunalia sęculariū iudicū, Christianus aūt leges timens illius, quē nouit falli nō posse propter timorē diuini tribunalis, non modo cohibet membra ab exteriori opere, verū & intra claustra cordiū, coercet malas cupiditates, sciens deū oīm occultorum esse conscium, qui apud prophetam loquitur, Ego dñs scrutans corda & renes deus. Proinde & timor iste diuini iudicij concutiens hominum corda longe magis est vtilis magisq; viam præparat charitati q̄ timor pœnę comminatę a potestate humana, qui tñ & vtilis est dum cohibet mēbra ab opere. Verū qdem est in vtroq; timente viuere quandam peccandi voluntatē, quemadmodum & demōstrauit venerabilis Augu. sed modis longe diuersis. Nam adultum propter metum pœnæ temporalis comminatę ab humana potestate ad tempus sua membra comprimens ab exequutione, plærumque expectat locorum & temporum occasiones, quibus possit latere ad satisfaciendum suæ, quæ intus latet, peccandi voluntati. Christianus autem commotus & tactus spiritu timoris diuini iudicij non sic expectat vllas exequēdi nefarij operis opportunitates, sed certa fide iam tenēs deum omnium rerum conscium, etiam internum suum reprimit consensum ex spiritu sancto, animam nondum quidem aut san

ctificante aut viuificante, sed cõturbante & cõcutiente spiritum malignũ, qui latenter in eo adhuc viuit, etiam plærũq; intus operans suos nequitiæ motus. Proinde quemadmodum docet venerabilis Augustinus latenter in eo viuit quędam peccãdi voluntas, propterea quod nondum est iustitię amicus, adhuc odio habẽs legẽ dei, nondũ cum propheta idoneus dicere, legem autem tuam dilexi, non potest fieri vt diligatur, inquit Augustinus, quod deus iubet diligi, & ipsa iussio non diligatur. Proinde talis adhuc carnalis vellet sibi fore licitum frui creatura, suæq; libidini satisfacere non esse vllã iustitiam prohibentẽ, & punientẽ peccata, aut sua peccata deum ipsum posse latere. Verum iste voluntatis motus, quo ipse carnalis homo vellet hæc omnia, est opus non spiritus timoris domini, sed diaboli, qui inimicus humani generis semper in cordibus hominum sua conatur zizania superseminare, inter diuini spiritus semina. Quemadmodũ enĩ in eo, qui est iam templum spiritus sancti, plærumq; ipse spiritus nequitię suos seminat motus prauitatis ad destruẽdum opus dei, Ita & in eo, qui adhuc est templum diaboli, plęrumq; ipse spiritus sanctus suos pręmittit præcursores, quib9 destruit opus diaboli. Nemo igitur arbitretur esse absurdum timorem gehennæ ignis esse opus spiritus sancti in eo, qui nondum amicus iustiçię mallet frui visibilibus rebus huius mundi. Vnde libido fruendi creatura in voluntate est contraria inhæsioni charitatis, quæ solo deo frui desiderat. Proinde & ipsa libido eandem charitatem tollit non modo meritorie, sed & effectiue, quemadmodum frigus calorem. Summa, inquit Augustinus, peruersitas rationali creaturę est frui vtendis, seq; desiderijs carnis immergere, in illis immorari & quiescere. Proinde, quemadmodum rationalis anima a deo solo creata in materiam iã pręparatã fusa rursus desinit esse in illa, non solũ per actionem solius dei auferentis illam, sed & per causas creatas operantes in materiam, & per contrarias qualitates, Ita & charitas a solo deo infusa desinit esse, & perditur per motũ animi volentis frui voluptatibus huius mundi, qui sane motus contrarius est charitatis inhęsioni. Perditur nihilominus & charitas etiam male merendo per aliud quoduis peccatũ mortale, qđ nõ est motus talis ad fruendũ creaturis,

quemadmodum patet in eo qui peccat mortaliter ex zelo quodam dei non secundum scientiam, arbitrans sese obsequium præstare deo.

Sed supra dictis videbuntur forsitan obuiare argumenta. Primum. Quisquis inducit alterum ad Christianę religionis cultum, ad seruandū dei mandata, pollicens seu proponens aut terrena premia seruantibus, aut temporalia supplicia trāsgredientibus, is videtur suadere ne gratis colatur, & ne propter seipsum diligatur, sed vt & ideo diligatur, quia dat aliquid in terra, & ideo timeatur, quia punit in hac vita. Pręterea, Qui solo metu a malo coercetur, is vt inquit Augustinus, odit præceptum & iusticiam punientem, velletq; deum non esse criminum iudicem, mallet licere quod est illicitum, atq; ita in eo adhuc viuit voluntas peccandi.

Secundo, Verbi dei predicator debet docere eum, qui credit in Christum, vt non ędificet domum suam super arenam, hoc est vt in colendo deum non prospera huius sæculi speret, sed vt potius preparet animam suā ad tentationē iuxta illud. Fili accedens ad seruitutem dei, sta in timore, & præpara animam tuam ad tentationem, vnde & Christus ad discipulos suos ait, In mundo pressuram, in me pacem habebitis. Nā & iuxta Pau. Apo. doctrinam, Oēs qui pie volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patiūtur. Qđ tractans Aug. in lib. de pastoribus, Hoc, inquit, Apostol. loqt̄, vt nō hō cū crediderit, ꝓspera huius sęculi speret. Si enim doctus fuerit sperare prospera sæculi, ipsa prosperitate corrumpit̄, & superuenientibꝰ aduersitatibꝰ sauciat̄, aut fortassis extinguit̄. Prędicator igit̄ verbi dei nō eū ædificat supra petrā, qui sic ædificat, sed super arenā ponit, & ideo superueniētibus pluuijs, vētis, et fluminibꝰ tentationū seu aduersitatum, fit ruina domus illius magna. Videtur ergo temporale beneficiū non esse via perueniendi ad iusticiam, aut Christi gratiam. Tertio oportet nos plus odisse culpā, ꝙ temporalē pœnā, etiam magis ꝙ pœnā gehēnæ ignis, magis etiam oportet nos amare iusticiā diuinę legis ꝙ euasionē gehēnę ignis. Quisquis aūt ꝓpter solā euasionē gehennę ignis colit deū, aut abstinet ab illicitis diuina lege ꝓhibitis, aut seruat diuinę legis præcepta, is magis odit pœnā ꝙ culpam, magisq; diligit euasionem pœnæ, ꝙ

conseruationem iustitiæ, quia propter quod vnumquodque tale & illud magis. Peccat igitur quisquis vel abstinet a furto, aut adulterio, vel suas frenat concupiscentias prauas, propter solam euasionem gehennalis pœnę.

Ad primam respondeo, Antecedens esse falsum. Nam aliud significamus dicentes potestatem publicam, aut prædicatorem verbi dei comminatione supplicij, aut promissione temporalis premij inducere homines, vt seruent legem. Aliud vero significamus, dicentes eandem potestatem inducere homines, vt seruent legem propter euasionem supplicij, aut propter assequutionem temporalis premij. Nam proponens temporalia premia seruantibus legem, supplicia vero legis transgressoribus, intendit illos inducere, non vt seruent legem propter euasionem pœnæ, sed vt metu pœnæ coerceantur, & ipsi, & cęteri timorem habeant, & promissione premij assuefiant ad opera legis, vt sic sentientes pœnam infligi legem transgredienti, & premium dari legem custodienti, tandem concipiant voluntatem seruandi legē, amore iustitiæ. Gradus quidam est iste perueniendi ad salutem, sed non omnibus proficit ad salutem. Nam si idcirco deum incipis colere, vt benefaciat tibi, in hac vita nutabunt pedes tui, & putabis te sine causa colere, quando vide bis hæc temporalia bona tibi deesse, aut etiam esse in eis, q non colunt illum. Q̄diu ergo sic deum colis, adhuc secundum carnem sapis, & nondum exijsti de mundo, quia non ideo deū colis, quia ipse bonus, non ideo colis, vt ipsius frua ris bonitate, sed ideo, quia dat alia bona, quę dat & impijs, vt pecuniam, vxorem, fœcunditatem filiorum, salutem corporis. Deus se solum seruat bonis, ipse totum erit premiū iustorū. Si ex acceptis a deo huius vitæ beneficijs, proficiendo ad talem animū perueneris, vt aut neglectis, aut post positis rebus his vilioribus, plus desideres dominū ipsum, q̄ quoduis aliud bonum, etiam si foret sempiternum, vt etiā si tibi dicat deus, vtere delitijs carnis sempiternis, & q̄tū potes, satisfacito tuę libidini, nec morieris, nec in gehennā mitteris, sed mecum tantummodo non eris, non manifestabo tibi memetipsum, iam si adhuc legem seruare velis, & adhuc peccare nolis, ne sis alienatus ab eo quem sic amas, ne illum amittas, cuius solius amplexu anima veris fœcundatur

datur virtutibus, de mũdo iam existi, & deum colis vero amore iusticiæ. Naturale est diligere bñfactores, quæ sane natura, non est gratiæ contraria. Sic & iuxta diui Bernardi doctrinam ex scripturis sacris traditam, dilectio qua quis primum diligit deum, non propter ipsum, sed propter semetipsum gradus quidam est, quo perueniat ad diligendũ deum propter ipsum. Dum quisq; propter afflictiones crebras, fræquentius ad deum conuertitur, considerans deum crebro inuocatum frequenter in tribulationibus beneface re, emollitur in corde suo, vt incipiat diligere deum ꝓpter ipsum, plus iam spectans illum, illectus ipsius suauitate, q̃ propria sua necessitate, vt anima exitum faciens de mundo, Samaritanorum exemplo alloquens carnem suam, dicat. Iam non amplius propter loquelam necessitatis tuæ deum diligo. Ipse enim ego video, & intus gusto, q̃ suauis sit dominus. Ad id quod vltra in argumento primo assumitur, eum, qui solo metu gehennæ ignis, aut temporalis pœnę facit pręceptum, videtur adhuc odio habere pręceptũ & iusticiam punientem. Respondeo, quod is qui solo metu gehennæ ignis coercet se ab opere malo, præceptum quidem odit secundum amorem quendam habitualem, seu radicem intus latentem, nondum renouatus spiritu amoris iusticiæ, sed non semper est odium in actu, non semper actu concupiscit destructam esse iusticiam punientem. Nam dũ concussus quispiam timore diuini iudicij incipit cessare a consensibus nepharij operis, & fugere stupra, adulteria, cæterasq; ignonimiæ passiones, cauet interim ne extendat mẽbra in opus, viua tamen semper manet in eo peccandi volũtas, donec fuerit renouata spiritu amoris iusticiæ. Proinde & sic subiectus seruili timori, quodammodo vult peccare, & quodammodo non vult peccare. Vult quidem, quia viuit in eo latens quædam peccandi voluntas, non actualis quidem semper in actu peccãdi, sed habitualis secundũ quã nondũ amicꝰ iusticiæ, sempꝫ præparatꝰ manet peccare, suęq; libidini satisfacere, si esset impunitas. Non vult autem peccare, quia iam concussus timore diuini iudicij, sciens deum esse cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur, & quẽ nullum latet secretum, incipit exire de sæculo. Et idcirco nõ quẽadmodum fur, vel adultera expectat opportunitatem

locis

loci & temporis ad perpetrandum nepharium opus, sed intra claustra cogitationis coercere & comprimere studet, ne prauis cupiditatibus prestet consensum. Recte propterea & diuus Bernardus, sub hoc statu timentium timore diuini iudicij, dicit esse exitum de sæculo, & introitum quēdam vitę & legis. Ad secundum argumentum dicimus, antecedens vtique verum esse, neque enim instruendus est populus Christianus, vt ædificet domum.i.congeriem ædificij suę moralis vitę supra arenam. Neque enim dicendum est populo Christiano, si in Christo bene vixeris, abundabunt tibi omnia huius mundi prospera, si filios non habes, suscipies, & enutries omnes, & nemo tibi morietur. Verūtamen minus malum est domum, id est, dei cultum, & mandatorum custodiam ędificare supra arenā, quàm prorsus nullā ædificare domū. Nā colere deū propter temporalis vitę aut necessitates, aut consolationes solas, gradus quidam est ad diligendū deum propter ipsum, siquidem sustuleris a corde tuo arenā, id est, temporalium rerum amorem, super quem fundasti domum tuam.i.cultum, congeriemque operum moralis vitę, & in loco arenæ ieceris fundamentum Christum seu deum ipsum, super cuius amorem construas, atque conferas totum cultū ac conuersationem vitæ tuę, iam domus tua fundata erit supra firmam petram. Ceterum secundum varios populi affectus, variæ quoque admonitiones adhibentur. Ad Christianū populū spiritu fidei iā cœlestibus affectū dicit, vt præparet sese ad tētationes, ad persecutiōes, ad tribulationes, & pressuras in hoc mūdo, quia, vt inquit Paul. oēs qui pie volūt viuere in Christo, persecutionē patiunt. Ad populū aūt carnalē, rebusque huius sęculi affectū, oli loquebat de⁹, Si audieris vocē dñi dei tui, benedictus fructus ventris tui, benedictus grex iumentorū ouiū & pecorum, Deut.28. Et quia populus veteris legis tpibus illis carnalibus affectib⁹ implicatus, nisi tēporalia desiderare non nouerat, persuadēdum illi erat, quod etiā istorum temporaliū, deus est creator & largitor, qd' verum est, & vtilissimū eis erat credere, vt ipsi etiā ex rebus infimis assuescerent deum diligere, & idcirco non male agit potestas huius sęculi, dum comminatione supplicij, aut pollicitatione temporalis premij inducit imperfectos, id est homies nondū spirituale gratiam consequutos, ad facien

ad faciendũ diuinæ legis opera. Deus nõ fecit hoĩes temporalium rerũ amatores, sed illos suo vitio inuenit sic affectos, videlicet carnales, & cupidos. Proinde & ipse, vt se illis faceret amabilẽ, etiã pollicitus, atq; elargitus est tẽporalia beneficia, quæ desiderabãt, vt discerẽt etiã hæc nõ ab alio quęrere & sperare, q̃ ab ipso solo, qui & apud quendã ꝓphetam loquitur, Meũ est aurũ, meum est argentũ, dicit dñs ad vos, o diuites terrę. Sic ex scripturis sacris discim⁹, ꝙ lex vet⁹ ꝓmissiones habens tp̃alium rerũ pædagogus fuerit in fidẽ, & charitatẽ Christi. Queãdmodũ ex pulchritudine visibilium rerũ concipimus inuisibilem pulchritudinẽ creatoris, faciẽtes argumentũ. Si tã pulchra sunt astra, q̃ pulcher et q̃ sapiẽs est, qui cõdidit illa. Sic ex visibilibus beneficijs intelligimus benefactorẽ esse magis amabilem & diligibilem.

Cęterũ & hic sciendũ est, ꝙ lex illa ꝓmisit illi populo Iudęorũ, si legẽ seruaret, nõ adulteria, fornicationes, cæterasue carnalis voluptatis immũditias, quę sunt opa secundũ se mala rõnali aĩę, sed ꝓmisit ei tẽporalia bona, & honores, & diuitias, quę nõ sunt secundũ se mala, neq; enĩ culpabile ẽ honorari, aut habere tp̃alia bona, sed amare & spẽ in illis ponere, & præferre aut etiã cõferre illa veritati, iusticię, sapiẽtiæ, & charitati proximi. Nã & iuxta doctrinã Pauli. 2. ad Tim. 4. dicẽtis, Pręcipe diuitib⁹ hui⁹ sęculi, nõ alta sapere. ẽ Etiã diuites huius sęculi suũ habẽt locũ in ecclesię mẽbris, si nõ superbe sapiant, neq; spẽ in eis ponãt, benefaciãt, facileq; tribuant. Ad argumentũ tertiũ patet solutio ex eodẽ fundamẽto. Oportet enĩ nos plus culpã, q̃ pœnã odisse, sed inter duos, q̃rum vterq; pl⁹ pœnã q̃ culpã odit, min⁹ puerse viuit, q̃ timore pœnę sua mẽbra cohibet ab ope neqtiæ, q̃ is qui nõ suppressus vllo freno in illud proruit. Deinde plus quidẽ pœnã, q̃ culpam odit, sed non semper actu, sed ꝓ loco, & tẽpore, cũ videlicet quis fuerit in eũ tentatiõis articulũ adduct⁹, vt oporteat alterũ acceptare, vel culpã videlicet facere, vel pœnã pati. Deinde facientes opus diuinæ lege pręceptũ, nõ semper actu cõferunt op⁹ ad deũ ip̃m pręcipientẽ, neq; semper actu cogitant de deo, & de rectitudine, aut pulchritudine iusticię. Cũ sufficiat cõstituere illi operi rationabilẽ finẽ in deum ordinabilẽ. Scripturas autẽ, quibus dicit̃, oĩa ad gloriã dei esse faciẽda, in alijs elucidauim⁹.

Quemad-

Quemadmodum ex eo, quod quis implet præceptum dandi eleemosynam, dans pauperi vt releuet illi⁹ inopiam, nihil cogitans de iustitia legis diuinæ, Non est consequens eum magis diligere releuationem inopię pauperis, q̄ custo diam diuinę iustitię, vtilitas enim pauperis est finis quidā in deum ordinabilis, quē et intendit deus in prçcepto legis de eleemosynis dandis. Ita quisquis ex recogitatiōe gehēnę ignis, aut recordatione diuini iudicij concussus timore incipit odio habere peccata, suasq; frenare concupiscentias, & abhorrere ac fugere adulteria, stupra, & id genus alia, non peccat, in eoq; sic timet, aut sese cōtinet coercens sua mēbra a nepharijs operibus, sic timore diuini iudicij concussus. Dixi signanter, Non peccat in eo quod sic sese continet, siquidem causa huiuscemodi timoris est spiritus timoris domini supprimentis hoc pacto audaciam peccandi, tamen aliunde peccabit si simul adsit in actu, vel a carne, vel a spiritu, neq; alius quispiam motus prauus voluntatis, vel desiderantis non esse vllam legem prohibentem, & non esse deum punientē, vel tristantis de hoc, quod sibi non liceat impune peccare, vel magis odio habentis culpā q̄ pœnam & iustitiam. Quamuis igitur stantibus huiuscemodi motibus, simul, anima quidem sese a deo elongat, non tamen in eo q̄ timet gehennā, Non in eo quod ex huiuscemodi timorib⁹ continet & coercet sese, sed in eo quod odit iustitiam dei legem dantis, & transgressorem punientis. Proinde & cōcurrentibus illis motibus prauis minus peccabit coercens sese a nepharijs operibus, q̄ si cum eisdē motibus proruerit in illa. Solo igit̄ timore gehennę sua membra cohibens ab opere non magis, sed minus potius sese a deo elongat q̄ illa mouens in opus, modo sint cætera paria. Quamq; in timore seruili, ipsa seruilitas seu peccandi voluntas quę intus latet, non sit spiritus sancti opus, vtique tamen timor diuini iudicij, cum sit opus fidei, procedit ex dono dei. Proinde verū quidē est apud eos, qui solo seruili metu soli pœnę obediūt prçceptis, abstinētes ab illicitis, neq; esse curā pudoris, neq; honestatis, virtutis, & castitatis amorē, eos q̄ timore reprimi, nō emēdari, attn̄ ipsi, neq; tm̄ nocēt, neq; tantundē offendūt, q̄tū qui prout libido fert animi grassantur, non repressi vllius superioris legis pudore & metu.

Ex supradictis liquido cõstat considerantib⁹ plane absurdum esse, omnibusq; orthodoxorum patrũ scripturis cõtrarium putare nõ esse hoĩes pudore aut metu siue timore supplicij inducendos ad meliorem vitam. Visitabo, inquit dominus, in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum, misericordiam autem meam non dispergam ab eo. Vnde & ipsę claues datę a Christo domino ecclesię iuxta euangelicam, apostolicamq; doctrinam, non solummodo sunt potestates faciendi secundum spiritum mãsuetudiuis, & charitatis, sed & secundum virgam, qua vltio sumitur de omni inobedientia & superbia in ecclesię membris, vt patet Matthæi .18. & primę ad Corinthios quarto & quinto capitulis. Melius est, inquit Augustinus, erudiri in virga matris, quam perire in blandimento prædonis. Atq; hunc in modum pia mater ecclesia excõmunicatiõe vtitur ut correctione & medicina, quę & si interdum non proficiat in salutem eius, qui induratus & contumax perseuerat excommunicatus, ecclesia tamen non desperans de vllo, quem excommunicat secundum prę scriptam sibi regulam a magistro suo Christo traditam tanq̃ ethnicum & publicanum a consortio suo reijcit contumacem & inobedientem, vt sic rejectus a societate & communione, quæ est inter ecclesiæ membra minus noceat, vel tandem confusus resipiscat, aut præsidijs communionis fraternę destitutus ad gratiam dei confugiat. Deinde ecclesia sic separans intendit non tam in salutẽ eius, qui excõmunicatur, q̃ in lucrum & custodiam cæterorũ mẽbrorũ in eccl'a, ne videlicet tota massa corrumpatur fermento modico, & vtramq; causam intimauit apostolus primæ ad Corinthios quinto. Vnde & Theodosius imperator post graue scelus in ciuitate Thessalonica perpetratum ecclesiastica coercitus disciplina sic egit pœnitentiam, vt populus pro illo orans imperatoriam Celsitudinem magis fleret videndo prostratam, quam peccando timeret iratam. Recitat August. quinto de ciuitate dei, capite. 26. Verissima tradit veterum historia, quód cum in Thessalonica ciuitate fuisset orta seditio, quidam iudices lapidati sunt a populo & occisi, quamobrem Theodosius plurimum indignatus omnes iussit pariter interimi, non secernens nocentes ab innocentibus. Igitur cum in die paschę vellet in-

 tereſſe

tereſſe ſolemnijs, beatus Ambroſius ei ingreſſum eccleſię interdixit, & ipſum publice pœnitere compulit, vix poſt multos gemit⁹ & lachrymas & mirabilia humilitatis indicia eius pœnitentiā ſuſcipiēs, eumq́ꝫ in omnibus impoſitis deuote & humiliter obedientē reconciliauit eccleſiæ. At intra ſe dicet forſitan quiſpiā lector. Quorſum hæc? cū hactenus fuerit ab oībus catholicis cōfeſſum atq́ꝫ receptum per timorē ſuppliciorum ſuperbas hominum voluntates eſſe humiliandas. Reſpondeo, quia iam dudum lupus quidam ſub veſtimentis ouiū intrauit ouile Chriſti, contemnēs omnium venerandorum patrū antiquitatē de ſacramentis Chriſti, de baptiſmo, de pœnitētia, de ſacro ordine, de gratia dei & libero arbitrio, & (vt ſimul oīa dicā) de oīb⁹ eccleſiæ ritibus aliter ſentiens, ꝙ hactenus per vniuerſum orbē ſenſerunt ſancti patres. Gloriatur quod a plurib⁹ audiatur, & populum multum ex monachis, ex ſacerdotibus, ex clero & populo habeat, qui credat ipſi, ſed ſtultus, inſipiens, & infœliciſſim⁹, proh dolor, populus qui ad vocē vni⁹ hæretici magis credit, magiſq́ꝫ audit ꝙ ad eccleſiā ſanctorū patrum ab initio religionis Chriſtianæ ſecūdum ſeriē ſucceſſionis ſibi ſuccedentium. Olim conſcripſit diu⁹ Bernar. de Hērico quodā ſui ſęculi hæretico, qui ſpeciē quandā pietatis habens, virtutem aūt ſuis factis negans, arte diabolica perſuaſit populo ſtulto, & inſipienti ſanguinē Chriſti & miſerationum eius diuitias atq́ꝫ vniuerſitatis gratiam perueniſſe ſolum ad eos, qui ipſi adhærebant. Audi, inquit, quiſnam ille fuerit, homo apoſtata, inquit, eſt, qui relicto religionis habitu monachus extitit, ad ſpurcitias carnis, & ſæculi tanꝙ canis ad ſuum vomitum eſt reuerſus. Talem huius temporis Hęreſiarcham extitiſſe ex fructibus eius cognoſcimus, quippe qui monachus, neglecto ſuæ profeſſionis voto, penes nullū vult ſuę doctrinæ eſſe iudiciū, nihil faciens & orthodoxam ſanctorum canonum ac conciliorum authoritatem, & venerandam patrum antiquitatem, omnibus ſuadens, vt præ cæteris vniuerſis, ſuę doctrinę præſtēt obſequiū. Gratis quidē a ſolo deo iuſtificatur homo, vt incipiat amore iuſtitię deum colere, ſed non ideo oportet concedere timorē diuini iudicij nō eſſe vtilem ad perueniēdum in amorem iuſtitiæ, Nam & in his omnibus humanę volun-

nę voluntatis operibus & laboribus gratia dei non est tribuenda naturę vel potestati vel etiam sanctitati cuiuspiam hominis, sed deo qui operatur intus, accedentibus ministerijs hominum, non quia dominamur, inquit Paulus, fidei vestræ, sed adiutores sumus gaudij vestri, secundę ad Corinthios primo. Adiutores autem gaudij vestri sumus, dum gaudium vestrum, quo ex fide gloriamini in Christo domino, quantum in nobis est, corroboramus, & speciali cibo nobis de mensa domini credito atq; dato, animas vestras pascimus & confortamus.

¶ *Sequitur octaua huius capituli pars.*

SVPEREST iam per propositiones & sententias respondere propositę quęstioni. Cur videlicet fructus passionis Christi, qui est propitiatio pro peccatis totius mundi, non perueniat in omnes Adę filios, & an illius ratio sit humanę voluntatis negligentia. An sola prædestinatio ac reprobatio diuina, secundum quam alijs datum est nosse mysterium regni dei, Alijs non est datum. Si vera esset sentētia, quę docet q̄ ꝓpitiatio sanguinis Christi esset generale & publicum munus, ex æquo omnibus propositum, sic vt omnes Adæ filij habeant in potestate fieri participes, si velint credere, & cum gratiarū actione pretiū illud acceptare, facile esset ad propositam quęstionem respōdere, videlicet diuersitatem hanc prouenire ex diligentia, vel negligentia humanæ voluntatis, aut volentis, aut nolentis in Christum credere, volentisq; pretium illud sanguinis exolutum in cruce, aut cum gratiarum actione acceptare aut repellere. Fuerunt venerabiles patres, vtpote Chrysostomus, Origenes, Basilius, & Ambrosius, qui videntur pręfatæ quæstionis difficultatem secundum sententiam illam absoluisse in adultis iam preditis vsu rationis. Nam Ambrosius tractans illud primæ ad Timotheum, Deus vult oēs saluos fieri, & ad agnitionē veritatis venire, Vult, inquit, omnes saluos fieri, sed si accedant ad eum. Non enim sic vult, vt nolentes saluentur, sed vult eos saluos fieri, si & ipsi velint. Nam qui legem dedit omnibus, nullum excepit a salute. Medicus idcirco

se proponit in publicũ, vt ostendat se velle sanare, si tamen ab ęgris requiratur. Ex quibus Ambrosij sententijs impre sentiarum notanda est vnica illa qua dicit, Qui legem oib⁹ dedit, nullum excepit a salute. Similem sententiam multis in locis docent Chryso. & Basilius, ac Orig. & alij patres. Ex quorum doctrinis commotus forsitan venerabilis quidam doctor, nomine Faustus, in libro primo de defẽsiõe liberi arbitrij simul & gratiæ, docet Christum omnium redẽptorem, suam gratiam omnibus offerre, aut ingerere ad salutem, & aditum ad fructum passionis Christi esse generale & publicum munus, & quod gratia redemptionis nostrę, sit quasi fons quidam in medio mundi huius expositus, & in commune concessus, qui ad hauriendum pateat vniuersis, vt largitori merito reus sit, qui haurire neglexerit. Probat. Omnibus, inquit, oblatum est, quod ab omnib⁹ est reposcẽdum. Si circa hominis salutem, specialis esset dispẽsatio, nescio, inquit, quomodo generalis esset discussio. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, Omnibus reprobis dicturus est Christus, Esuriui, & non dedistis mihi mãducare, & c. Potuerunt igitur omnes Christum cognoscere, eumque tanquam medicum omnibus paratum desiderare & recipere. Sed quia in alijs libris satis demonstrauimus, nõ solum proposuisse nobis Christum, in quem tanquam in medicum confidamus & confugiamus, sed & præueniendo præparare voluntates nostras, vt velimus in illum credere, atque confugere. Idcirco videbitur forsitan supra dicta sententia prę sentem difficultatem nõ absoluere. Nam restabit forsitan quęrendum, vnde eueniat, quod nõ omnium hominũ voluntates ex merito Christi ita prępar entur, vt in illum credant & confugiant. Et quia huius difficultatis dissolutio magna ex parte pendet ex solutione quæstionis, qua solet dubitari, an cuilibet homini adulto sufficienter deus adsit, vt valeat a peccato resurgere, de qua in tractatu sequenti lõge lateque differitur, ideo hic supersedeo. Quantum ad præsentem materiam attinet, prę mittendum est nos ex scripturis discere, Christum secundum modum quendam esse saluatorem ac redemptorem omnium hominum, & secundũ quendam modum non esse omnium hominum saluatorem, sed multorum. Quod multorum solũ & non oĩm sit saluator,

tor, videtur tacite significari in scripturis, docētibus Christi sanguinem fusum esse pro multis, Hic est sanguis meus, inquit Saluator, qui pro vobis, & pro multis effundetur, tacite subindicans, non pro omnibus, sed pro multis fusum esse. Quod autem sit omnium saluator, videtur docuisse Ioannes, Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non nostris tantum, sed etiam pro totius mundi. Idem videtur Apostolus ad Heb. 2. docuisse, tradens Christum in modico minoratum ab angelis propter passionem mortis, gloria & honore coronatum, vt gratia dei gustaret mortem pro omnibus. Attamen constat eundem Christum salutis nostræ principem, non omnes, sed multos in salutem adducere, quemadmodum & subindicant eiusdem apostoli subsequentes sententię. Proinde hęc tractans Chrysostomus in commentarijs, in epistolā ad Hebręos, Gratia dei pro omnibus gustauit mortem, non pro fidelibus tantum, sed pro mundo vniuerso, & ipse quidem Christus pro omnibus mortuus est, tametsi non omnes credunt, ille quod suum erat impleuit. Vnde Leo papa, Dominus noster Iesus peccati, mortisq; destructor, sicut nullum a reatu liberum repperit, Ita liberandis omnibus venit. Eandem sententiam quidam probare conantur per apostolum dicentem, Deus vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, & per eundem primæ ad Timotheum. 4, dicentem, Speramus in deum vnum, qui est Saluator omnium hominum, & maxime fidelium. Quod tractans autor quidam irrefragabilis defensor gratiæ simul & liberi arbitrij, in fine libri secūdi, de vocatiōe omnium gentium, Apostolus (inquit) dicendo, Qui est saluator omnium, confirmat bonitatem dei super vniuersos homiēs esse generalem, adijciendo autem, maxime fidelium, ostendit partem quandam humani generis specialibus benificijs prouehi ad æternam salutem. Sed hic sciēdum quod veteres doctores supra dictas scripturas aliter interpretantur, de quibus suis in locis satis dixim⁹. Vnde Chrysostomus, Ambros. Hieron. Augustinus, illud Apostoli iam citatū, Deus est saluator oīm hominum, intelligunt nō de salute solū ęterna, sed generaliter ac indefinite de quauis salute, siue corporis sit, siue aīæ, tradunt non esse vllam salutem, neq; corporis neq; animæ, nisi a deo, &

ita

ita deum esse saluatorem omnium, quia saluat omnes, qui saluantur etiam, quantum ad salutem præsentis sæculi, quia quotquot eruuntur de periculis huius vitæ, per ipsum eruuntur, & secundum conseruationem huius vitę, per ipsum, & in ipso conseruantur, quantum vero attinet ad salutem æternam, solum est saluator fidelium. Propterea Apostolus (inquiunt) subiecit, & maxime fidelium. Verũ siue sic verbum hoc, siue aliter intelligatur, Illud tamen quod dicit, Deus vult omnes saluos fieri, non nisi de salute æterna potest intelligi, propter id quod subditur, & ad agnitionem veritatis venire, & subditur, Vnus est mediator dei & hominum, Iesus Christus, qui dedit semetipsum redemptiōem pro omnibus. Habes igitur hac in re diuersas sentētias, quibusdam dicentibus, Christũ esse saluatorem omnium, eumq; velle saluare omnes, & mortem gustasse pro omnibus, Alijs autem docentibus Christum solum velle saluare fideles, fudisse sanguinem, & gustasse mortem pro multis, id est, pro his, qui credere voluerunt.

Secundo prę mittendum, quod ex supra dictis scripturis sacris suborta est doctorum distinctio, tradentium valorem meritorum Christi bifariam considerari, videlicet quãtum ad sufficientiã, & quantum ad efficaciam. Quantum ad sufficientiam omnibus valet, quia pretium pro omnium hominum peccatis sufficit, & prodesset omnium hominum peccatis, si vellent credendo ipsum recipere, dicente scriptura, Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem fieri filios dei. Quantum ad efficaciam, non omnibus prodest, sed obtemperantibus solum, seu recipientibus illũ, factus, inquit Apost. est causa salutis oĩbus obtēperantibus sibi. Sic & sancti patres passim explanant sententiam illam communem, qua dicitur Christus esse saluator omniũ, exponentes, omnium hominum, non absolute, sed omnium hominum, qui recipiunt illum, vel obtemperant illi, vel credunt in illum. Sic antiquissimus Irenæus, Omnes venit saluare Christus, omnes, inquit, qui per eum renascuntur in deum infantes, paruulos, senes, libro secundo, aduersus Valentinũ, capite trigesimonono. Pretium illud secundum dignitatem & valorem sufficiens est omnibus, sed nõ prodest repellentibus illud, quemadmodum de quibusdam

dicitur

dicitur, pretium meum cogitauerunt repellere.

Sed hic sciendum, quod meritum & passionem Christi sufficere omnibus bifariam possumus accipere. Vno quidem modo propter auxilia quædam gratuita pro loco et tempore omnibus impensa, quibus iuuantur sufficienter, vt valeant recipere & credere, atque sperare in nomine illius. Et hic intellectus non videtur acceptandus. Neq; enim videntur huiuscemodi auxilia sufficientia esse in paruulis multis, quibus plærumque in vtero mortuis, aut ad lauachrum diligenter deportatis, non videtur adesse sufficiens auxilium. Non oportet igitur huiuscemodi auxiliorum sufficientiam in adultis omnibus ponere, qui propria voluntate fecerunt sese indignos gratia dei, alioquin in dispensandis gratuitis auxilijs beneuolentiorem, vt inquit Augustinus, facerem deum in grauissimis peccatoribus, quam in paruulis, propter alienum peccatum miseris. Quod fortassis non videbitur absurdum, si consideremus deum plerumq; magis indigno, ac sceleratissimo homini misericorditer subuenire, prætermisso minus indigno, sed de hoc latius in libro de concordia liberi arbitrij, & prædestinationis, deo iuuante, dicturi sumus. Alio modo possumus intelligere meritum passionis Christi omnibus sufficere, quia valor pretij immensus est, & ita sufficiens est ad diluendum omnium hominnm peccata, neq; requiritur in creatura vllum aliud meritum ad obtinendum illud, quamuis oporteat omnem hominem iam suę rationis compotem, vt illius particeps fiat, credere, & pretium illud cum gratiarum actione ratum habere. Ex his, quę diximus in tractatu de misterijs redemptionis humani generis, patet, quod passio Christi dicitur esse primę gratiæ meritoria sufficenter omnibus filijs Adę. Nō idcirco q; ea sola posita detur gratia omnibus filijs Adę, qualitercunq; sese habentibus, vtpote in fidelitate, aut in peccatis permanere volentibus, sed quia dat omnibus quotquot receperunt illum, & quotquot regenerentur ex illo. His etenim solis applicatur huiuscemodi passio seu passionis meritum. Tertio præmittendū ē, q; motus fidei, p quē applicatur in aliquē meritū Christi, nō habet ex se valorē & dignitatē, vt faciat in eū trāsire fructū passionis Christi, sed ex ordinatiōe & reputatione diuina.

Exigitur

Exigitur ꝓpterea in adultis motus fidei per dilectionem o-perantis, non tanq̄ meritum gratię iustificantis, sed tanquā dispositio, quam deus dignatur reputare sufficientem copulam, qua quisq; per spiritum viuificantem, vniatur Christo capiti. Vnde in ipso iustificationis momento, motus fidei non est ipsius gratiæ meritum, sed effectus meritorius etiā æternæ vitę, quatenus autem motus ille in hoc momento, ē a libero hominis arbitrio cælit⁹ attracto, est præparatio seu dispositio vltima ad gratiā simul cū ipsa gratię infusiōe. Fides itaq;, quæ viua est charitate, reputatur credentibus ad iusticiam, tanq̄ illud per quod secundum gratuitam dei ordinationem, transit in vnūquemq; electorum meritū Christi, non præcedentibus vllis proprijs illorum meritis. Quē admodum ait Apost. Ei qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iusticiam, secundum propositum gratiæ dei. Ex eo quod Apostolus dicit, fidem credentis reputari ad iusticiam secundū propositum gratiæ dei, plane possumus discere hoc ipsum, scilicet fidem reputari ad iusticiam credentibus non esse, neq; ex valore fidei in se, neq; ex vllo credentium merito, sed ex proposito gratiæ, sic volentis fidem reputare nobis ad iusticiam, & propter merita sui vnigeniti gratiam dare oībus credentibus. Et ita Christus, qui sibi primam gratiam mereri nō potuit, illam sufficiēter meruit omnib⁹, efficaciter quidē his qui credere voluerint, sufficienter autem his, qui credere potuerint, sed noluerint, dum propositam sibi propitiationem sanguinis Christi repellentes, ipsi sibi ipsi sunt causa, q; meritum eiusdem passionis Christi in se non peruenit. Qui non credit, iam iudicatus est. i. olim in Adā damnatus propter peccatum, quod ex illo Adam in se peruenit a regno dei exclusus, & in ęternum foris manet, quia non credit in nomine vnigeniti filij eius, non credens se semel natum oportere denuo renasci. Quarto pręmittendum est, quod cum dicimus per motum fidei in vnumquemq; transire fructus seu merita passionis Christi, vt suscipiat gratiam iustificantem. Hoc accipiendum est, vbi iustificatio fit, non administrato vllo sacramento. Nam tum oportet adesse liberi rabitrij motum. Vbi autem sacramētum baptismi, aut pœnitentię administratur, sufficit in par-

uulis

uulis generalem fidē ecclesię. Pro adultis aūt iā extra rōnis vsū constitutis sufficit fidei mot⁹ virtualis ex actu, quē habebant priusq̄ rationis vsu carerent. Hęc est antiqua ecclesię consuetudo, secūdum quam baptismi, & pœnitentię, seu reconciliationis beneficia etiam eos dantur, qui in articulo mortis sunt vsu vocis & rationis priuati, si astantium testimonijs constiterit eis propositum habuisse, & paulo ante postulasse. Habes hanc consuetudinem de baptismo in capite Maiores, de baptismo & eius effectu. Vt autem neq̄ nouam, neq̄ recenter inuentam, sed ex patribus arbitreris esse consuetudinem ipsam, scias Cyprianum in epistola ad Magnum, & Leonem papam in epistola. 64. ante mille annos tali fuisse vsos consuetudine, de quibus alibi latius. Si nihil prodessent baptismi & reconciliationis, seu pœnitentiæ sacramenta adultis absq̄ motu fidei, aut interioris pœnitentię in ipso iustificationis memento, frustra ecclesia hæc ministraret illis, sic extra rationis vsum constitutis. Ex his consequens est, non solum originale, sed & peccatum criminale originali propria voluntate additum remitti pro tempore, quo nullus adest ei qui iustificatur fidei aut interioris pœnitentiæ motus. Atq̄ ita, quemadmodum & in superioribus diximus ex homine attrito fieri hominem iustificatū nō aucto motu fidei, pœnitentiæ, aut dilexionis. Homo dū baptizatur, gratiam, inquit Cyprianus, consequitur, spiritū sanctum accipit, & liberaē a diabolo. Qui si gratiā semel de baptismi sanctificatione perceptam amiserit, pacem & recōciliationem accipit per sacerdotes, modo ad ecclesiam pœnitens redeat humili confessione, ac satisfactione confitens peccata sua. Item superbi & contumaces Episcopis inobedientes spirituali gladio reiecti, de ecclesia relapsi, insuper atq̄ solenniter pœnitētes, alijsq̄ criminibus īuoluti, olim ante mille annos apud solos Episcopos exomologesi .i. cōfessiōe facta pacēaccipiebāt, qui tū ante copletū tempus pœnitentię si incommodo aliquo aut infirmitatis periculo fuerāt præoccupati, poterant Episcopo absente confessionem facere apud presbyterum, vel etiam absente presbytero apud diaconum, & ab illo reconciliationem accipere, vt cum pace migrēt ad dominum, si modo constiterit illos dum sani fuerint, beneficium hoc desiderasse seu postulasse. Testatur hoc

 multis

multis in locis diuus Cypria. qui & in epistola ad Anthoninianũ docet mechos, adulteros, aliosq; criminosos pœnitentiam non agentes, neque testantes dolorem suorum delictorum in toto corde, & manifesta lamentationis professione esse prohibendos a spe cõmunionis & pacis, etiã si in infirmitate atque in periculo mortis cœperint deprecari, quia tum rogare illos, inquit non delicti pœnitentia, sed mortis vrgẽtis admonitio cõpellit. Necq; enim dign9 ẽ in morte accipere solatium, qui sese non cogitauit moriturũ. Hacten9 ille intelligens nõ esse in articulo mortis ad pacem recipiẽdum eum, quem verisimilibus argumentis constat non ex corde delicti sui pœnitere. Sed de his latius, cum tractabit de septem ecclesiæ sacramentis.

¶ *Sequitur secundum huius partis membrum.*

HIS pręmissis pro solutione quęstionis, pono vnicam propositionẽ &. 7. super declaratione illi9 sentẽtias, ex quibus tandem colliguntur conclusiones tres ad quęstionem respõsiuę. Propositio est. Omnes filij Adæ, q̃uis absq; fructu seu merito passionis Christi faciant vnã communem perditionis massam, attamen est nonnulla inter illos diuersitas, & inęqualitas. Etquemadmodum in Adę filijs, si sub innocẽtię statu humana natura perseuerasset triplex fuisset diuersitas. Vna ex libero arbitrio, quam diuersitatem ex scripturis iam discimus esse in angelis, & in beatis, & damnatis. Alia ex origine Genesis, necq; enim sub innocentiæ statu paruuli fuissent ęquales in naturæ viribus. Tertia ex gratuito dei munere, fuissent sub statu innocentiæ etiam diuersa gratiarum munera. Ita & in Adę filijs iam post lapsum Adę in massa damnationis constitutis triplex reperitur diuersitas. Quædam est facta ex proprijs impiorũ voluntatib9, quibus factum est vt nõ omnes eodem modo sint dispositi, seu affecti, & idcirco ad gratiæ munera accipienda, alij magis alij minus sunt inepti, ac indispositi, quod primũ ex philosophia morali manifestum potest esse, in qua patet hãc diuersitatem etiã esse in gentib9, qui nunquam aliquid audierunt de gratia Christi miseren

tia

tis, qui secundum legem mentis intus scriptam sic vel aliter cōponunt vitā suā moralem, honestatis cuiusdam amore, lux enī rationis internę ab initio diuinitus insculpta, non perijt prorsus in Adam, sed ex peccato illius sensualitas carnis sibi derelicta, suum agens officium secundum desideria carnis tenet eādem rationē oppressam, & obscuratā, tñ non prorsus in suis iudicijs perijt, atq; adeo nō perijt, vt quisq; iam suæ rationis compos valeat deum suum parētē, atq; eius datorē iustū & bonū intelligere, hancq; sui exilij suęq; damnationis causam altero docēte iudicare, & alterius magisterio foris docente per solum lumen rationis intus docentis mendacium, periurium, furtum, adulterium, homicidiū, tanq; illicita & supplicijs digna reijcere. Patet insuper talis diuersitas in his qui gratiam baptismatis semel acceptam sua sponte perdiderunt. Inter quos itidem est magna diuersitas, grandisq; malorum meritorum inæqualitas ex proprijs ipsorum voluntatibus facta, per quam alter est altero magis ad gratiam ineptus ac indignus. Neque tamen inde consequens est alterum esse altero magis dignū. Secundo inter iniustos contingit diuersitatē esse ex origine Genesis. Alij natura dociles, tractabiles & ad obediendum recte monentibus faciles, alij duri, & agrestes. Absq; vlla Christi miserentis gratia, absq; vllo humanæ voluntatis studio, ex natura, alius alio ad virtutem propensior, alius alio ad carnis vitia procliuior, alius alio gloriæ & honoris ambitiosior. Iste natura iracundus, ille natura mansuetus, ille audax, iste timidus, iste ferox, & natura crudelis, ille natura pius, & facilis ad miserendum, iste procerus corpore & fortis, ille exiguus viribus, iste cæcus, ille surdus aut claudus, iste inter catholicos natus, inter catholicos ęditus, a cunabulis in veritatis lacte nutrit9, ille aūt hęreticus & paganus, cū ipso lacte matris haurit virus errorum. Et quis sufficeret enarrare omnes hominum originales diuersitates, & dissimilitudines, tum in dispositionibus corporū, tum in affectibus & qualitatib9 animorū quorū oīm causę nos latēt, & soli nobis manifestant affect9. Sūt qui has originales dissimilitudines hominū, tribuerūt fatis & syderibus. Sunt alij qui tribuerunt meritis in alia vita gestis priusquam nascerentur homines in mundo isto.

arbitrantes omnes animas rationales ab initio fuisse condi tas. Nos autem Christiani ex scripturis sacris a spiritu san cto coelitus edocti non dubitamus hæc fieri omnia ex volũ tate dei cunctam hanc diuersitatem operantis, secundũ ra tiones sapientiæ suę nobis occultissimas, quemadmodũ ait dominus ad Moysen, Quis dedit os homini, quis fecit sur dũ & mutũ, nonne ego dominus de⁹? Et per Esaiam, Nõne ego foecundum & sterilem feci? dicit dominus, quemadmo dũ & in libro Ecclesiastico legitur, Bona & mala vita & mors, paupertas, & honestas a deo sunt. Verum quidẽ est plærumq; naturales esse causas harum dispositionum ani morum & corporum, sed quia ex voluntate dei, aut volen tis, aut sinentis est, vt tales causæ existant, & non existant, vt & operentur, & non operentur. Idcirco omnis hæc di uersitas est a conditore deo, cuncta secundum consilium sa pientiæ suę gubernantis, si tamẽ nemo peccasset, nullũ ma lum super hominẽ extitisset. Tertia inter impios contingit diuersitas propter aliquod gratuitum auxilium a deo exci tante, pręueniente & adiuuante liberum arbitrium. Hæc diuersitas significatᷣ in ꝟbo saluatoris, Ve tibi Corozaim, quia si in Tyro & Sydone factę essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cinere & cilitio poenitentiam egis sent. Sic dicit Augustinus, Pręcedit plęrumque aliquid in peccatoribus, quo quamuis non sint iustificati, tamen digni efficiuntur iustificatione. In alijs vero præcedit aliquid, q̃ digni fiant obtusione. Non dixit, digni sunt iustificatione, sed digni, inquit, efficiuntur. Super prędictis tribus di uersitatibus sex ponemus sententias. Prima est, Deus inter creaturas rationales quandam operatur diuersitatem, & inęqualitatem, vt earundum creaturarum conditor & institutor, quandam vero operatur, vt earundem iudex, seu retributor, quandam vero vt sapientię suæ, iustitię suæ, si mul & misericordiæ manifestator. Rationes propter quas, rationales creaturas ad inæqualia iudicat, alias quidem ad premia, alias ad supplicia, & has quidem ad magna, alias ve ro ad minora, sunt earundem creaturarum inæqualia meri ta. Deus enim, vt inquit scriptura, retribuit vnicuiq; secun dum opera, & iudicat vnumquemq; secundum merita, quę gessit in corpore. Iam si roges vnde proueniat in

creatu

creaturis meritorum diuersitas. Respondeo.

Rationalis creaturæ non essent vlla merita, si non esset illi rationalis voluntas libera, sine libero voluntatis arbitrio, neq; bene mereri, neq; male mereri quispiam potest.

Proinde si non fuisset liberum rationalis creaturæ arbitrium, non fuisset vllum dei iudicium, neq; fuisset vlla erga rationales creaturas iusticia, neq; vlla gratia aut misericordia, sed radicitus totius religionis Christianæ professio iaceret euersa. Si non esset liberum arbitrium, inquit Augustinus, quomodo deus iudicat hũc mundũ. Si tales fuissem⁹ a deo conditi, vt non potuissemus, neq; alterius esse voluntatis, neq; per voluntatis nostrę arbitriũ ascendere deo adiuuante, & descendere, proficere, & deficere, obedire deo præcipienti, & non obedire, inaniter constituisset deus premia & supplicia. Neq; essemus magis q̃ pecora, beluæ, & infantes iudicandi propter opera. Diuersitas ergo, quam deus operatur in creaturis rationabilibus, vt earum iudex seu retributor, rationes habet earundem creaturarum merita. Rationes autem propter quas deus creaturas primum condidit, & constituit inęquales, alias quidem digniores, alias minus dignas, non sunt vlla earundem creaturarum merita. Quis potest deo dicere, cur sic, & non aliter voluerit mũdũ facere, cur hunc & non alium condidit. Deus qui infinitis modis alijs potuit suam bonitatem alijs communicare, in aliosq; diffundere, etiam potens res quas condidit instituere, vel in altiori, vel in decliuiori gradu altero, qualitercumq; facere placuisset, secundum suam sapientiam, huuc peculiarem rerum ordinem & gradum selegit ad declarandum suam sapientiam, simul & iusticiam atque misericordiam & bonitatem congruissimam. Nam in eo quod rationali creaturæ, tam angelicę, quam humanę inseruit vim iudicij seu intellectus insignem, per quam liberum esset illi in aliam migrare sententiam, & in quam vellet partem suum vertere consensum, reliquit locum declarandę suę iusticiæ, simul & misericordię. Tam angelus ipse q̃ homo dum peccauit abutens hac virtute insigni liberę volũtatis, meruit fieri miser iusto dei iudicio, factus autem miser, mortisq; subiectus ex iusticia dei iudicantis, non potuit rursus fieri a miseria liber & saluus absq; clementia & misericordia dei,

&

& ita declaratur dei gratia simul cum iusticia, dum salus miseri hominis pendet ex gratia dei miserentis, & miseria hominis facta est ex voluntate hominis voluntarie peccantis, simul & ex ira dei iuste vindicantis. Ex his itidem fundamentis, consequens est non oportere vllas esse rationes in hoībus propter quas inter creaturas æqualiter miseras & peccatrices velit has potius, q̃ illas ita pręparare, qualiter aptum nouit, vt & credant, & credentes passionis Christi participes fiant. Quemadmodum enim extra diuinam sapientiam, voluntatem, bonitatem, & iusticiam, non sunt rationes vllæ propter quas deus, qui in potestate habuit aliter facere, instituerer, sic & non aliter mundum, Ita extra diuinam sapientiam, voluntatem, bonitatem, non sunt inuestigandæ rationes, propter quas ipse ex massa humani generis inter æqualiter reos & obnoxios, ita voluerit alios vocare, & pręparare qualiter aptum nouit, vt credant & obediant, ac iusti fiant, alios autem non sic, sed desertos relinquere in miserijs, quos in potestate habuit subleuare. In his iam veritatem habent scripturæ, An non licet mihi facere quod volo? Amice nõ facio tibi iniuriam, Tolle quod tuum est, et vade, An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam?

Hic iam statuatur nobis irrefragabile telum, per qđ deijciuntur omnes curiosorum hominum quęstiones interrogantium, Cur deus hunc ita vocat, ita pręparat ad accipiendum gratiam, qualiter aptum nouit vt obediat, hunc autem non magis, sed æqualiter reum non ita vocat. Cur Christus, qui est saluator omnium hominum, non omnibus Adæ filijs dedit hunc sensum, vt cognoscant verũ deũ & verũ Christũ eius filium. Hic si velimus respondere deum ęqualiter reos, æqualiter vocare, sed idcirco eos non peruenire ęqualiter ad gratiam iustificantem, quia ipsi suo libero arbitrio non æqualiter volunt acquiescere inspirationi diuinæ, hac responsione videbitur forsitan minus exercitatis satisfactum, cũ de adultis fuerit interrogatio, sed de paruulis id dicere non possunt, quemadmodũ in subsequẽti sententia patebit. Deinde neq; vniuersaliter hoc verum est quod deus ęqualiter reos, ęqualiter inuitet ad gratiã, ęqualiter subministrãs auxilia, queadmodũ inter duos existẽtes in gratia, alterum ra

rū rapit ne malicia mutet intellectum eius, alterum permittit viuere, donec lapsus in mortale peccatum pereat, Ita inter ęqualiter reos nō semp æqualia pręstat vocationis beneficia. Tutius ergo viuimus si in discutiendis rationibus diuinæ voluntatis obstruamus os nostrum memores doctrinæ domini. Vbi vni fit gratia, non fit iniuria alteri. Amice, inquit, non facio tibi iniuriam, An non licet mihi facere qđ volo? Nunc ergo contra eos, qui temeraria inquisitione moliuntur inuestigare rationes diuinæ voluntatis in dispensandis gratuitis super diuersos homines auxilijs diuersis, quibus moneantur ad fidem, per quam in vnumquemꝗ transit fructus passionis Christi, Cur videlicet ipse deus non omnium hominum corda sic vocat, sic præparat, sic inuitat, vt persuadeat, vt vocati credendo, efficiantur participes fructuum passionis Christi, talis sufficiat responsio.

In Christianorum schola firmiter & absque omni dubitatione ex scripturis sacris & Apostolorum doctrina est credendum vniuersum genus humanum tam iusto dei iudicio in Apostolica radice esse damnatum, vt etiam si nullus inde liberaretur, nemo recte posset dei vituperare iusticiā, & idcirco non licere nobis pręter diuinam iusticiam, & misericordiam curiose scrutari cur hic potius quā ille sic, vel sic vocatus, vt credat, Alter autem nōn sic, cum huic reddatur iusto dei iudicio contumelia debita, illi autem fides gratuita, qua transeat in consortium Christi extra dei iram. Quemadmodum autem nullam excusationis rationem pretendere possunt olim regenerati, qui fructum passiōis Christi semel acceptum sua sponte perdiderunt. Nam qui post susceptum semel rite baptismum relapsi pereunt iam, non propter alienum, sed propter suum peccatum efficiuntur filij iræ, quia gratiæ semel acceptę fungere noluerunt laboris officium. Ita neꝗ vllam rationem excusationis inuenire poterit, quisquis post susceptum iam vsum liberi iudicij, negligit viuere secundum accepta tunc naturę talenta, quia propter proprium iam peccatum reus efficitur, & nō perit in solo Adam. Proinde & talis si deseratur in massa perditionis, non potest iusta ratiōe vllam in corde querelam cōcipere de abnegato veritatis lumine.

Secunda sententia. Quamuis tutior viuat quisquis cū venerabi

venerabili patre Augustino, non per auxilia sufficientia exęquo oībus adultis proposita, sed per diuinā misericordiam & iusticiam a curiosis hominum quęstionibus se absoluit, humiliatus sub potēti manu dei, sentiens etiam deum non iniuste agere, si ex adultis ęqualiter resiuuet sufficienter, vnū, vt perueniat ad fructum passionis Christi, alterū non iuuet. Neq; tamen sentit contra diuinam gratiam, neq; si fallitur, perniciose fallitur quisquis diuinam bonitatē ita commedat super omnes homines esse generalem, veniētibus singulis ad ętatem, qua possunt inter licitum & illicitum discernere, de⁹ adsit ꝑ tēpore & loco peculiaribus quibusdam auxilijs, per quorum testimōium possent ad quærēdum & cognoscendum verum deum adiuuari, atq; inde ad superiora ascendere, & immunes sese conseruare a crimine legis naturę, qua si non abuterentur, ad initia quædam gratuitæ fidei peruenirent, ex quibus sic pręuenti non merendo, sed misericordię diuinæ sese commendando gratis consequerentur spiritum Christi, ad participādum fructum & meritum passionis illius. Ex huiuscemodi auxiliandi modis per generalia quędam & specialia dona, ortum habuerunt magistrorum sententię de facere quantum in se est, & de hoc quod homines primum venientes ad vsum liberæ mentis illuminantur a deo, si his quæ acceperunt non fuerint abusi. Et quod duo infantes, quorum vnus bapizatus, alter non baptizat⁹ æqualiter educati, aut in syluis, aut inter paganos primum venientes ad ætatem liberi iudicij ęqualiter destituti omni instructione, quæ per homines fieri consueuit, æqualiter iuuentur a deo ad actum fidei. Vn⁹ quidem, vt incipiat participare fructum passionis Christi, Alter vt iam olim particeps factus, permaneat in illo & qđ in dei arbitrio est vel sic vel aliter faere absq; iniusticiæ nota, Possunt in hisce rebus tradi piæ quędam magistrorum sententiæ absq; iniuria gratiæ dicētium, multiplicem atq; ineffabilem dei bonitatem singulis hominibus postq; peruenerint ad tempus quo possint inter licitum & illicitum discernere pro loco & tempore ita cōsuluisse semper & consulere, vt neq; ulli pereuntium excusatio suppetat de abnegato sibi lumine veritatis neq; cuiq; sit liberū de sua iustitia gloriari, Qubus dictis fixa stabit euangelica,

seu apo

seu Apostolica doctrina, tradens neminem posse venire ad Christum, vt tanq̃ membrum in corpore eius, fiat particeps fructuum & meritorum eius, nisi tractus a patre cœlesti ita dirigatur, vt accipiat viuificantẽ spiritum. Eos autẽ qui nõ venerũt, aut specialiter vocatos sua pertinacia diuinæ vocationi obuiare & reluctari, aut generaliter tractos a recto intelligẽtię tramite deuiare, sua spõte, & idcirco illos ad participãdum fructum passionis Christi nõ præparari. Sed hęc vt diximus, in paruulis dici non possunt, qui nullo rationis iudicio vtuntur, quo valeant sentire dei creatoris aut vocationem, aut tractum. Vbi actio non offendit, vbi arbitrium non resistit, vbi eadem miseria, similis imbecillitas causa cõmunis, inter quos alij assumuntur, alij pares in omnibus, & ęqualiter rei deferuntur, quo facto, deus nos docet sese nõ iniuste agere, si ex adultis peccatoribus æqualiter reis, propter solum originale peccatum venientibus iam ad ætatẽ, qua possunt vti libero rationis arbitrio, vnum iuuet sufficienter, vt ad Christum veniat, alterum deserat. Idcirco tutiores viuimus, si absoluamus nos a quæstionibus curiosis humiliter ad diuinam iusticiam & misericordiam aspicientes.

Tertia sententia inter impios nondum iustificatos, nulla est diuersitas voluntarię dispositiõis, aut pręparationis, propter quam aut vnus mereatur gratiam primam habere, magis q̃ alter, aut alter sit altero magis vel minus ad gratiam vel remissionem peccatorum assequendam dignus, vtrisq; tamẽ est diuersitas voluntarię p̃paratiõis, ꝓpter quã alter est altero magis indignus, aut alter magis inept⁹, ac indispositus & propter quam alter magis, q̃ alter meretur rejci a gratia, excludi a fructu passionis Christi. Huius propositionis sententiæ sunt ex innuneris scripturis sacris manifestę, Gratia, inquit Apostolus, saluati estis per fidem & hoc non ex vobis, dei enim donum est non ex operibus. Nullum igitur est hominis meritum bonum, quo ex impio mereatur iustus fieri, malum tamen meritum, negare non possumus. Meruit Pharao indurari, & non recipere vllam clementiam, vllam peccatorum veniam, quia in populum cui debebat humanitatem exercebat credulitatem. Apud Apostolum ad Romanos primo, Meruerunt gentes tra-

 di in

di in reprobum sensum, in passiones ignominiæ, & in desideria cordiũ, vt nõ reciperẽt vllã misericordiã,qa talẽtis naturę,qbus ex mũdi fabrica deũ,cognouerũt sunt abusi. Quemadmodũ impij in hac vita, magis vel min⁹ peccãdo faciũt sibi min⁹,vel magis meritũ, Ita magis vel min⁹ peccando faciũt se magis vel minus grã indignos. In cęna illa magna,inter eos q fuerant inuitati ad nuptias, alij vocati venire nõ voluerunt, alij vocati neglexerũt, & abierũt, alius in villã suã,ali⁹ in negotiationem suã, alij affectionibus huius mũdi irretiti,vxoribus ductis,venire nõ potuerũt. Reliqui vero,seruos q inuitauerãt a dño missos,occiderũt. Vbi inter eos,inquit Hiero. ibidem,qui non acceperunt euangelij veritatem,multa est diuersitas,qui occupati alijs rebus, venire neglexerunt, minoris criminis rei sunt ,quã hi qui contemptu patrisfamilas affectum, humanitatem exhibitam, verterunt in crudelitatem. Quemadmodum in cœlo sancti differunt velut stellæ a stellis,propter diuersa ipsorum merita bona quæ gesserunt in corpore. Sic & in damnatione, impij a seinuicem differunt in supplicijs,secundum diuersitatem eorũ in malis meritis. Tolerabilius erit Sodomæ in die iudicij,quã alteri ciuitati,& erunt quidam,vt ait saluator, in duplo magis quibusdam filij gehennę.

Quarta sententia, Non omnes qui pereunt,in Adam pereunt, Nec omnes qui in Adam pereunt,in solo Adam pereunt. Nam & multi qui damnantur, pereunt in Adam simul & in libero arbitrio suo. Verum quidem est quod secundum Apostolicam doctrinam in Adam omnes moriuntur,omnesq; in Adam facti sunt rei,& damnabiles, sed non inde consequens est,omnes qui damnantur ,transire in damnationem proper peccatum,quod ex Adam contraxerũt. Patet igitur supradicta sententia. Nam gentilis quisq; aut paganus nondum regeneratus transgrediens sancta legis naturæ,perit quidem in Adam,sed non in solo Adam,reus iam factus apud deum per suam ipsius voluntatem. Proinde neq; prætexere potest vllam excusationem,si fructus passionis Christi non perueniat in ipsum, quippe qui suo merito malo se fecit indignum. Quisquis autem cum fideli cõfessione, & fide catholica solenniter fuerit baptizatus,si postmodum a suis concupiscentijs abstra-

ctus

ctus & illectus fuerit relapsus, neq; perijt in Adam, neq; da mnatur propter alienam, & originalem culpam, sed tm̃ pro prio damnatur peccato. Et in huius generis hominibus, non poteſt iam etiam eſſe vlla querimonię ratio, vlla excu ſatio ſuper eo quod gratiam dei aut non cognouerũt, aut nõ acceperint, quandoquidem ſemel acceptam ſua ſponte deſe ruerunt, quã nemo perdit inuitus. Cętera huius mundi bo na, ſanitatem, pulchritudinem, robur corporis, membra, di uitias poteſt homo inuitus perdere. bonam autem volunta tem, iuſtitiam, fidem, & charitatem nemo perdit, niſi vo lens. Paulus apoſtolus qui ſibi timebat caſtigãs corpus ſu um ne reprob⁹ fieret, dicebat ſe certum eſſe, quod neq; mors neq; vita, neq; tribulatio, neq; creatura vlla poſſet ſeparare eum a charitate quę eſt in Chriſto Ieſu. Cum cętera omnia dixiſſet tacuit ſuam voluntatem, qua ſola ſepararetur a cha ritate. Quinta ſententia.

De diuerſitate ſecundi generis inter homines ex ori gine Geneſis. Quamuis quiſque etiam nondum iuſtus ta lentis naturæ poſſet vti, & vtendo non peccare, aut non in iuſte agere, & ſecundum modum quendam laudabiliter viuere non merendo ſupplicium, & etiam magis vel mi nus iniuſte operari, eis tamen nemo tam recte, tamq; lau dabiliter vtitur, vt ex his ſolis valeat, aut venire ad Chri ſtum, aut ad participandum fructum paſſionis Chriſti ſeſe ſufficienter pręparare. Vnde in his omnibus talentorum naturę inæqualitatibus, ſeu diuerſitatibus prouenientib⁹ ſecundum ſolam diſpoſitionem diuinæ voluntatis abſque vllis eorũ quibus inſunt meritis, aut liberi arbitrij opib⁹, oportet vnumquemq; eſſe humilem, & nõ accuſare ſapien tiam, ac bonitatem dei cuncta iuſte, & ſapienter diſpenſan tis, & quatuor pręſertim habere paradoxa præ oculis. Pri mum, quod nemo adeo fœliciter eſt natus, nemo tam ad virtutes propenſus, ac tã contra vitia parat⁹, qui valeat ex ſolis generoſis naturę ſtimulis ad tã laudabilia exercitia, ad meliorẽq; vitã ſe deducere, vt mereat̃ haberi, ac fieri ĩ cõſpe ctu dei, vere iuſt⁹, & in hoc pũcto deficit omnis philoſophia pure moralis, quę nouit quidem iuſtitiam quandam ex aſ ſuefactione operũ genitã, veluti cũ intemperat⁹ ad meliora exercitia ſecundum tẽprãtię regulas vitam ducẽs, efficit̃

temperatus, & sic in reliquis virtutib9. Iustitiam vero quę a deo nobis est per Iesum Christum, secundum quam effici mur iusti in oculis dei & grati, ac ad vitam æternam acce- pti, non cognoscit philosophia moralis. Secundum, quod nemo adeo infeliciter est natus, qui peccet inuolunta- rius, qui apud deum fiat supplicio dignus, pro eo quod pa- tiť inuitus aut inuoluntarius. Tertium, ꝙ neq; gentilis per suæ rationis internę lumen, est tam claris naturæ doti bus suffultus, neq; Cstristianus vllus est tanto fidei ac gra- tiæ adminiculo suffultus, cui non tam intus, quam foris q̄- tidie obuient multa, contra quæ ad vitandum peccata opor teat luctari, ita vt temporalis vita ista consistat tam gentili in philosophia morali, ꝙ Christiano in ecclesia Christi, in quotidiana quadam pugna. Quemadmodum secundum do ctrinam Apostoli Pauli, Caro concupiscit aduersus spiritū, & spiritus aduersus carnem, & lex in membris repugnat legi mentis, Ita & secundum philosophum moralem, con- cupiscentia aduersatur rationi, quę semper ad optima deprę catur. Et quemadmodum oportet puerum secundum præ- ceptum pædagogi viuere, ita oportet concupiscibile obe- dire rationi. Postremū, ꝙ si nulla fuisset partis concupi- scibilis contra ratiōem pugna, si nulla in carne ꝓcliuitas ad vitia, nulla fuisset culpa, & ꝙ si nulla fuisset culpa, non fuis set voluntas ad peccandum libera, quę potuisset transgredi, & non transgredi, mala facere, & non facere. Nā sine libero arbitrio voluntatis, neq; peccare, neq; iuste viuere quispiam potest. Proinde non fuisset peccatum vllum, si primitus ho mo fuisset sic a deo constitutus, vt necessario fuisset ab illo statu mutatus. Si non fuisset vlla culpa in primo homine, si non vim talem habuisset, qua potuisset in illo quod a deo conditore suo acceperat permanere, & proficere in illo, aut deficere ab illo.

Sexta sententia, quę ex superioribus consequens est, ꝙ quamuis is qui vocatur, faciat sibi meritum indurationis, & supplicij, in eo quod vocatus venire contemnit aut ne- gligit. Is tamen qui vocatus venit, non facit sibi meritum gratiæ iustificantis, in eo, quod vocatus non contemnit ve nire. Homo peccator, quantumlibet vocatus ante iustifica tionis gratiam sese præparauerit, cum adhuc sit deo inimi-

cus sub potestate diaboli captiuus, non potest neq; accipere ex se aut remissionem peccatorum, aut gratiam, neq; mereri illam, neq; tollere omnia gratiæ impedimenta, neq; se facere dignum, qui mereatur gratiam accipere, neq; sibi dare spiritualem vitam aut iusticiam, sed ipse deus per spiritum sanctum viuificãtem diffundit fidem, spem, & charitatem, quibus efficitur membrum in corpore Christi viuum, non propter sua, sed propter Christi merita. Vnde hac ratione in scripturis homo iustificandus comparatur ad deum iustificatorem, perinde atq; figulus ad lutum. Quemadmodum enim lutum quantumlibet fuerit præparatum, accipit formam artis non ex se, non ex necessitate causæ naturaliter operantis, sed ex voluntate figuli, Ita & homo antequam viuat vita gratiæ, quantumlibet aut se ad accipiendam gratiã præparauerit, aut ab alio præparatus fuerit, non accipit illã neq; ex se, neq; ex necessitate vllius agentis, sed ex virtute dei innouantis spiritum sanctum in visceribus eius, facientis ipsum iuste & recte viuere, non propter ipsius merita, sed propter suam misericordiam, dicente propheta, Dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum, & ego faciam vt vos faciatis, non propter vos, inquit, ego faciam, dicit dominus, confundamini & erubescite super vijs vestris malis. Atq; ita de⁹ ipse iustificat quidem nos gratis, id est, absq; nostris meritis, sed non absq; consensu nostro, non absq; liberi arbitrij nostri motibus, sed etiã accedẽtibus aliorum hominũ ministerijs. Ipse cum in vtero matris creat animam rationalem, non eguit in præparanda materia vllius causæ auxilio, qui absq; semine formauit corpus Christi in virginis vtero, tamen vt non sint vacua sapientiæ suæ opera, per virtutem quæ latet in semine, paulatim præparat corpus aptum rationali animæ, quam non paulatim, sed subito & in momento infundit materię præparatæ per ministerium createę causę. Sic & spirit⁹ salutis et charitatis, subito & in momento, non paulatim immittitur cordi hominis a solo deo. In præparanda hominis mente plęrumq; vtitur multis causarum ministerijs, quibus cordis duriciem, amoremque huius sęculi paulatim minuit per flagella, per metum, per contumelias & morbos, vt iam constituto homini in miseria non libeat luxuriari, sed magis destitutæ naturę solatiũ

quærere, quam carnis delitias.

Septima sententia. Omne dei iudicium super hominum genus, quantum attinet ad vitam æternam, est iudicium, aut secundum misericordiam, aut secundum iusticiam eius. Terumtamen ipse pro sua sapientia hoc iudicium suæ misericordiæ atque iusticię ita statuit, vt in operibus siue misericordiæ, siue iusticię dispensandis vtatur liberis hominū ministerijs, quibus, & ipsi etiam semetipsos & alios faciant, aut commendabiles, & ad participandum fructum passionis Christi aptos, aut reos, & condemnabiles, ac a passione Christi alienos. Deus, inquit Apostolus, reconciliauit nos sibi per Christum, & dedit nobis mysterium reconciliationis, ponens in nobis verbum reconciliationis, quamobrem & pro Christo legatione fungimur tanquam Christo exhortante per nos. Sic nos, inquit, existimet homo vt ministros Christi, vt dispensatores mysteriorum eius. Proinde, Ve, inquit, mihi, si non euangelizauero.

Cum igitur deus faciat fructum passionis filij sui in animas peruenire per hominum ministeria, liberasque præparationes, consequens est in huius quæstionis solutione, spectandum esse non solum ad diuinam voluntatem, sed etiam ad diligentiam humanarum voluntatum. Proinde & apud Ezechielem prophetam, vtriusque rei indicantur, & pastores si loquuti non fuerint, & populi si audire contempserint, Ezechielis trigesimotertio.

¶ *Tertium huius partis membrum, in quo respondetur ad quæstionem.*

EX His igitur colliguntur tres conclusiones ad quæstionem responsiuæ. Prima conclusio.

Quod fructus emptionis, meriti, & satisfactionis gloriosæ passionis Christi perueniat in quosdam Adæ filios, in quosdam non perueniat, partim est ex electione seu voluntate diuina, partim ex libera voluntate humana.

Probatur, Nam ab electione seu voluntate diuina trahitur omnis electus, vt credendo in eum, qui iustificat impium, fiat redemptionis filius. Comitatur autem, & concurrit voluntas humana, quia tractus ille diuinus, tam suauis est inui

est inuitatio, vt per illum homo inuitatus veniat, Neq; vnquam venire posset, nisi venire vellet. Trahi quis potest inuitus, venire nemo potest, nisi spontaneus. Qui trahitur iam patitur, aut spontaneus, aut inuitus. Qui autem venit, etiam operatur. Nemo ergo tractus a patre, venit ad Christum absq; propriæ voluntatis consensu, quia venire, est deo trahenti consentire. Ideo paruuli non veniunt, quia neq; consentiunt, neq; dei tractum sentire possunt. Eos tamen, quia non ex propriæ, sed ex alienæ voluntatis consensu peccatum habet, subuenitur per ministerium voluntatis alienæ sacramentum applicantis. In eis autem, qui absque sacramento sanctificantur in vtero, declarat deus, non ad humanam solum diligentiam aut industriam, sed ad suam misericordiam pertinere etiam eos qui regenerantur per humanę voluntatis ministerium. Quemadmodum enim non ad Christi meritum, sed ad dei misericordiam spectat, quod deus ipse humano generi pręparauerit eundem Christum saluatorem, Ita non ad Christi meritum, sed ad dei misericordiam pertinet, quod iste potius, quàm ille trahatur, vt vel propria voluntate credat, vel aliena voluntate regenerationē accipiat. Omnes quidem electi accipiunt gratiam per Iesum, hoc est propter ipsius meritum, sine quo omnes Adæ filij fuissent in perditionis massa derelicti, sed quod deus hos potius, quam cęteros in eadem massa perditionis constituros, secundum æternum suum propositum dignatus est ad participandū Christi merita ita vocare, ita trahere, aut ita dirigere qualiter aptum nouerat, vt vel ad Christum venisse vellent, vel propter Christi merita, sanctificantem spiritum acciperent, non pertinet ad Christi meritum, sed ad æquissimum iudicium dei volentis hoc pacto declarare suā misericordiam super electos, simul cum sua iusticia super reprobos. Atq; ita electi vocantur vasa gratiæ & misericordiæ, Reprobi autem vasa irę & diuinæ iusticiæ. Sic Paulus Apostolus ad Ephesios primo, cum dixisset, Prędestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum, continuo adiecit, secundum propositū voluntatis suę in laudem glorię gratię suæ, aperte insinuans gratiam adoptionis filiorum, qua scilicet efficimur filij dei in nobis factam esse per Iesum mediatorē, hoc ē per ipsius meritum,

per redem-

per redemptionem in sanguine ipsius. Eius vero quod est nos propter Christi meritum, habere gratiã hãc adoptionis nõ habere vllum meritum, sed causam habere diuinum beneplacitum. Sic enim erat dei propositum ante mundi constitutionem, vt electi fierẽt salui propter Christi meritum. Proinde & ibidem cum dixisset, nos habere redemptionẽ per sanguinem Christi in remissionem peccatorum, continuo adiecit, secundum diuitias gratię eius. Quemadmodũ cum dixerat prædestinatos nos esse adoptionis filios per Iesum Christum, continuo adiecit secundum propositum voluntatis suæ, & ne hoc propositum voluntatis videretur esse irrationabile, subiunxit in laudem gloriæ gratiæ suæ. Quemadmodum non ad Christi meritum pertinet, quod Christus ipse sit humano generi saluator pręparatus, Ita neque ad Christi meritum pertinet gratia sibi pro salute mũdi data. Ex gratia quidem gratis accepta desuper a deo patre meruit Christus vt mũdus fieret saluus, sed gratiã illam suã ex qua opera sua erant tam grandia, tamque sublimia, & tam digna, vt essent meritoria salutis totius mundi nõ meruit, sed gratis accepit secundum beneplacitum dei patris, mirabili quodam, & ineffabili modo facientis eum esse deum simul & hominem, qui caput constitueretur super vniuersam ecclesiam. Proinde & hoc incarnationis sacramentum pro salute mundi præparatum, ab Apostolo Paulo vocatur sacramentum voluntatis dei secundum beneplacitum eius. Gratia, inquit, Christi abundauit in nobis in omni sapientia, & prudentia, vt notum faceret nobis sacramentum voluntatis suę secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quę in cœlis, & quę in terris sunt, in quo etiam & nos sorte vocati sumus prædestinati secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suę, vt sim⁹ in laudẽ gloriæ. Instaurãtur p Christum quę in cœlis sunt, non quod angeli inde lapsi reparentur, non quod angeli in cœlo beati indiguerunt sanguine Christi, sed quia id quod inde in angelis lapsum est, ex hominibus reddatur, dum ruina lapsorum angelorum ex hominibus reparatur. De his sic habet Augustinus in libro. 1. de prædestinatione sanctorum capite. 15. Sicut ergo ille vnus

Vnus Christus prædestinatus est, vt esset caput nostrum, Ista prędestinati sum⁹, vt membra eius essemus, Humana hic merita conticescăt, quæ perierunt per Adam & regnet gratia per Iesum Christum vnicum dominum nostrum. Quisquis in capite nostro præcedentia merita singularis illius generationis inuenerit, ipse in nobis membris prędentia merita multiplicatę regenerationis inquirat, Neq; enim re tributa est Christo regeneratio, sed tributa vt alienus ab omni obligatione peccati de spiritu, & virgine nasceretur. Sic & nobis, vt ex aqua, & spiritu renasceremur non tributum est pro aliquo merito, sed gratis tributum. Et si nos ad lauacrum regenerationis fides duxit, non ideo putare debem⁹ priores nos dedisse aliquid, vt retribueretũr nobis regeneratio salutaris. Ille quippe nos fecit credere in Christum, qui nobis fecit, in quem credimus Christum. Ille facit in hominibus principium fidei, & perfectionem in Iesum, qui fecit nobis hominem principem fidei, & perfectiorem Iesum, sic enim est appellatus in epistola ad Hębreos. Hæc Augustinus. Interrogantibus ergo vnde, & qua via credẽtes in Christum habuerunt gratiam, aut remissionem peccatorum, congrue respondetur, de Christo domino propter ipsius meritum, per ipsius sanguinem, per ipsius passionem, & mortem. Vltra vero interrogantibus qua ratione, qua dignitate, quibus meritis, Christus est nobis præparatus, quibus deniq; meritis prę cæteris in massa perditionis derelictis sunt electi vt crederent, & credẽtes Christi meritum participarent. Respondeo horum non esse vllum meritum, & ideo in his aliud non habemus quod respõdeamus, nisi diuinum beneplacitum, cui⁹ ęternũ propositũ fuit sic præparare & ordinare Christi sanguinem aut meritum ad salutem eorum, quos saluare decreuerat. Atq; ita gratia ex qua nos mereremur vitam æternam, est ex merito Christi donata nobis. Gratia vero ex qua Christus meruit nobis gratiam, est data Christo non propter vllum merium, sed gratis tributa illi ab initio conceptionis suę secundum beneplacitum voluntatis diuinę. Patebunt autem hęc lati⁹ in libro de concordia liberi arbitrij & prędestinationis diuinæ. Ex Apostolica igitur doctrina manifestum est gratiam, qua sum⁹ grati deo patri, datã nobis esse propter Christi me-

sti meritum, secundũ beneplacitũ diuinę voluntatis misericorditer eligentis, q̃s vult ex massa perditionis. Verum q̃a multi sunt, qui p dei misericordiã semel aut iterũ cõsequuti sunt vel Christi grãm, vel auxiliũ, q̃ potuissent sese ad accipiendũ illam accõmodare, & noluerunt perseuerare, sed aut contempserunt & neglexerũt. Idcirco longe a dogmatibus fidei aberrãt, longeq; a vero scripturarũ sensu sunt alieni, q docẽt fructũ passionis Christi in damnatos hoĩes nõ puenisse ex sola voluntate dei, tã fixam ac immutabilẽ facientis illorum voluntates, vt in alteram partem nequiuerint, aut declinare, aut sese accommodare, & ita eosdem non fecisse quicq̃ mali, ꝓpter quod non percipiant misericordiã ipsis propositam in passione Christi. Hanc eorum sententiam esse falsam, docuimus in superioribus, demonstrantes nõ oẽs venisse qui fuerant vocati, vt venirẽt. Ex Christi doctrina patet non omnes vocatos venisse ad cœnam euangelij pręparatam, omnibus volentibus venire ad nuptias, & manducare carnem, & bibere sanguinẽ Christi per fidem & charitatem in ipsum, sed vocatos quosdam repudiasse cœnam istã, alios contempsisse, alios etiã persecutores extitisse, alios neglexisse, quibus ꝓpterea dicit paterfamilias, Amen dico vobis, nemo virorũ illorũ qui vocati sunt, gustabit cœnã meã. Quod igitur talium hominũ peccata nõ deleanẽ ex passiõe Christi, non est ꝓpter insufficientiam meriti illius, sed propter negligentiã hoĩm non recipientium illum, de quib⁹ dicitur, In propria venit, & sui eum non receperunt. Ipse exhibuit, q̃ ad illorũ hoĩm peccata diluenda sufficiens fuit. Verũ quemadmodũ ignis in commune expositus ad calefaciẽdum, sufficiens non agit calorem, nisi in eos, qui vel sua spõte appropinquant, vel ab aliena voluntate propinqui fiunt, Ita Christus attulit medicinam omnibus sufficientem, sed hæc non operatur nisi in eos, qui vel sua sponte per fidem appropinquant illi, vel alienę voluntatis ministerio fungũtur eidem. Appropinquare autem sua sponte possunt hi soli, qui cœlitus attracti suasione dei patris inuitantur, qui cũ possent aut recipere Christum, aut sese ad recipiendum illum accommodare, facti sunt damnabiles propria voluntate, quamobrẽ & pręcipua tristitia Christo fuit propter eos, quos pręuiderat fore suę passionis contemptores. Christus, inquit

inquit Hie. fleuit et cõtristat⁹ est nõ timore patiẽdi, sed ꝓpter infelicissimum Iudã, & scandalũ Apostolorũ, & induratione Iudęorũ. Vñ & apud Esa. quodammodo se frustra passum dicit in vacuũ laborasse ꝓ Iudæorũ salute, qui rebelles noluerunt esse palmites, renuerunt esse mẽbra sub Christo capite. Proinde culpa ipsorum, est causa, ꝙ nõ peruenerit in illos fruct⁹ passionis, Quid vltra debui facere vineę meę, & nõ feci? Hęc aũt vniuersa dicũt, vt nõ deus, nõ ipse Christ⁹, sed liberũ eoꝝ arbitrium demõstrẽt esse in culpa, ꝙ in eis fruct⁹, meritaq; suę passiõis & mortis nõ peruenerũt.

Secunda conclusio. Quidam non habẽt fructum passionis Christi, quia illum per fidẽ accipere noluerũt, alij vero non habent, quia illum semel acceptum repulerunt a se. Tertij non habẽt, quia merentur non acccipere, de quibus ad Rom. 1. quos tradidit deus in reprobum sensum, quia talentis naturæ bestialiter abusi. Quarti non habent, quia deus non dedit, vt accipere possent, quemadmodum paruulis quibusdam non datur fidei sacramentũ & adultis, forsitan quibusdam absq; propria culpa negligentiæ non datur vt audiant salutis euangelium. Primi, secundi, & tertij generis homines, nõ possunt pretexere vllam contra deũ questimoniam, propria conscientia illos arguente, sese iusta ratione derelictos propter propriam culpam. Quarti itidem generis homines, cum videbunt se iusto dei iudicio, & propter vniuersale peccatũ, quod deus in illis non condidit, et propter peccatum propriæ voluntatis factos esse dãnabiles, nullũ etiam defensionis prætextum poterunt inuenire.

Tertia conclusio. Quis non in omnibus Adę filijs proprię volũtatis culpa est causa, propter quã non ꝑuenerit in eos fructus dominicæ passionis, quia, sicuti iam patuit, non in paruulis damnatis, qui propter ætatem adhuc carẽtes libero iudicio, neq; peccare, neq; credere adhuc potuerũt, neq; item in eis, qui salutis euangelium non audierunt, neq; audire potuerunt, non habentes a quo discerent, si qui tales sunt reperibiles, non ob id tamen est calumniandum bonitati diuinę, aut iusticiæ dei, qui ex duob⁹ reis, faciens vni soli grãm, non facit iniuriam alteri, quẽ deserit in miseria, quam habet non a deo hominũ genus instituente, sed ab Adam peccante, & a deo eiusdẽ Adę inobedientiã vindicante.

O͠es homines in Adā erāt conditi iusticiam & gratiam accepturi, si nemo impedimentum seu obicem gratiæ peccando præstitisset. Atq; ita in omni homine culpa, est causa propter quam quisq; iam absq; Christo caret gratia, quia videlicet vel eam in primis parentibus abiecit, & postea non illam accepit, vel semel propter meritum Christi acceptā reiecit, vel dei auxilio adiutus ad illam per sanguinem Christi accipiendam, non sese accommodauit.

¶ *Sequitur huius libri tractatus quintus, in quo sciscitatur, Vtrū cuilibet homini in hac mortali vita sufficiēs adsit auxilium, quo adiutus, valeat sese facere participem fructuum passionis Christi.*

IN Superiori tractatu hactenus vtcūq; demonstrauimus, cur fructus passionis Christi perueniat in quosdam Adę filios, in quosdam non perueniat. Et quia plena illius quæstionis resolutio magna ex parte pendet ex eo, an cuilibet filio Adę sufficiens adsit auxilium, quo valeat ad iusticiam peruenire. Ideo vt quæ diximus videantur faciliora, iam ad intelligendum hac in re scripturas multas, restat fusius ac generalius discutere, an diuina misericordia cuilibet homini q̄tumuis impio in vita hac sufficienter adsit, vt valeat credere, vere pœnitere, & per Christi meritum a peccatis resurgere. Pro vtraq; parte huius quæstionis ex scripturis possunt confingi argumenta.

Argumentum primum. Tota scriptura plena est testimonijs aperte docentibus, deum iratum derelinquere peccatores quosdam, & dimittere eos abire secundum sua ipsorum desideria, eoq; vel crebro admoniti, obedire & reuerti contempserunt, vel multipliciter peccando culpam auxerunt, Non audiuit populus vocem meam, inquit propheta, & dimisi eos secundum desideria cordium eorum, ibunt in adinuentiōibus suis. Item Saluator ad Iudæos, Auferetur a vobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructum eius, Mat. 21. Item Mat. 19. Hierusalem, Hierusalem, quoties volui congregare te, quemadmodū gallina congregat pullos sub alas, & noluisti. Ecce relinquetur vobis domus v̄ra deserta. Item, gentes quia deum, quem ex creaturis cognouerunt

uerunt non ſicut deum glorificauerunt, dimiſſę ſunt irę in deſideria cordium ſuorum. Item in Actibus Apoſtolorum, capite. 14. Paulus & Barnabas in Liſtris verbum prædicantes, dum miraculo facto in nomine Ieſu honorarentur a populo tanquam dij, & ſacrificio parato ad ſibi immolandum, dixerunt, Viri quid hęc facitis? nos mortales ſumus ſimiles vobis, annunciantes vobis ab his vanis conuerti ad deum viuum, qui fecit cœlum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt, qui in pręteritis generationibus dimiſit omnes gẽtes ingredi in vias ſuas, derelinquit ergo deus & dimittit abire homines. Cum autem dicimus deũ derelinquere peccatores, & deſerere eos, & dimittere eos ſecundũ deſideria cordiũ ſuorũ, ſignificamus dominum deum diſcedere ab illis, & ita dimittere illos deſtitutos ſua gratia in ſolis naturę talentis. Ergo vel non cuilibet peccatori in hac vita ſufficiens adeſt facultas perueniendi ad participandũ fructum paſſionis Chriſti, vel ſi adſit, poterit quis ex naturæ talentis ad Chriſtum peruenire, & a peccato reſurgere, qua poſitione admiſſa conſurgit hęreſis Pelagiana.

Secuudum argumentum. Deus in ſcripturis legitur non ſolum peccatores deſerere, ſed & ipſis ſubtrahere gratuita ſuæ miſericordię auxilia quibus mulipliciter erãt communiti, quemadmodum ipſe dicit in Eſaia ad populũ Iſrahel ſub nomine vineę, quę expectata fuerat, vt faceret vuas, & fecit labruſcas. Quid eſt, inquit, quod vltra debui facere vineę meę, & non feci, an expectaui, vt faceret vuas & fecit labruſcas. Auferã ergo ab ea ſepem & erit in direptionem, diruam maceriam eius & erit in conculcationẽ, & nubibus mandabo deſuper ne pluant imbrem ſuper illã. Cuncta, inquit Hieronymus, quæ hic dicuntur de vinea ſtudioſe a deo extructa ſeu munita ſepe, id eſt, angelorum cuſtodia, vt faceret vuas, poſſunt ad ſtatum referri animę humanæ quę a deo plantata non vuas, ſeb labruſcas attulit. Proinde primum ab illa abſtulit ſepem. i. angelorum cuſtodiam, & tradidit eam beſtijs, id eſt dæmonijs, et mandauit nubibus, id eſt, Apoſtolis euangelizantibus, qui pluunt aquas doctrinæ diuinæ, ne pluant ſuper eam imbrem. Videtur ergo deus abſtuliſſe a Iudęorum populo omne ſuum auxilium, eo quod ſaluatorem ſuum contempſit, prophetaſq;

phetasq́;, & Apostolos ad se missos occiderit. Item ad quosdam deus iratus sic loquitur, Recessit a te zelus meus, non irascar tibi ampli⁹, Deinde p Salomonē in prouerbijs. Vocaui, inquit deus, & renuistis, despexistis omne cōsilium, ego quoq; in interitu vestro ridebo. Et alibi volui mundare te, & noluisti, volui congregare te & noluisti. Ecce, relinquetur domus vestra deserta. Homo autem peccator sic destitut⁹ oīs gratię auxilio, suis naturę viribus derelictus, nō potest resurgere, quia ecclesiastica traditiōe definitū est oēs homines per præuaricationem Adæ in foueam peccati lapsos, naturalē perdidisse innocentiā, & neminē de profundo illius posse resurgere, nisi quem gratia dei miserentis erexerit. Pręterea in scripturis sacris deus legitur non modo relinquere, aut deserere peccatores nonnullos, ab eisdēq; subtrahere suæ gratiæ auxilia, sed & impellere eos in errorem, & excæcare eos, indurare, ac tradere in reprobum sensum, quemadmodum plane docent scripturę recitatę in superiore argumento. Tradidit illos deus in reprobum sensum. Dices fortassis huiuscemodi scripturas interpretatione indigere, & deum excæcare, & indurare non immittendo seu ingerendo cæcitatem cordis, seu duritiam, sed deserēdo solum, & subtrahendo auxilia misericordię ab his, quos videt inemendabiles, & suę gratię donis fore abusores, quēadmodum rex aufert equos, & arma militis, qui ex illis nihil præstat vtilitatis, sic abstulit prędicationem euangelij a populo Iudęorum tradens eam gentibus, facientibus fructum eius. Sed hæc solutio non videtur euacuare difficultatis nodum. Nam tametsi indurare, sit nolle misereri, seu auxilium conuersionis aut negare, aut subtrahere. Nihilominus tamen consequens videtur peccatoribus sic induratis seu derelictis non adesse sufficiens auxilium ad resurgendum a peccato. Præterea contra hanc solutionem, videtur esse Augustinus contra Iulianum hæreticum, præsumentem tali solutiōe sese defendere, quem & propterea reprehendit ipse libro. 5. capite. 3. Contra eundem Iuliānum aperte docens quod deus tradat hominem in desideria peccandi, non solum deserendo, sed etiam per potentiā impellendo. Idem in li. de gratia & libero arbitrio capitulo. 21. probat multis scripturæ sacræ testimonijs, docens

cens deum ipsum immittere homini errorem, & deceptionem, ac indurationem, apud Ezechielem, inquit deus, propheta si errauerit, & locutus fuerit verbum ego dominus decepi prophetam illum, Ezechielis .14. Item Dauid in libro psalmorum, Cõuertit deus corda eorum, vt odirẽt populum eius, & dolum facerent in seruos eius. Et alibi, Suscitauit dominus super Iorã spiritum Philisthijm, & Arabum. Et ad Thessalonicẽses de quibusdam dicit Apostolus, Mittet illis deus operationẽ erroris, vt credant mendacio. Rursum in Esaia dicunt deo, quare nos errare fecisti de semitis domine, & indurasti cor nostrũ: ne timeremus te? Domini fuit sententia, vt indurarentur corda eorum & non mererentur vllam clementiam. Item primi Regũ .2. de filijs Heli correptis, Non audierunt vocem patris sui, qa dominus voluit occidere illos. Item in Exodo, Ego inquit deus, indurabo cor Pharaonis, & in Deutero .28. Propheta Moyses in spiritu super populum Israhel maledictionem imprecatur, si nolueris audire vocem domini dei tui, percutiat, inquit, te dominus cœcitate, & amentia, ac furore mẽtis, & palpes in meridie sicut cœcus solet palpare in tenebris, & non dirigas vias tuas. Itẽ quar. Reg. 5. orat, Percute obsecro gẽtem hãc cœcitate. Deinde Christs in .58. psal. patrẽ suũ orat cõtra Iudæos, Effũde sup eos irã tuã, & furor iræ tuæ cõprẽhẽdat eos. Appone iniquitatẽ sup inigtatẽ eorũ, & nõ intrẽt in iustitiã tuã, deleant de libro viuentiũ, & cũ iustis nõ scribant. Et apud Esaiã ca. 5. Ipse deus quasi imperãdo loqt ad populũ, Audite, ingt, auditu, & nolite intelligere, videte visu, & nolite cognoscere. Mox inducit ppheta loquẽs ad dominũ, orando & precando. Excœca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude. Et cãm cur id optat expressit, addẽs, ne forte videat oculis, et auribus audiat, corde intelligat, et cõuertat & sanet. Deus aũt si tradit i reprobũ sensũ, si excœcat, idurat, nõ solũ deserẽdo, sed visũ destruendo, si decipit, si seducit, si opationẽ erroris mittit, vt credamus mẽdacio, si facit declinare semitas nr̃as a via sua, si cõuertit cor populi peccatoris ad odiũ cõtra iustos, et ad dolũ faciendũ, si suscitat volũtates tyrãnorũ ad terras iniuste deuastãdas, si decreto suo et sententia definit, vt idurent corda eorũ. Christus itẽ si orãs prm optat oculos ipsorũ Iudæorũ obscurari, & iigtatẽ apponi, corda eorũ excecari, aures

aures aggrauari ad eum finem, ne populus conuertatur & saluus fiat, quemadmodum ait, ne forte conuertentur & sanentur. Consequens videtur deum non sufficienter iuuare omnem peccatorem in hac vita, vt valeat fructuum passiōis Christi particeps fieri, & a peccato resurgere. Et in confirmationem huius rationis videntur scripturæ euangelicę et Apostolicæ, quæ dictas veteris testamenti scripturas interpretantur, ex illis declarantes impotentiam seu impossibilitatem credēdi, Ioan. 12. Cum tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum, vt sermo Esaiæ impleretur, Domīe quis credidit auditui nostro. Si propterea non crediderunt, vt sermo Esaiæ impleretur, qui dictus erat de eorum excoecatione, & necessum erat sermonem Esaiæ impleri, necessum videtur fuisse eos nō credidisse, quemadmodū & Euāgelista mox sequutus indicasse videtur, Propterea, inquit, non poterant credere, quia dixit Esaias, Excæcauit oculos eorum, & indurauit corda eorū, vt nō videant oculis, ne cōuertantur, vt sanem eos. Ex hac declaratione euangelistę Ioannis, videtur cōsequens esse deum excœcasse oculos Iudęorum ad eum finem, vt non possent credere, qui alias non excœcati credere potuissent. Cœcus in corpore etiā si velit videre, non potest videre. Cum igitur Iudęi spiritualiter fuęrint excœcati, consequens videtur eos nō potuisse credere, etiā si voluissent. Amplius & saluator doctrinam salutis parabolis tegit, & inuoluit, ne intelligant, ne conuertantur, & sanentur. Apud Mat. discipulis interrogantibus Iesum, cur Iudæis in parabolis loqueretur. Respondit, Vobis est datum nosse misterium regni dei, illis autem non est datum. Et Mar. 4. Illis autem qui foris sunt in parabolis oīa fiunt, vt vidētes videant, & non intelligāt. Vnde & ait, Gratias ago tibi pater, quia abscondisti hæc a sapientibus & prudētibus. Eandem Scripturam tractans Apost. ad Ro. 11. Electio consequuta est gratiam, cæteri vero sunt excœcati, sicut scriptum est, Dedit illis deus spiritum compunctionis, oculos vt non videant, aures vt non audiant vsq; in hodiernū diem. Et Dauid dixit, Fiat mensa eorū corā ipsis in laqueū & in captionem, & in scandalum, & in retributionem. Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsa eorum incurua. Et ne forte has difficultates velis euadere & dicere, q;

re, quod deus hæc omnia facit iratus, & propter peccata ad hæc faciendum prouocatus, & ita solum facit his, qui digni sunt, & meruerunt hæc pati. Hæc si statuerimus, consequens erit saltem impijs sic enormitate scelerum excœcatis, induratis, & derelictis deesse sufficiens auxilium, quo valeant resipiscere, credere, & conuerti. Postremum videt argumentum corroborari. Inter audientes euangelium, alij credunt, alij non credunt, sed his qui credunt largitur auxilium vt credant, his autem qui non credunt non largitur auxilium vt credant. Nam Augustinus multis in locis, & præsertim in libro de prædestinatione sanctorum refert causam huius discriminis, seu diuersitatis, non ad diuersitatē humanarū voluntatū, tā͡q vt illi credāt, quia credere volūt, isti vero non credant, quia credere nolunt, sed ad diuinam voluntatem. Credunt, inquit illi, quia in illis præparatur voluntas a domino. Isti non credunt, quia in istis, non præparatur voluntas a domino. Inter audientes igitur euangelium prædicari, qui non credunt non videntur habere sufficiens auxilium quo possint credere, cum sine præparatione a deo cœlitus missa nemo valeat credere aut saluus esse.

Deinde supra hoc est tertium argumentū. Deus quosdam homines ab æterno odit, despicit, & reprobat non solum quia vel opera mala, vel iniquitatem in illis odit, sed & odit ante͡q aliquid mali agant, non quod aliqua opera mala in illis prȩuidet futura, sed quia vult eos malos induratos, & despectos derelinquere, quemadmodū declarare videt Paul. apostolus ad Romanos nono de Esau, qui ante ͡q esset natus, aut aliquid mali egisset odio habitus est, ratione cui⁹ tandē ad hoc deuenit Pau, vt diceret, Cuius vult miseretur, & quem vult indurat. An non habet potestatem figulus luti, etiam ex massa facere aliud vas in honorem, aliud vero in contumeliam? Huiuscemodi autē hominibus sic ab ȩterno despectis, odioq; habitis, non prȩstat auxilium sufficiens, quo valeāt aut vitare peccata, aut surgere, & iustificari, & salutem assequi prȩserti cū de illis dicat scriptura. Considera opera dei quod nemo potest corrigere quem ipse despexit. Quartum argumentum.

Nemo potest sine fide a peccato aut resurgere aut iustificari. Gratis enim, vt docet Apostol⁹, iustificamur ex fi-

de, Item sine fide inquit Apostolus, impossibile est placere deo. Sed multi fuerunt & fortassis adhuc sunt gentiles, qui non semper habent auxilium sibi paratum, quo valeant habere fidem, quemadmodum docet Augustinus in li. de natura & gratia, ca. 4. Iuste, inquit, damnant etiã hi qui audire Christi fidem nõ potuerunt, non habẽtes a quo discerẽt. Eandem sentẽtiam approbat capite. 8. Hic iam si dixeris, Omnes homines habere lumem rationis interne, quo valeant ad fidem sese præparare iam videbitur approbari hęresis Pelagiana, ponens initium conuersionis, & bonæ volũtatis esse ex nobis, contradicetq́ tibi Paulus apostolus dicens, fidem esse dei donum, non ex operibus. Vnde & Augustin⁹ dicit tempore suo fuisse quosdam, qui euangelium Christi nec audierunt nec audire potuerunt. Et in epistola ad Hesitium dicit Euangelium Christi tunc nondũ in toto orbe esse prędicatum. Hieronymus insuper dicit verbũ hoc saluatoris, Oportet euangeliũ regni in toto orbe prędicari, non per Apostolos, sed per illorum successores complectum esse, & forte complendum. Si non omnes habent auxilium sufficiens, quo valeant credere, vtpote qui non potuerunt audire suę salutis viam, non habentes a quo discerẽt, consequi videtur non omnes habere paratum sibi auxiliũ, quo valeant a peccatis resurgere, & iustificari.

Quintum argumentũ. Creatio spiritualis ad vitam gratiæ maius opus est, magisq́ miraculosũ, q̃ creatio corporalis ad vitam naturę. Insuper & resurrectio animæ a peccato, est opus magis magnificum, quam resurrectio corporis a morte, quemadmodum testatur Augu. tractans verbũ Christi, Ioan. 14. Maiora horum faciet, mai⁹ inqt opus ex impio facere iustũ q̃ creare coelum, & terram, sed in creatione, & resurrectione corporum, opus fit a deo solo neq́ iuuat vlla creatura ad faciẽdũ huiuscemodi opa. Ergo neq́ liberũ arbitriũ iuuat in sui iustificatiõe & spirituali resurrectiõe. Si non iuuat non habet vllum auxilium, quo valeat a morte peccati resurgere, Si creatio corporisque resuscitatio fit in momento & in ictu oculi a solo deo operante, videtur & iustificatio fieri subito operante solo deo.

Ad partẽ affirmatiuã sũt itidẽ. 5. argumẽta, quę assumũt testimonia scripturarũ, quę videt̃ cõtraria scripturis supius allegatis, ex qb⁹ cõsequẽs videt̃ cuilibet hoĩ esse sufficiẽs au

xilium

xilliũ, q̃ valeat sese participẽ meritorũ Christi facere, atq; ita a peccato resurgere. Primũ argumentũ. Tota scriptura respsa est scripturis docẽtib⁹, deũ neq; derelinquere, neq; tradere obliuiõi vllũ hoẽm in hac vita. Ego, inq̃, non deserã te, neq; derelinq̃, numquid in ęternũ repellet deus? nũquid obliuiscetur miseri de⁹? Nũquid continebit in ira misericordias suas? aut in finem misericordiam suã abscidet. Hoc & per Esaiam dixit, nõ in ęternum vindex in vobis ero, ne q; in omne tempus irascar vobis, Esaię. 8. Misericordia domini plena est terra, vniuersæ viæ domini sunt misericordia, & veritas, & miserationes domini sunt sup omnia opera eius, in æternum misericordia eius. Si terra est plena domini misericordia, & vniuersæ vię, quibus de⁹ visitans gubernat humanum genus, sit misericordia & iustitia, & misericordia sit super omnia opera illius, consequi videt̃ fu per omnem hominẽ, quantũuis impiũ, in hac vita expãsas esse man⁹ misericordiæ diuinę, non essent autem oĩbus manus diuinæ misericordiæ expansę, si vllis peccantibus nollet misereri. Et vide an ne hãc clementiã dei super peccatis cõdonãdis expresserit scriptura. Deus suauis, mitis, & multus ad ignoscendum, & Iohelis. 2. Conuertimini ad dominum deum vestrum, quia benignus, misericors, & patiens, & multum clemens, prę stabilis super malitia.

Secundum argumentum sumens scripturas, quę videntur contrariari scripturis in secundo argumẽto pro opposita parte assumptis. In scripturis sacris, & doctrinis ecclesiasticorum patrũ, deus ipse legitur, æqualiter oĩb⁹ fauere, æqualiter esse prę sẽs omnium hominũ mentib⁹. Aequaliter, inquit scriptura, est illi cura de omnibus, Sapiẽtiæ. 5. & Sapientiæ. 13. Pusillũ & magnum ipse fecit, cui est cura de omnibus, Item ipse solem suum facit oriri super bonos & malos, pluit super iustos & iniustos. Deus lumen gratię suę non solum non subtrahit, non solum non excœcat, sed & multipliciter adiuuat, & compellit, vt resipiscant & conuertãtur, secundum scripturas quantũ in se est omnibus adest, gratiæ suæ lumen omnium offerens oculis. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, sed lux in tenebris, id est, peccatoribus lucet, inquit Ioann. & tenebræ eum non comprehenderunt. Super quo dicunt ecclesiastici patres, & præsertim Augu-

 stinus

stinus. Omnium oculis præsens est sol, sed multorum homi num oculi absentes sunt a sole. Non dominus qui cœcos il luminat, sed peccatum excœcat, dicente scriptura, Excœca uit eos malitia eorum. Vnde solent sacræ theologiæ inter pretes dicere, Deus quantum in se est, omnes illuminat, sed mundus, id est, homines diligentes mundum, qui & tene bræ appellantur, eum non cognouerunt. Rationem autem cur eum tenebræ non comprehenderunt, assignat scriptura, quia oculos suos clauserunt ne videant lumen, oculos suos statuerunt declinare in terram, ne videant solem. Et alibi i psi rebelles sunt lumini, dixerunt deo, Recede a nobis, sciē tiam viarum tuarum nolumus. Nos, inquit Augustinus, facimus nos tenebras, cessemus esse tenebrę apientes mētis nostræ oculos, efficiamur lux in domino, & mox illumina bimur ab illo. Ex his consequi videtur omnes tenebras, seu peccatores non excœcari seu indurari vnq̃ a deo, sed potius ex viribus liberi arbitrij habere sufficiens auxilium, quo resipiscant, & lumen gratię percipiant, si velint oculos suarum mentium aperire, & ad solem conuertere, ad percipien dum lumen gratiæ sese accōmodare. Præterea deus in scri pturis ab omni homine viatore exigit, vt redeat ad cor, vt quærat deum & resipiscat, auertat se ab iniusticia, & faciat iusticiam, & conuertatur ad dominum, accedat ad illum & illuminetur. Videtur ergo omnis homo, quantislibet crimi nibus irretitus, habere sufficiens auxilium, quo valeat hæc facere, alioquin frustra videret deus ista exigere ab hoībus, qui nō posset hęc facere. Propositio antecedēs patet ex scriptura. Quęrite dominū dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est. Derelinquat impius vitam suam, et ini quus cogitationes suas, & conuertatur ad dominum, & mi serebitur eius, qui fecit eum, qui multus est ad ignoscen dum. Si conuertaris ad me, ego conuertar ad te, Quęrite & inuenietis, omnis qui quærit inuenit. Et vide an ne totum caput .18. Ezechielis ostendat hæc esse sita in voluntate iu storum hoīm. Pręterea deus in scripturis sacris prędicatur autor salutis, & velle omnes homines saluos fieri. Deus no ster deus saluos faciendi, inquit propheta. Augustinus autem q̃uis in quibusdam suis scriptis, & signanter in En chiridio cap. 103, & in de correptione & gratia .14. defini

at sentē

at sententiam illam Apostoli intelligendam non pro singu lis indiuiduis hominum, sed aut pro omni genere, qui sunt prædestinati ad vitam, quos deus vult saluos fieri, ex regibus & nobilibus, ex diuitibus & pauperibus, ex doctis & indoctis, aut pro singulis qui saluantur, ac si omnes qui saluanť, deus velit saluos fieri, hoc est, tāq̄ nullus fiat saluus, nisi quē diuina volūtas ad hoc prædestinauit vt saluus fieret, quemadmodum secundum vsum loquendi, dicimus, per hanc ianuam omnes intrant domum istam. Ipse tamen August. ibidem non vetat eiusdem Apostolicę doctrinæ aliam dare interpretationem, modo ex illa interpretatione non cogamur dicere deum secundum suum beneplacitū aliquid voluisse fieri, quod non sit factum. Proinde & Amb. Hier. cæteriq̄ sacræ theologiæ probatissimi interpretes, etiam eiusdem scripturæ aliam dederunt interpretationem.

Si deus omnipotens, inquit Ambrosius, vult omnes homines saluos fieri, cur ergo non impletur illius voluntas? Soluit. Omnis scriptura, inquit Petrus, interpretatione indiget, sic & in hac loquutione conditio latet. Vult enim omnes homines saluos fieri, sed si accedant ad eum, non sic vult vt nolentes saluentur, sed vult eos saluari, si & ipsi velint. Nam vtiq̄ qui legem omnibus dedit, nullum excipit a salute. Medicus idcirco posuit se in publico, vt ostēdat se velle ommes sanare, si tamen ab ægris requiratur, vera animi salus, non nisi volenti datur. Vera salus est volūtarie obedire, confitere, ac sacrificare deo in sæcula sęculorum, laudare illum hilari & spontanea voluntate. Insuper quod de⁹ non obtundat vllum peccatorem, sed paratus sit adiuuare singulos, quamdiu hic viuūt, videtur scriptura docuisse nos in duabus similitudinibus, quas videmus in rebus prophanis. Prima est de muliere, quę suæ pietatis viscera non claudit vnquā a filio vteri sui. Secunda est de muliere adultera, quæ tametsi a viro suo fuerit absq̄ spe veniæ repudiata, de⁹ tamen paratus est omnem animam peccatricem suscipere in gratiam. Priorem similitudinem habes apud Esaiam capite. 49. vbi populus lamentabili querimonia deplorans se esse desertum, dicens, Dereliquit me deus, & oblitus est mei. Responsum habet, Nunquid mulier potest obliuisci infantem suum, vt non misereatur filio sui vteri? & si illa oblita

oblita fuerit,ego non obliuiſcar tui.

Non videtur hic quod contra poſſet afferri, quia propheta hic non modo non verbis imperatiui modi vtitur, verum & quidem aſſerendo loquitur, Ego,inquit, non obliuiſcar tui, naturali vtens ſimilitudine oſtendit, Sion non eſſe vnquam auxilio dei deſtituendam,quemadmodum fieri non poteſt,vt mater non flectatur miſericordia ſuper filio ſuo,plus aliquid dicant ſi illa fuerit oblita,vincens maternę pietatis iura. Alteram ſimilitudinem habes apud Hieremiam,capite tertio. Vulgo,inquit propheta, dicitur, Si dimiſerit vir vxorem ſuam,& recedens ab eo duxerit alterum virum, nunquid reuertetur ad eam vltra? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me,dicit dominus, & ego ſuſcipiam te.

Ex huiuſcemodi ſimilitudine videtur nobis oſtendi, quod deus ſemper ſit paratus recipere in gratiam omnem animam quantumuis impiam,ſi reuertatur ad illum. Amplius autem deus multo magis curam gerit animarum quam corporum.Si ergo ſolem ſuum corporalem facit oriri ſuper iuſtos & iniuſtos,ſi pluit ſuper bonos & malos,multo magis videtur ſemina fidei, & pluuiam ſalutaris doctrinæ ſuper impios & iniuſtos etiam diſpergere. Sic Baſilius, Chryſoſtomus, Hieronymus, cæterique patres docent neminem ſine dei notitia,& amore naſci. Baſilius in Rela.capitulo ſeptimo.Omnium mandatorum quæ ſunt a deo, virtutes in nobiſipſis inſitas gerimus, quod & in charitate,inquit,verum eſſe reperimus. Vnuſquiſque in ſeipſo ſumit iudicium nullo docente eos eſſe diligendos, qui beneficij aliquid contulerunt. Quare ergo non deum,quem tanta cognoſcimus nobis attuliſſe beneficia,non diligemus? Vnde & Apoſtolus ad Romanos,reprehendit gentiles ob id, quod deum,quem naturali induſtria cognouerunt,non ſicut deum coluerunt. Deinde Hieronymus tractans illud ad Galatas primo, Segregauit me ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiam ſuam. Probat hoc ipſum ex verbo euangelij, Medius veſtrum ſtetit,quem vos neſcitis,ita concludens,Naturaliter,inquit, omnibus dei ineſſe noticiam, nec quemquam ſine Chriſto naſci,& vnumquemque habere in ſe ſapientiæ & iuſticiæ, reli-

reliquarumque virtutum semina. Praeterea deus est ipsa lux, est fons, est plenitudo lucis, iusticiae regula, & ipsa iusticia, ipsa veritas & vita, sed lux non potest obscurare quicquam. Rursus ipsa vita, iusticia, & veritas non potest facere mortem aut iniusticiam, neque errare, fallere, aut decipere quemquam. Quod & videtur ex scripturis manifestum, quibus significatur deum diligere veritatem, iusticiam, & odio habere omnem impietatem & mendacium. Tertium argumentum,

Sumens testimonia, quae videntur contraria his, quae in tertio argumento sumpta sunt, pro parte quaestionis negatiua. Deus, Sapientiae decimo, legitur omnes homines diligere, & nihil eorum odio habere quae fecerit, parcere omnibus. O quam bonus & suauis est spiritus tuus in omnibus. Dicitur insuper stare ante ostium cordis, & pulsare. Videtur ergo non deesse vnquã vlli homini auxilium, quo valeat fieri saluus. Praeterea si non omnes possent semper, ex acceptis a deo viribus, oculos aperire, redire ad salutem, & conuertere cor suum, cur ergo omnes in scripturis hortatur, cur monet omnes homines ne claudant oculos, ne obdurent corda sua, hortatur omnes, vt veniant ad aquas, vt ad cor redeant, vt oculos aperiant, vt videant, audiant, & conuertantur. Ego sto, inquit, ante ostium, & pulso, si quis mihi aperuerit ianuam introibo ad illum. Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, inquit propheta. Aperi mihi soror mea, dilata os tuum, & implebo illud. Ipse qua ratione intelligitur indurare & respicere, qui hortatur & monet omnes peccatores. Et vide an ne scripturae explicauerint huiuscemodi diuinę clementiae beneficia vniuersaliter esse dispersa super oẽm hominem peccatorem. In Ezechiele dicit dominus, Nolo mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat. Ecce volũtatis domini est omnes saluos fieri. Deus inquit Apostolus Paulus, vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionẽ veritatis venire. Et Petrus Apostolus, Patienter deus agit propter vos, nolens aliquos, inquit, perire, sed omnes ad poenitentiam reuerti.

Quartum

Quartum argumentum. Omnes gentes impij & idololatræ quamuis sine fide deo placere nõ possunt, habẽt tamen aliquid, quo possunt assurgere ad id, quo placeant deo, & ostium cordis aperire, quærere, pulsare, & pulsando impetrare fidem, qua iustificentur. Habent nempe lumen rationis internæ, quo & naturaliter cognoscunt deũ qui intus pulsat semper. Nulla est anima quantumuis puersa, inquit Augustin⁹, in cuius conscientia non loquatur deus, quemadmodum testatur Paulus in actis. Deus q̃uis præteritis seculis dimiserit omnes gentes ingredi vias suas, non tamen sine testimonio sui reliquit illos. Proinde & iuxta eundem Apostolum, deum agnitum non colentes omnes facti sunt inexcusabiles, & ob huiuscemodi mala merita traditi sunt in passiones ignominiæ, vt faciant ea quæ non conueniunt, & quamuis sic tradantur, manet tñ in homine peccatore naturale lumen synteresis semper il lustre, Semper habet impius scientiam decernẽdi inter san ctum & profanum, inter licitum & illicitum. Quemad modum dicit Apostolus, gentes legem non habentes, natu raliter ea quę legis sunt, faciunt. Per hanc naturalem legẽ, inquit Hieronym⁹, Caim homicida peccatum suum cogno uit, Pharao stimulatus lege naturæ anteq̃ lex daretur, sua crimina confiteur, dicens, Iustus dominus, ego autem & populus meus impius. Gentes igitur quamuis sine fide deo placere non possunt, videntur tamen habere auxilium sufficiens, quo si vellent vti recte ad fidem qua placerent deo ascenderent, quemadmodum videtur accidisse in Cornelio Centurione. Et vide an ne hanc sententiam passim docuerint ecclesiastici patres, Augustinus .3. de libero arbitrio. Ante meritũ boni operis non parum est accepisse na turale iudicium, quo mens ipsa sapientiam pręponat errori, & quietem difficultati, vt ad sapientiam non nascendo, sed studendo perueniat, quod si agere noluerit, peccati rea tenebitur, tanq̃ non bene vsa sit ea facultate, quam accepit. Videtur ergo quod homo quamuis non ex natiuitate fidem, sapientiam, & iustitiam obtineat tamẽ ex studio, & bono vsu naturalium possit ad huiuscemodi bona peruenire. Vnde Ambrosius, nulli pereuntiũ excusatio suppetit de abnegato lumine veritatis, quoniam siue occulte, siue mani

manifeste Christus, vt ait Apostolus, est saluator omnium hominum, & maxime fidelium. Et idipsum videtur signi- ficasse in euangelio saluator, distribuens numerum talento rum gratię secundum propriam vniuscuiusq; virtutem, id est, secundum naturalem vniuscuiusq; capacitatem, seu iux ta vasculorum accipientium mensuram. Sic tradide- rũt probatissimi sacrę theologię magistri. Homini facienti quantum in se est adest deus, illustrans illum super his, quę sunt illi ad salutem necessaria. Diuus Thomas innitens veterum patrum sententijs in libro de veritate, articulo. 11. in solutione ad secundum argumentum. Quamuis non sit in potestate nostra cognoscere ea quę sunt fidei ex nobis- metipsis, nobis tamen, si fecerimus quod in nobis est, nõ de ficiet deus in eo quod est saluti necessarium. Cuilibet enim prouidet deus de necessarijs ad salutem, modo ex parte ho- minis nõ ponatur impedimẽtum. Si quis in syluis nutria tur, sequens ductum naturalis rationis internæ cum fuga mali & appetitu boni, certissime tenendum est, quod deus per internam inspirationem reuelaret ea, quę ad salutem sunt necessaria, vel prædicatorem mitteret, sicut Cornelio Centurioni misit Petrum. Eandem sententiam tenet Altis sidorensis, & Gerson Parisiensis. Itẽ nisi homini, qui totũ facit quod in se est, dominus daret fidem, non deputaret ho mini in reatum non habere, quia nemini deputatur in cul- pam, si aut non faciat, aut non habeat quod nec facere nec ha bere potest. Quemadmodum ait Augustinus tertio de libe ro arbitrio, nõ habere iustitiam, aut sapientiã nõ deputatur animæ in reatum, si nondum vt hæc possit accepit.

Quintum argumentum assumens sententias contra- rias his, quæ assumptæ sunt, in argumẽto quinto pro alia parte. In creatione is qui creatur, deo creanti non cooperat. In iustificatione autem impij, is qui iustificatur vna cum deo iustificante, aliquid etiam operatur, dicente Augusti- no. Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te. Vnde ex superioribus patet in iustificatione impij oportere esse motum liberi arbitrij credentis, & de peccato suo pœnitẽ- tis. Deus quamuis plenissime dominetur voluntatibus omnium hominum etiam impiorum, possitq; subito muta re eorum voluntates de malo in bonum, non aufert tamen

a creatis hominum voluntatibus communem & naturalē agendi potestatem. Quis ergo in quibusdā hominib⁹ quasi miraculose conuersis creatio ad vitam spiritualem simi lis sit creationi corporali ad vitam naturalem, sicut accidisse videtur in conuersione Pauli apostoli, quem de⁹ cruori & sanguini humano tum inhiantem subito mutauit, tamen non inde sequitur etiam homines sic subito conuersos non habuisse facultatem, qua poterāt sese conuertere, & suas mutare voluntates. Vnde Augustinus posse habere gratiam, posse habere fidem natura est hominum, quemadmodum & omnes naturales affectus, quos producūt causæ creatæ, in hoc mūdo solus deus potest creare, nō operāte cā creata. Ipse tñ secundū ordinē suæ sapientiæ dignatur ordi nare, & suauiter oīa gubernare, volens hoīēs habere sibi co operatores. Nam & hac ratione Christus, quamuis sua omnipotentia poterat subito conuertere Iudæorum corda, & inspirare illis suę diuinitatis fidem, auxilia tamen pręstare voluit, vtpote scripturas, signa, & supra mundi causas miracula, quibus illorum corda redderet attenta & præparata, vt ex rationibus miraculorum supra naturalem causam factis sua sponte mouerent semet ipsos ad credendum ea, quę sunt supra humanę rationis indaginem, vt fide quadā ex sensibilib⁹ signis acquisita, tanq̃ pręambula pręparatio ne acciperent spiritum fidei iustificantis. Vnde nec sine ra tionum apparentia tam grādia in Christo mysteria peterent credere, quemadmodum ipse ait, Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi. Ob id etiam deus peccantes homines non mox indurat, non mox damnat, sed pro sua misericordia expectat illos ad pœnitentiam, Propterea expectat vos deus, vt misereatur vestri. Vnde & hac ratione videtur deus in scriptura passim admonere impios & peccatores vt quiescant malefacere, vt credant, timeant, discāt benefacere, querant, orent, vt iustitiam a deo impetrare valeant. Videtur igitur omnis impius, quantumlibet criminibus fuerit irretitus secundum vim naturę lumenq; rationis internę habere auxilium sufficiens, quo valeat cre dere & a peccatis resurgere.

Secundum

¶ *Secundum huius tractatus capitulum.*

PRO absolutione quæstionis sciendum omnia de redẽptione humani generis mysteria, & de auxilijs gratuitis, libertateq; & captiuitate arbitrij pẽdere ex seinuicem, sibiq; cohęrere. Et ideo ad hęc planius intelligenda oportet recolere ac meminisse superiorum. In resolutione itaq; quęstionis huius, cõmodissime initium sumpsero ab his, quę superius sunt demonstrata, quibus diligenter consideratis, ingenia etiam crassiora, minusq; capacia ducantur, nõ solummodo in verissimum huius quæstionis intellectum, sed & in affectũ debitæ humiliationis & timoris, sub deo iusto omnium iudice. In primis igitur obseruandum est diligenter, ne in huius materię resolutione faueamus hęresi Pelagianorũ, docentiũ legẽ naturę oĩbus insitã esse, primã dei grãm, p quã quisq; iuuaẽ sufficiẽter, vt valeat fieri saluus, & ita oĩbus hoĩbus naturaliter aliqd esse insitũ, quo possunt absq; alia dei gratia per passionem Christi sine peccato esse iuste & recte viuere, & quo, si velint, possunt se facere dignos, qui iustificentur. Deinde obseruãdum est ne, quemadmodum Cassianus, cuius & in superiori tractatu meminim⁹, geminã distinguamus hominũ peccatorũ cõuersionẽ, vnã videlicet eorũ, qui sua sponte per solas vires liberi arbitrij hoc faciunt, quod alij sine gratia nõ faciũt, & hãc esse conuersionẽ naturalẽ eorũ, quorũ in scripturis de⁹ legitur esse susceptor, qui per seipsos sola sua sponte veniẽtes, præstant ex seipsis bonæ voluntatis initia, quẽadmodũ inqt esse in Zachęi fide & pietate latronis pendẽtis in cruce, qui pręueniẽtes specialia vocationis monita vim qandã regnis cœlestib⁹ intulerũt. Aliã vero esse cõuersiõem eoꝝ, q reluctãtes et quasi coacti attrahũẽ, & hãc quasi miraculosã esse eoꝝ, quoꝝ in scripturis de⁹ legiẽ esse redẽptor, quẽadmodũ, inqt, accidisse in persequutore Paulo, & in Matthęo publicano, quoꝝ vn⁹ cruori supplicijsq; innocẽtiũ, alter rapinis publicis incũbẽs attrahiẽ ad salutẽ a deo, q subito potest creare cor nouũ, & spũm nouũ. Ex vtraq; sẽtẽtia cõsequẽs est quẽlibet hominẽ iã suę ratiõis cõpotẽ habere sẽp sufficiẽs auxiliũ, quo valeat a peccatis resurgere, cũ ponat vi rõnalis naturę ex se posse p īsitos naturę stimulos pbere deo ĩitia bonę volũtatis, qđ falsũ esse in lib. sequẽti ostẽdeẽ.

Tertio ex superioribus considerandum, adiutoriũ gratiæ dei miserentis esse cuilibet homini necessarium, non solum vt assequatur regnum cœlorum, sed etiam vt sit liber, & immunis a reatibus peccatorum. Recepimus, inquit Esaias, de manu domini duplicia pro omnibus peccatis nr̃is. duplicia inq̃, videlicet gratiam absolutionis a reatu mortis æternæ, & gratiam adoptionis filiorum, qua sumus consortes diuinæ naturæ ad operandum iusticiam, ac fructum ęternę vite. Priori gratia non indiguisset humanum gen⁹, si nemo peccasset. Posteriori autem gratia, quæ est ad fructũ operandum æternæ vitæ etiam indiguisset homo, q̃uis nullum fuisset impedimentum culpæ. Quarto ex superioribus recolere oportet, omnes homines anteq̃ sint iustificati ex merito Christi esse deo inimicos, vinculo damnationis obstrictos, filios irę, omniq́ propterea adiutorio salutis indignos, sed nõ ob id tamen omnes esse ęqualiter indignos, q̃uis enim nulla sit inter eos diuersitas in meritis bonis, quæ nulla in eis sunt, vtiq́ tamẽ est in eis diuersitas in malis meritis, nam sunt qui pereunt propter solum Adæ peccatum, veluti infantes. Sunt & alij, qui pereunt propter solũ peccatum quod peccauerunt propria voluntate, vtpote olim regenerati, relapsi in mortale peccatum. Sunt postremo qui pereunt propter Adæ peccatum, simul & alia peccata, quæ addiderunt propria voluntate, vt gentiles transgredientes mandata legis naturæ. Q̃uis primi generis homines videbuntur forsitan minus in Christiana fide eruditis, posse aliquid excusationis aut rationabilis querimonię prętendere, quippe in quibus neq; actio offendit, neq; liberum arbitriũ resistit, neq; vllum propriæ voluntatis meritum malum impedit, hominibus tamen secundi & postremi generis nulla potest inueniri ratio iusta querimoniæ contra dei iudicia, quippe qui suis proprijs voluntatibus, aut restiterunt spiritui sancto venienti ad adiuuandum illos in salutem, aut alias peccantes fecerunt se reos & indignos omni gratuito salutis auxilio, & eo magis indignos, quo magis habuerũt parata sibi suæ salutis remedia, quę cõtempserunt. Ex eo autem, quod inter istos alter est altero magis vel minus indignus omni salutis auxilio, non oportet consequens esse, eos prorsus esse destitutos auxilio tali. Nam deus largitur salutis rem e

tis remedia etiam indignis, qui meruerunt prorsus ita desc
ri & derelinqui, vt non haberent reliquum deinceps pœnitentię tempus. Quinto ex superioribus meminisse oportet. Quisquis de diuina gratiarum donorum seu gratuitorum auxiliorum dispensatione super hominum genus voluerit pia & recta fide quicquam sapere ac intelligere is mẽte firma necesse est credat, iuxta Apostolicam sententiam, omnes ex Adam nasci peccatores, vasa contumeliæ, vinculo dãnationis obstrictos, vt nec infans vni⁹ diei sit a culpa primę pręuaricatiõis ĩmunis. A culpa mortisq; reatu nemo dign⁹ est liberari, nisi quẽ rex mortis, ac vitę domin⁹ pro sua misericordia voluerit honorare, longeq; fortiorem, ac grandiorem in his omnibus esse peccati reatum, damnationisq; vinculum, qui alieno peccato sua propria addiderunt, siue nondum renati pręuaricantes legem naturę, siue quondã renati denuo relapsi, deficientes ab eo quod inceperunt, & idcirco omnes ex se tam iustam in se damnationis causam habere, vt si nemo inde liberaretur non fieret vlla iniustitia, proindeq; in sola voluntate dei, qui est vltionum dominus, & misericordiarum deus, pendere, si velit pro sua clementia gratiam dare, aut secundum iudicium suę iustitię supplicium debitũ exigere. Hoc autem vt fundamẽto fidei supposito innixus, quisq; iam suam agnoscens captiuitatẽ, dãnationisq; reatũ intelliget & vitã suã & mortẽ pẽdere in potestate dei oĩpotentis iudicis, neq; temere iudicabit, neq; errabit perniciose; in scrutãdis rationibus diuinæ volũtatis, tam diuersimode suarũ gratiarũ auxilia dispensantis, sed interrogatus super diuinis iudicijs, Cur videlicet quibusdam Adę filijs tam exuberans dispensatur diuinę misericordię auxiliũ, vt credant et resipiscant, alijs vero aut nullum, aut parcius donatur, toto iam corde sub potẽti manu dei humiliatus ab altitudine incomprehensibiliũ iudiciorum dei, resiliet in suam paruitatem, agnoscens se miserum & reum, deum autem iustum & bonum, neq; turbabitur, neq; scãdalum occultum patietur, cum audit Paulum apostolum dicentem, Deus cuius vult miseret, & quẽ vult indurat. An non habet potestatem figulus luti ex eadẽ massa facere aliud vas in honorẽ, aliud in contumeliã, sciẽs iã vniuersam massam esse damnatiõi obnoxiã, neq; accusabit deum

bit deum iniuste agere, etiam si quibusdam ipse nollet auxilium ad resurgendum sufficiens dispensare. Nam & huius suæ damnationis cõsideratione humiliati sub potẽti manu dei, oẽs sancti clamant, Omnia in vero iudicio fecisti dñe, quia peccauimus tibi. Cognoui, inquit propheta, quia æquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliasti me. Aequitas sunt iudicia dei, tam in his, qui pereunt, ꝙ in his qui salui fiunt. Nam & iuste punitur iniquitas in his, qui deserunt, quia non deseruntur nisi impij & immundi. Gratis iustificantur, qui redimuntur & diriguntur in vitam æternam, quia non saluantur, nisi qui fuerint impij sub diaboli potestate captiui, & digni, qui prorsus extra Christi regnum relinquerent sub regno diaboli. Atq; ita in omnibus suis operibus, deus est misericors, miserator & iustus. Vide ergo bonitatem & seueritatem dei, inquit Paul. Seueritatẽ, inq, in eos, qui non crediderunt, in te autem qui credis, bonitatẽ dei, si permanseris in bonitate, alioquin & tu excideris, sed & illi si nõ permanserint, in incredulitate inserentur, potens est enim iterum deus illos inserere, potens quidem inserere, quod si faciat, sua facit misericordia, quæ misericordia non tollit iusticiam ab eo, qui omnium dominus, habens vitæ & mortis imperium, nulli alteri potest debitor fieri. Quemadmodum enĩ in contractibus hoĩm, non potest iusta esse querela contra debitorem remittentem vni debitũ, quod requirit ab altero, Ita nec in deo nulla ẽ suspicanda iniusticia, si ex duobus ęqualiter ad vitam æternam non dignis, vni gratiam præstet, quam alteri negat. Si ex duobus ęqualiter reis mortis, vnum liberet, & alterũ damnet, neq; iniusticia esset vlla, si aut neutrum dignificaret vel liberaret, aut vtrumque dignum & saluum faceret.

Hac consideratione dicit scriptura, Quis tibi imputabit si perierint omnes terræ. Sexto ex superioribus obseruandum est, ne ex scripturis, quibus designatur non esse acceptionem personarum apud deum, sed deum prope esse omnibus timentibus eum, omnibus inuocantibus eum, omnibus sperantibus eum, & confugientibus ad ipsum, atq; ex alijs id genus scripturis, intelligamus deum omni homini semper administrare auxilium sufficiens, quo valeat saluus fieri per meritum passionis Christi. Nam aliter sentiẽdum

dum est diuinum auxilium adesse iustis, aliter impijs, aliter quoque scriptura de iam credentibus, & aliter de nondum credentibus loquitur. Iusti cum iam sint filij, habeantque spiritum sanctum intus habitantem, sufficienter iuuantur, vt in eo quod inceperunt perseuerent, & ad æternam salutem perueniant, vigilando, orando, & in singulis circumspecte agendo, & ita vel habent, vel orando & quærendo habere possunt auxilium sufficiens, vt valeant absq; crimine perseuerare, & fructum facere deo dignum. Ad tales iam factos dei filios loquebatur Apostolus Paulus, Fidelis deus q non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere.
Et iterum spiritus adiuuat infirmitatem nostram, postulãs pro nobis gemitibus inenarrabilibus secundum deum postulans pro sanctis. Dicitur autẽ spiritus sanctus in nobis ingemiscere, postulare, seu orare, quia ipse in nobis est horũ bonorum operum effector, ipse facit in nobis, vt nos hæc faciamus. In his verificatur cois sententia, Deus facientibus quantum in se est, non deest in necessarijs ad salutem, quemadmodum per oẽm locũ docẽt scripturæ, quibus significatur deus ꝓtector, illuminator, & adiutor esse iustorũ, ꝓpe esse inuocãtibus, oĩbus adesse, benefacere bonis & rectis corde, inueniri a quærentib⁹, aperire pulsantib⁹, & dare spiritũ bonũ petentibus se. Ex quib⁹ consequit̃, ꝙ iustis semꝑ deus adsit auxiliator assidu⁹. Dñs a dextris meis ne cõmouear. Nõ sic aũt scriptura de impijs loquit̃, qppe qui ob merita mala legũtur deseri, derelinqui, indurari, excæcari, & mitti in operationem erroris, vt credãt mendacio. Et sup his præcipue ꝓtitur præsentis quæstiõis difficultas. An oẽm hominẽ peccatorẽ in hac vita deus sufficienter adiuuat, vt valeat resipiscere, & saluus esse. Et vident̃ scripturæ superius recitatæ sup hac re, esse cõtrariæ. Quibusdã dicentibus deũ in hac vita expectare impios, & dare eis tps vt resipiscant. Et sicut mater nunꝙ potest obliuisci infantẽ suum, Ita dei bonitas non obliuiscitur creaturæ quam condidit. Et ꝙuis mulierem adulteram vir repudiet absq; omni spe veniæ, non tamen sic deus deserit animam a se sic fornicantem.
Alijs dicentibus deum excæcare, indurare, & prorsus deserere vt cadant, & nullam recipiant indulgentiam.

Verum

Verum huiuscemodi scripturas interse non pugnare videbis, si consideres deum nunc ad istud hominum genus, nunc ad aliud hominum genus loqui. Deinde si ad vnum & idē genus hominum loquatur, non secundum vnum & eandē populi partem intelligitur loquutio esse prolata.

Septimo ex superioribus operę pretium est considerare, quidnam, & quale sit auxilium dei iuuātis homines, vt meritorum Christi participes fiant, vereq; poenitentes a peccatis resurgant. Sunt qui multifariam auxilia diuidunt, distinguentes multa esse auxiliorum genera. Aliud esse generale, aliud speciale, aliud generalissimum, aliud vero specialissimum. Sed hæc eorũ distinctio parum videtur ad rē hāc nostrā pertinere, sumusq; deo ferēte opē, de hac lati⁹ dicturi in libro de natura & gratia. His itaq; prætermissis auxilia gratuita huic rei intelligendæ congrua declaremus, quæ in sacris literis sunt tradita, quibus deus iuuet miseros homines, vt liberentur a peccato, & fiant digni deo, acceptiq; ad vitam ęternam recte viuant. Huiuscemodi auxilia sunt, fides, diuinaq; motio, seu suasio, qua quisq; inuitatur ad fidem, qua deus facit hominem & esse conscium suę miserię, imbecillitatis, ac damnationis totius humani generis, & agnoscere Christum, vt animarum medicum, redemptorem ac mediatorem. Talia auxilia, vtpote fides, & tractus, seu vocatio patris coelestis ad fidē, qua idoneus iā sit gratiā cognoscere, recte orare ac poenitere veteris vitæ, sunt quæ passim in sacris literis intimantur. Alia est, inquit August. ratio credentis, alia nondū credētis. Fides datā oranti, quæ nisi data esset orare non posset. Manifestum est non omnes habere fidem, & ita manifestum est, non omnes habere donum virtutis, qua valeant salubriter & vtiliter vigilare, orare, quærere & petere. Manifestum est autem, quod deus non modo adiuuat iā credentes, verū etiam adiuuat nōdum credentes vt credant. Ipse, vt inquit propheta, benefacit bonis & rectis corde. Prope est omnibus inuocantibus se, verum non solum talibus benefacit, sed etiam hominibus nōdum bonis, nondum rectis corde benefacit, iuuās illos, vt efficiantur boni & recti corde, iuuans nōdum sperantes, nōdum Christum inuocantes, vt incipiant sperare & inuocare nomen domini. Sed vtrum omnes nōdum credentes aut

sperā

ſperantes ſufficienter iuuet, vt valeāt credere, in præſenti quæſtione agitaē. Si fuerit manifeſtum non omnibus peccatoribus adeſſe adiutorium, quo ſufficienter iuuantur, vt valeant credere, aut orare, ſimul & manifeſtum erit non omnibus impijs adeſſe ſufficiens adiutorium, quo valeāt aut reſipiſcere & reſurgere. Nouit autem quiſq; in ſacris literis vel mediocriter eruditus ſcripturā ſacram remiſſionem peccatorum, ſalutem, & iuſtificationem, victoriam mundi, & rectam vitam tribuere fidei. Si credideris, inquit, in Ieſum ſaluus eris, Corde crediē ad iuſtitiam, Fide purificās corda eorū, hęc eſt victoria, quę vincit mundū, fides veſtra, iuſt⁹ ex fide viuit, Gr̄a ſaluati eſtis per fidē. Chriſtus p̄ fidē incipit habitare in cordibus hoīm. Proīde Auguſtinus in epiſtola cōtra Vitalem, & in epiſtolis ad Paulinū, & ad Innocētiū, & ad Sixtum docet auxilium, vnde ſumūtur initia conuerſionis eſſe fidem, & hominem ante fidem nihil boni poſſe facere, nec quęrere gratiā, nec petere, nec pulſare, nec orare. Quomodo enim poſſet quis gratiam quærere aut deſiderare, priuſquam gratiam eſſe credat, qua ſe indigere agnoſcat, Item in libro de gratia, & libero arbitrio ex ſcripturis præfatis concludit fidem non petitam a deo dari, vt ex fide petētibus alia concedantur, & nos orantes per fidem impetrare, vt quod lex iubet facere valeamus, eādemq; fidē ante omne meritū dari, vt poſſit eſſe principiū meritorum. Hęc eſt fides non ſuperba, (qualis fuit in Phariſæo orante, & in Paulo perſequente, qualis manet in hodiernū vſq; diem in Iudęis credentibus deum eſſe creatorem omnium) ſed humilis, qua ſic credimus in deum, qui iuſtificat impium, vt non velimus conſtituere iuſtitiam noſtram, ignorantes dei iuſtitiam. Hęc fides cum ſit a ſpiritu dei, animum facit paratum credere Chriſto & euāgelio illius, & ideo ſi forſitan ſalutaris fides in vllo eſſet, qui Chriſtum & Trinitatis myſterium non audiuiſſet, Non tamen eſſe poteſt in eo, qui Chriſtum contemneret. Proinde Iudęi quotidie deum orantes, ſed contemnentes Chriſtum ſaluatorem, iuſtificari non poſſunt, nō quia mutari in melius non poſſunt, ſed quā diu ſic ſapiunt, ſalui eſſe non poſſunt. Gratia quam fides cōmendat Chriſtiana, non ea eſt qua conditi ſumus vt homines eſſemus ac rationales, ſed ea qua liberati ſumus a pecca

cato & a vinculo damnationis ęternę. Et idcirco fidei Christianę initium est, non quo quisq; credit deum esse creatorē cœli & terræ, sed quo credit deum creatorem simul & redēptorem, atq; ita sese indigere gratia & misericordia dei vt redimentis, & sese ex solis ingenitis legis naturæ stimulis nō posse esse sine peccato, id est, recte & iuste viuere aut placere deo.

¶ *Sequitur secunda huius capituli pars, in qua via aperitur soluendæ quæstioni propositæ.*

SI velimus igitur soluere quęstionem, An impius quisq; semper iuuetur sufficienter, vt vere pœnitere, & a peccatis resurgere, & resipiscere valeat, Oportebit & simul soluere quæstionem qua quæritur. An impius quisq; sufficienter iuuetur, vt ad fidem quandam perueniat, qua valeat gratiam dei miserentis credendo implorare, nam secū dum scripturas, Omnis, qui inuocauerit nomen domini, siue Iudæus, siue Græcus, hic saluus erit. Econtrario autē, qui non inuocauerit, peribit. Nec enim est aliud nomē sub cœlo datum hominibus, in quo nos oporteat saluos fieri. Auxilium ergo quod ad salutē necessarium fuit, pro omni tempore & sub lege Moysi, et ante legē est fides. Quamuis autem sit manifestum non omnes habere fidem, non tamen videtur manifestum non omnes habere auxilium, quo valeant peruenire ad fidem, non solum enim, qui fidem habent, iuuātur ad habendum auxilium iuste ac continenter viuendi, sed & hi qui nondum fidem habent, iuuātur vt habeant illam. Si ergo ex sacris literis, & testimonijs sanctorū patrū fuerit admissum deum, non omnibus dedisse auxilium sufficiens, quo valeant initijs quibusdam fidei credere, oportebit & simul admittere, non omnibus adesse sufficiens auxilium quo valeant peruenire ad veram pœnitentiam & salutem. Videri forsitan poterit in sacra scriptura minus eruditis, sic esse in vniuscuiusq; libero arbitrio, vt si fuerit illi euāgelij veritas prędicata, valeat credere euāgelio, & fidem, qua saluus fiat, in se facere per solam vim liberi sui arbitrij. Quod non ita esse sacrę scripturæ probant testimonia, quibus significatur fides non ex nobis, sed dei donum esse, non

ex ope

ex operibus, hoc est non ex meritis nostris, neque ex assuefactione operum naturaliter partum, sed gratis datum. Proinde & venerabilis pater Augustinus in primordio conuersionis suæ arbitrans fidem esse ex solis viribus humanæ mentis, potentis credere euangelio prædicato, hanc suam falsam opinionem in sanam & catholicam sententiam reformauit, libro primo de sanctorum prędestinatione. Videbuntur igitur hic tria inquirēda. Primum an omnes quibus euāgelium prędicatur sufficiēs habeant auxilium, quo valeant credere euangelio. Secundū Vtrum Christi euangelium sufficienter sit homini omni prędicatum. Tertium an Christianus relapsus in mortale peccatum, retinens fidem Christianam, habeat secundum illam sufficiens auxilium, quo valeat per veram pœnitentiā a peccatis resurgere. Primo ad tertiū respōdem⁹. Ad resurgendum a peccato mortali non sufficit vllum habituale donum virtutis, aut acquisitæ, aut infusæ, sed op⁹ est peculiari tractu & pulsu dei, qui excitet fidem dormientem, & trahat cor peccatoris, vt pœniteat prioris vitę, concipiatq́ ex fide in Iesum propositum bonum, desuperq́ accipiat spiritum charitatis seu gratiæ iustificantis. Proinde quod dicit Hieronymus super Matthęum. Qui peccator est, & tñ in deum credit, reseruatur ad salutem per pœnitentiam, seruans fidei donum, quo hauriat aquæ pusillum, intelligendū est, non quod ex solo dono fidei informis valeat semetipsū iustificare, aut mereri gratiam, ac remissionem peccatorum; sed quod fidē Christianā seruās, p loco & tēpore deo intus mouēte, suggerēte, cōpūgēte, atq́ inuitāte ad pœnitētiā, valeat inuocare nomē dñi, & implorare gratiā Christi miserētis, quam iam ex fide cognoscit, vt medicinam sui peccati morbo necessariā. Alia est ratio ęgroti, qui iam morbum suum sentiens nouit medicum, qui inuocatus curare velit. Alia vero ratio ęgroti, qui neq́ morbum sentit, neq́ medicum nouit curare volentem. Ille iam auxilium habet, quo valeat sanus fieri, non autem iste. Vnde Ezechielis trigesimo tertio videtur dominus deus plane insinuare impios quosq́ue ex populo Israhel, id est ex populo credente habere sufficiens auxilium, quo valeant corda sua conuertere a vijs suis impijs ad dominum deum suum.

Vbi impijs (tanq̃ ipsi propter peccata sint prorsus a deo despecti) dicentibus, Iniquitates nostræ, & peccata nostra super nos sunt, & in ipsis tabescimus, quomodo ergo viuere poterimus? Respondit deus per prophetam, Viuo ego dicit dominus, Nolo mortem impij, sed vt conuertatur impius a via sua & viuat. Cõuertimini a vijs vestris pessimis. Addens doctrinam consolatoriam, qua docet sermões suos absolutos de iustis semper victuris, & de impijs morituris, esse sub conditione intelligendos, si videlicet vterque talis manserit, qualis est cum de illo sermo diuinus loquitur. Etiam si dixero iusto, inquit, quod vita viuet, & confisus in iusticia sua fecerit iniquitatem, omnes iusticiæ eius obliuioni tradentur, & in iniquitate sua quam operatus est, in ipsa morietur. Si autem dixero impio, morte morieris, & egerit pœnitentiam a peccato suo, feceritq; iudicium & iusticiam, pignus restituerit, rapinamq; reddiderit, nec fecerit quicq̃ iniustum, vita viuet, & non morietur. Similes sententias habes apud Ezechie. cap. 18. Cum auerterit se impius ab impietate sua, & fecerit iudiciũ & iusticiã, ipse aĩam suam viuificabit. Considerans enĩ & auertens se ab omnibus iniquitatibus suis, vita viuet, & non morietur. Conuertimini & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Proijcite a vobis omnes iniquitates vestras, & facite vobis cor nouum, & spiritum nouum, Conuertimini & viuite, quia nolo mortem morientis, dicit dominus. Huiuscemodi, similesq; sermones tacita dei gratia vim indicant liberi arbitrij, tanq̃ in vniuscuiusq; potestate sit auertere sese ab iniquitate, pœnitentiam agere, & conuertere cor suum ad dominum deũ suum, quod vtiq; verissimum est. Nemo etenim potest credere, aut pœnitere, aut auertere sese ab iniquitate sua, aut facere sibi cor nouum, & spiritum nouum nisi voluntarie, & libero suæ mentis arbitrio. Vnde et hac ratione dicunt sancti posse credere, posse habere fidem & charitatem, posse recte viuere, natura est hominum. credere autem & recte viuere, habere fidem & charitatem, gratia est fideliũ. Et ideo iuxta regulam beatissimi Augustini, tales scripturæ sermones, sic sunt intelligendi, vt in agenda pœnitentia, in corde conuertẽdo ad dominum deum suum, intelligatur non esse

exclusa

exclusa dei gratia, sed tacite intellecta, quemadmodum & ibidem sermones illi facti sunt ad domum Israel. i. ad ecclesiam credentium, qui iam fide nouerant inuocãdum esse dominum deum Abraham creatorem, vt saluatorem ac redemptorem, quibus & deus secũdum temporum opportunitates aderat suis pulsibus, & instinctibus, vocans ad poenitentiã ex fide intus habitante. Hactenus de tertio dubio.

Ad duo priora videtur respondisse Apostolus Paulus ad Rom. 10. ostẽdẽs ex scriptura Deute. 30. verbũ videlicet fidei, quod prædicamus prope esse in corde tuo, quia corde creditur ad iustitiam, ore fit confessio ad salutem, & non esse distinctionem Iudæi & Græci, sed eundem dominum omnium diuitem esse in omnes qui inuocant illum. Inuocare autem illum non possunt, nisi credant in illum, credere nequeunt nisi audiant ea, quæ credenda sunt. Ex quibus concludens ibidem, fidem esse ex auditu, tandem sibi tanꝗ quæstionem proponit. Sed dices, inquit, nunquid non audierunt? Soluit. Et quidem inquit, ac si dicat. Certe non est quo se quispiam valeat excusare, vt dicat se non audiuisse. Nam in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Eorum videlicet euangelizantium pacem, sed non omnes obediunt euangelio. Cur ergo non omnes credunt? Certe causam assignat Apostolus, nõ quia non omnes audiant, sed multi qui audiunt, contradicunt, & obedire contemnunt. Non omnes, inquit, obediunt euangelio, quemadmodum ad Iudæos iam olim dixit Esaias, Tota die expandi manus meas ad populum non credentẽ, sed contradicentem mihi. Ex hac doctrina Apostoli videtur cõsequi ea, quæ fidei sunt, omnibus & singulis esse reuelata sufficienter, & neꝗ Græcis, neꝗ barbaris, neque gentibus, neꝗ iudæis defuisse auxilia, quibus valeant ad fidem peruenire. Sic & videntur tradidisse sacrę theologiæ tractatores, deum conditorem omnium, gratiam suam omnibus offerre atꝗ ingerere. Et fidem ad salutem esse generale donum, quemadmodum docet venerabilis Faustus, in primo suo libro de gratia, & humanæ mentis arbitrio. In homine aditum capessendæ salutis esse non personale, sed generale, & publicum dei munus, & quasi fontem quẽdam expositum in medium mundi, & in commune con-

cessum patentem vniuersis ad hauriendum, vt merito sit largitori reus, qui haurire neglexerit. Quod & probat idem ipse Faustus, capite decimo. Si circa hominis salutem specialis esset dispensatio, nescio quomodo generalis posset esse discussio. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi. Non iustitiam ab omnibus terribiliter exigeret, nisi omnibus misericorditer obtulisset. Sicut hostis omnibus admouetur, Ita omnibus præsidij & adiutorij dextra non negatur, & orantibus & vigilantibus benignitate misericordiæ succurritur, quemadmodum dicit Petrus in Actis de Cornelio Centurione, Non est personarum acceptio apud deum. In omni gente, qui timet deum, & facit iusticiam, acceptus est illi. Sic & venerabilis Chrysostomus, cæterique patres videntur tradere gratiam dei omnibus oblatam, omnibus paratam, quemadmodum demonstrare videntur quinque argumenta post oppositum facta.

Si autem deus quantum in se est, paratus est omnes conuertere, omnibus fidem dare, expectans omnium hominū voluntates, vt resipiscant, ipsa ratione compellimur dicere, deū oībus dare auxiliū sufficiēs, quo adiuti valeāt salui esse.

Ad hæc generali sententia dicimus, nos non facere iniuriam Christianę gratiæ, si dixerimus aditum capessendæ salutis, esse donum non singulare vni soli hominum nationi, sed generale pro loco & tempore omnibus hominum nationibus paulatim secundum vicissitudines sæculorum expositum, etiam singulis personis vtentibus ratione pro loco & tempore communicatum, modo hoc non statuamus esse aliquod naturę talentum, quo quisq; valeat se saluum facere, non peculiariter attractus spiritu dei facientis illū participem viuum in Christo vite. Ad sententias Apostoli respondemus, ex illis consequens non esse quod concluditur in argumento. Nam manifestum est verbum Apostoli ibidem dicentis, Non est distinctio Iudæi & Gręci ad hoc dici, vt declaretur Esaiæ sententia, vniuersaliter esse intelligenda, qua dicitur, Oīs qui credit in illum, non confundetur, nam idem dominus omnium diues in omnes qui inuocant illum. Omnis enim qui inuocauerit nomē domini, siue Iudęus, siue Gręcus fuerit, saluus erit. Ex illis aūt q̄uis consequantur vniuersales sententiæ, Omnem videlicet credentē

dentem in Iesum non esse confundendum, & omnẽ qui inuocat Iesum fore saluum, non tamen sequitur omnem hominem credere & inuocare. Neq; item sequit, ꝙ deus omnibus ęqualiter semper largiatur auxilium, quo valeant credere. Deinde quod Apostolus interrogãdo proponit, Nũquid non audierunt, Et respondendo. Et quidem .i. certe audierunt, videtur esse accipiendum non de vniuersis hominibus, sed de populo Iudæorum, qui cum Paulus hæc diceret, audierant Christi euangelium, & facti sunt inexcusabiles. Quod autem Iudæi audiuerunt, probat per prophetã Dauid dicentem, In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terrę verba eorum, ac si dicat, Audierunt quidem Iudęi euangeliũ, quia prophetia Dauid iã incepit impleri, dum euangelium ab Hierusalem crescit per totam Iudæam, vsq; in fines terrę. Manifestum ergo est verbum illud Apostoli, In omnem terram exiuit sonus eorum, esse prophetiam, quæ tempore Dauid non completa, sed complẽda fuerat, & Apostolorum tpibus non simul tota, sed ex parte & cõpleta, & incepta. Sic docent Hiero. & August. Hoc verbum, inquiunt, videmus quotidie paulatim impleri. Augustinus quoq; ad Hesitium docet verbum hoc suo tẽpore nondum ex toto fuisse completum, & ad sua vsq; tempora reperiri nationes quasdam, quibus tunc nondum euangelium prædicatũ fuerat. Chrysostomus autem super Matt. exponens ỽbum Christi dicentis, Prædicabitur hoc euangeliũ regni in vniuerso mundo, & tunc veniet consummatio, quã ipse arbitratur esse acceptã ꝓ destructione Hierusalem, econtrario docet hoc completum esse Apostolorum sæculis. Ex huiuscemodi ergo scripturis, non consequitur singulis hominibus semper adfuisse auxilium sufficiens, quo possent ad salutem peruenire, quin potius videtur sententia contraria ex eisdem colligenda. Cum ex sola lege naturæ nemo possit per vim liberi arbitrij salutem assequi. Quod si fieri vel potuit vnquam, vel iam adhuc potest, vt quispiam reperiatur, qui non sit vlla fide in Christum, aut explicita, aut tacita imbutus, qui vel ante Christi aduentum non audiuerat hoc futurum, vel adhuc non comperit factum, qui tamen credat in deum, qui fecit cœlum & terram, a quo & se naturaliter factum

sentit

senit, qui & honestis moribus viuendo dei impleat voluntatem. De hoc respondet Augustinus in libro de natura & gratia. Hoc, inquit, si fieri aut potuit, aut potest, ego de natura, id est, de naturali lege, hoc dico quod de lege Moysi dicit Apostolus, sic loquens. Si per legē iustitia, ergo Christus gratis mortuus est, Ita & ego dico, inquit, Si per naturam iustitia, ergo Christus gratis mortu⁹ est, Si enī Apost. hoc dixit de lege, quam accepit gens vna Iudęorum, quanto iustius hoc dicitur de lege, quam accepit vniuersum genus humanum. Si ergo Christus non est gratis mortuus, consequens est, ꝙ oīs humana natura iustificari & redimi ab ira dei nullo modo potest, nisi per fidem & sacramentum sanguinis Christi. Hactenus ille. Quod si hic forsitan defensores legis naturæ liberiꝙ arbitrij respondeant, dicentes. Quamuis hi, qui vel ante Christi aduentum non audierūt hoc fidei nostræ mysterium tunc futurum, vel iam adhuc non andierunt factum, non possunt per legem naturæ iustificari, vtiꝙ tamen ex mundi fabrica cognoscentes deum, qui fecit cælum & terram, possunt peruenire ad salutarem quandam fidem, facientes quantum in se est, hoc est bene vtentes lege naturæ, & colentes deum, cuius inuisibilia iuxta apostolum Paulum, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Ex quibus consequens videtur eos, quibus non est euangelium prędicatum habere auxilium sufficiens, quo si legitime vterentur sese aptos facerent ad accipiendum salutis auxilium a domino. Nam si quantū in se est facerent, illustrarētur diuinitus. Quemadmodum dici solet, Omni homini facienti quantum in se est, seu bene vtenti naturæ suæ donis, sufficienter adest deus instruens illum, vel per hominem, vel per angelum, vel per semetipsum super his, quæ sunt illi ad salutem necessaria. Quemadmodum accidisse putatur in Cornelio Cēturione, vt patet in Act. Apos. qui anteꝙ in Christum crederet, eleemosynis, & orationibus impetrauit, vt ad illum instruēdum mitteretur Simon Petrus. Deinde & hoc videtur significasse Apostolus in eodem capite. 10. dicens, Verbum prope est in tuo ore, & in corde tuo, hoc est verbum fidei, ac si dicat, non est opus vt a longe ad nos adferatur, quibus sententijs plane videtur significasse Apostolus Pau. auxilium, quo sufficiētes sumus,

vt va

vt valeamus credere, omnium cordibus adesse, licet non oēs credāt, quippe qui intus ad cor non redeunt, vt audiant deū intus, per lumen rationis internę loquentem, vel si illum intus audiant loquentem, obedire nolunt. Neq; hęc dicentes videmur detrahere gratiæ Christi miserentis. Quamuis enim iniuriam facit diuinæ gratiæ quisquis dixerit hominem ex solis ingenitis legis naturæ stimulis per vim liberi arbitrij posse iuste & recte viuere, absq; peccato esse, & placere deo. Hæc nempe est impia olimq; damnata hæresis Pelagiana, Non tamē derogare videtur eidem gratię, si quis dixerit quemq; ex solis ingenitis legis naturæ stimulis sese præparare, & sese aptum facere, ad quem adiuuādum veniat deus, non quod adiuuari mereatur, sed quod sese tam docilem atq; tractabilem exhibeat, vt deceat deum & dignum sit diuinæ bonitati adiuuare illum, præsertim qui per lumen rationis internę ad vnum deum ex mundi fabrica cognitum suspirat, eumq; vt parentem diligit, & colit, & iniurias, quas sibi fieri nollet, alteri non facit, qui etiā si passione vlla, vel occasione victus transgrediatur naturalis legis præcepta, ingemiscit ad deum naturalis legis autorem. Sed in his omnibus similibusq; argumentis oportet nos esse prouidos atq; circumspectos, ne fallamur, cōsentientes heresi Pelagianorum, qui errauerunt non solum in eo, quod dixerunt homines per naturam siue gratiā posse esse sine peccato, aut iustificari. Sed in eo quod dixerunt homines absq; gratuito dei auxilio per eandem naturam seu legē Moysi, posse sufficienter sese pręparare ad gratiam, Hoc enim falsum esse patet ex verbo Christi dicentis, Nemo potest venire ad me, nisi pater meus cœlestis traxerit illum. Vnde sequitur post lapsū Adę relicto sibi in solis talentis naturę facientem quantum in se est, non peculiariter intus tractū a patre cœlesti habere in potestate, vt veniat ad Christum, atq; ita illum non sufficienter sese ad gratiam præparare, & idcirco talis gratiam iustificantem non accipiet, nisi superueniat specialis tractus dei intus suggerentis animę, vt ipsa dissentiens a peccatis, consentiat deo tanq̄ autori gratiæ gratis iustificantis. Proinde nemo faciens quantum in se est sine tractu dei inspirantis initia quędam gratuitæ fidei aut charitatis sufficiēter ad gratiā sese pręparat.

misericordiã. Et hic iã est prim⁹ rationalis animæ tractus, qui est ponend⁹ nõ tanꝗ generalis dei flux⁹, omnibus semper hominibus secundum conditionem humanæ naturæ, iam post lapsum Adæ debitus, quemadmodum raciocinari, aut benefactores diligere, quod & iuxta saluatoris doctrinam ethnici faciunt, sed est peculiaris & gratuitus tractus ante quem rationalis animus neq; orare potest, vt trahatur, neq; desiderare gratiam, qua iustus efficiatur. Hunc tractum etiam si deus ad saluandum hominem non daret, non iniuste ageret erga hominem miserum iam damnationi mortis obnoxium, & omni salutis auxilio indignum.

Tertio modo facere ꝗtũ in se est, est facere ꝗtũ natura adiuta fide desuper data potest facere pro remissiõe peccati aut ꝑ pseuerantia grẽ impetrãda, & sic deus facięti ꝗtũ in se est dat gratiam. Verum sic facere quantum in se est, non potest quisquam absque auxilio habitualis gratiæ. Pro gratia etenim desuper impetranda nemo facit quicquam nisi ex agnitione, fiducia, & desiderio gratię. Agnoscere autem & desiderare gratiam non est absque dono habitualis fidei gratuitę. Et his duobus posterioribus modis intellexerunt sacræ theologię interpretes, docẽtes deũ illustrare & gratiam facere his, qui faciunt quantum in se est, intelligẽtes eos facere ꝗtũ in se est, qui vel ad impetrandã gratiã, vel ad perseuerandũ in grã, faciunt quantum possunt, ex his quę in se pręsto habent vtcumque sentientes iam dei tractum. Hanc sententiam docent scripturę. Quacumque hora conuersus ingemueris, saluus eris. Quicumque inuocauerit nomen domini, saluus erit. Prope est dominus omnibus inuocantibus, his qui inuocant eum in toto corde suo, Si quęsiueris dominum, inuenies eum, si tamen toto corde, & tota tribulatiõe aię tuę quęsiueris eũ. Oĩa aũt hæc ex toto inꝗ corde quęrere, ingemiscere ꝑpter cõmissa peccata, desiderare grãm illi⁹, pulsare, iuocare nomẽ dñi, & id genus alia fieri nequeũt sine fide & fiducia quadã obtinendæ misericordiæ a deo, tanꝗ ab eo qui sua misericordia iustificat impium. Proinde si nos pœnitentes veteris vitæ ex fide in Iesum faciamus ꝗtũ possumus, ꝑ venia peccatorũ obtinẽda, cõsequẽs ẽ deũ nobis remittere peccata. Verũ cõdonationẽ hãc seu peccatoꝝ remissionẽ, sicuti supra declarauimus, facit

& ante hunc attrahendi modum orare non potest anima, vt trahatur. Alius est trahendi mod⁹, secundum quem exci tat dormientem fidem iam olim inspiratam. Quamuis au- tem ante fidem nō valeamus neq orare, quemadmodum o- portet, neq in nobis fidei lumen, aut charitatis ignem im- mittere, vtiq tamen possumus diuinitus ad fidem & pœni tētiam tracti atq adiuti ostium cordis nostri aperire & nō reluctari deo intus pulsanti, suggerenti. Nos autem docili atq tractabili corde auscultantes ad deum intus excitantē, & loquentem, accipimus ab illo fidei & chariatis spiritū, etiam interdum in ipso momento, quo primum vocamur, quamuis crebrius antecedant motus quidam imperfecti & insufficientes ad accipiendam hanc iustificantem gratiam. Ex his insuper intelligere possimus quod fide, qua iustifica mur, semper est natura prior gratuitus quidam tractus dei intus pulsantis & attrahentis, p quem tractum homo potest aliquid facere, quo facto deus illustrabit eum. In qua sane il lustratione homo ipse quod facit, non ex se solo facit, sed adiu tus & tractus a deo, qui facit eum hoc facere non inclinatio nis necessitate, sed libera voluntate. Et ita deus dicitur ape- rire cor nostrum & labia nostra, quæ tamen, vt legimus in scripturis sacris, nosipsi aperim⁹, quia ipse facit, vt hæc nos ei voluntarie aperiamus. Ipse facit vt velimus atq ita veli- mus, vt deinceps eidem cooperemur volentes. Quemadmo dum languens seu claudus, quamuis nequeat neq illumina re domum neq immitere lumen oculis suis, vtiq tamen po te innixus baculo vel alcuius auxilio adiutus, erigere se & aperire fenestras, quo facto illuminabit domus, vt iā videat oculis suis lumen solis.

¶ *Tertium huius tractatus capitulum, in quo ponuntur pro resolutione quæstionis sententiæ septem.*

HIS præmissis pono aliquot conclusiones pro respōsio ne ad propositam quęstionem. Prima. Quē- admodum ex scripturis, quib⁹ liberum hominis arbi trium admonetur & iubetur quærere, petere, pulsare, cor su um aperire, & conuertere ad dominum deum suum, non se- quitur hominem per se hoc posse facere ex solis ingenitis liberi arbitrij viribus. Ita & ex eisdem scripturis, quę sic ge neraliter omnibus legenda pręponuntur, non consequitur

omni

omni homini sufficiens auxilium adesse, quo valeat quęrere gratiā, petere, pulsare, & cor suū ad accipiendā grām aperire. Prior pars huius propositionis patet in reprobatione hęresis Pelagianæ, non enī sumus sufficientes ex nobis quærere aut desiderare gratiam. Siquidem petere, quærere, & orare, quemadmodum oportet, præsupponit, & agnitionē gratię, & fiduciā quandam inueniendi, ac obtinēdi. Vñ agnoscere & desiderare veram grām, principiū est grǣ.

Altera pars, Nam quis hi qui ex misericordia pręuenientis dei, intus pulsantis excitanť, habeāt iā auxiliū paratū, quo valeant ad deum intus docentē attendere. Cęteri tñ nō sic excitati, velut sunt, quibus grā dei a seruitute peccati liberantis, nondum est reuelata, tale auxilium nōdum habēt, & idcirco nec peccant in eo quod non faciunt, quod nisi sint vocati & excitati facere nequeunt, dicente Saluatore, Si nō venissem & non locutus essem, peccatum non haberent, qđ intelligitur nō quod nullum peccatum haberent, sed ꝙ non haberent peccatum infidelitatis, qua aut contemnitur, aut negligitur Christus. Vnde in scripturis sacris quædam sunt præcepta ita generaliter omnibus proposita, vt sine illorum adimpletione, nemo qui iam vsum habet liberi arbitrij, saluus fieri possit, quæ tamen non ita ligant omnes, vt mox efficiantur rei, qui hæc implere non student, quomodo enim facerent, quod faciendum nondum in mentem venit? & quod faciendum esse nisi audiant ab aliquo vel intus, vel extra monente, scire non possunt. Opus dei, sine quo salus esse non potest, est credere in Iesum. Neq; enim est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos fieri saluos. Cætera vero opera & mandata, quæ naturæ lex docet, veluti sunt honorare parentes, diligere benefactores, non furari, non adulterari, non falsum testimonium dicere, & id genus alia, non possunt esse prorsus nec incognita, nec abscondita ab vllo qui iam vsum habeat rationis. Proinde homo gentilis, quis reus efficiatur, si legem naturæ transgreditur, non tñ idcirco culpabilis efficitur, ꝙ non velit baptizari, aut in dñm Iesum credere, si nondū habuit, a quo Christum disceret. Quomodo credent, nisi audiant? quomō audiēt, inquit Apost. sine prędicāte? Tales si g sint vsq; in finē vitę a deo derelicti, intrare regnū dei nō possūt,

non habentes diuinę grę auxiliū, q̃ tollantur ab eis impedimenta salutis, scilicet originale peccatū, & alia, quę addiderunt proprijs volūtatibus, peccantes in legē naturę, a qbus non per vim naturæ, sed per solam dei gratiam liberantur.

Secunda conclusio. Deus secundum altitudinē sui consilij, & inscrutabilis iudicij nobis occulti, non super oēs homines voluit suorum donorum, & auxiliorum mensuras esse æquales, plærumq; dat indignis auxilia exuberantia, quæ tamen denegat alijs, æque vel minus indignis. Populo Iudæorum dedit signa, & virtutes, ex quibus non erant credituri. Tyro autem & Sidoni non dedit, q ex illis fuissent vitā cōmutaturi in melius, quorundā mentibus nō expectata profectuum mora totum simul largitur. Quemadmodum Ioannes inter matris viscera, spiritu sancto repletus exultat, Hieremias in vtero sanctificatur. Verū multo crebrior, multoq; numerosior pars illa hoim est, cui particulatim accrescit, quicquid superna largitas donat; vt conferēdorum munerum causæ, de his quæ collata sunt parentur. Fidei & conuersionis primordia, dantur non petita, vt ex ipsorum petitiōibus cetera impetremus nondū accepta, vbi & nostra culpatur desidia, si ex talento accepto negligēter agamus secundū doctrinā saluatoris, oībus præcipiētis, Negotiamini donec venio, & ex oībus increpantibus vnū, qui otiū sequutus erat. Serue male & piger, nōne oportuit te pecuniā tuā cōmittere nūmularijs. Proinde & monet Apost. Hortamur vos fratres, ne in vacuū grām dei recipiatis. Ex his & similibus scripturis patet impiā esse hæreticorū doctrinā, docentiū oīa ex absoluta necessitate euenire, pręsciētiamq; ac prędestinationē diuinā immutabilē, ita determinare humanas voluntates ad opa pręscita seu prædestinata, vt ipsæ humanę volūtates sint prorsus immutabiles. Hoc aūt esse falsum, patet, Nā ex doctrina Christi iam est manifestū hoēm diuino dono suffultū posse ex talento accepto operari, & non operari, atq; ideo reum fieri apud deum, quia abscondit pecuniam domini sui, in qua potuit negotiari, & non est negotiatus. Sicut & deus ipse multa potest facere, quę pręscit se nō facturum, quemadmodum docet Christus in euangelio, dicens, An non possum rogare patrem meum, & mittet mihi plusq; duodecim legiones angelorum.

catori etiam ei, quem pręscit non reuersurum, tempus pœni tentiæ, Iob. 24. Deus dedit locum pœnitentiæ, sed ille abutitur eo in superbia. Longioris temporalis vitæ spatia conuerso, inquit Gregorius, fiunt in adiutoriū munerum, non conuerso ad augmentum damnationis. Qui diutius toleratur, nec tamen ab iniquitate compescitur, munus quidem diuinæ patientiæ percipit, sed reatus sui vinculis ex ipso se munere arctius astringit, dicente Paulo, An ignoras, quia patientia te ad pœnitentiam adducit, tu autem secundum duritiā tuā & impœnitens cor tuum, thesaurizas tibi iram in die iræ? De populo Iudęorum sub nomine vineæ, inquit Esaias, expectaui vt faceret vuas, & fecit labruscas, & alibi, Propterea vos expectat deus, vt misereatur vestri. Item sapientiæ. 12. per totum capitulum, spiritus sanctus docet deum paulatim corripere, & monere peccantes, dareq; temp⁹ & locum pœnitentiæ, vt relicta malicia credant deum verum, & dissimulate peccata hominum propter pœnitentiam. Expectat quidem Deus, non sicut Pelagiani crediderunt, vt homo gratiam dei præueniens ex naturæ talentis sese faciat aut iustum, aut dignum, cui deus gratiam largiatur. Expectat insuper, non quod impotens sit subito conuertere, mutando volūtates impiorum, sed quod paulatim eis correptis flagellum miseriaq; peccati sentiatur, quaten⁹ concussi timore sua sponte relinquant nequitiam, agnoscētes animarum suarum spirituales morbos, sua sponte quærant medicum, implorentq; cœlestis medicinæ auxilium.

Posterior pars ex eisdē scripturis manifesta est, Certam videlicet apud deum esse quantitatem peccatorum, quā si excesserit homo gratuitis spoliatur auxilijs. Quemadmodum deus ad populum sibi rebellem ait, Super quo percutiā vos vltra addentes præuaricationem preuaricationi? Vnde & a vinea studiose exculta diuq; expectata subtraxit gratię suæ auxilia. Iudicate inter me & vineam meam. Quid est vltra quod debui facere vineę meę, & non feci? An quod expectaui vt faceret vuas, & fecit labruscas? Ecce liberum ostendit nos habere arbitrium seu iudicium, Iudicate, inquit inter me & vineam meam. Deinde ostendit se multa patiētia tolerasse vitam eorum malam ad conuersionem eorum. Expectaui vt faceret vuas, expectaui inquam, nō quod ipsa

ex se, sed meis suffulta auxilijs ex me semper adiuuare pa- rato faceret vuas, id est fructus bonos. Et nunc ego osten dam vobis quid faciam vineæ meæ. Auferam sepem eius, & erit in direptionem, diruam maceriam eius, & erit in cō culcationem & ponam illam desertam, non putabitur, & non fodietur. Et nubibus mandabo, ne pluant imbrem su- per illam, & ascendēt super eam vepres. Huiuscemodi scri pturis manifestum est homines antecedentibus peccatis fa cere se dignos, quibus auferantur diuinæ miserationis & protectionis auxilia, secundum doctrinam saluatoris, post acceptam semel peccatorum remissionem si denuo in pec- catum vadat homo, dans locum diabolo, continuo spiri- tus ille immundus redit, & ne iterum posset expelli, sumit septem spiritus nequiores, & habitat ibi, vt fiant nouissima illius peiora prioribus. Vnde & ad quendam ait, Vade, & amplius noli peccare, ne deterius quid tibi contingat.

Quarta conclusio. Ex scripturis sacris manife- stum est, non omni in hac vita sufficiens adesse auxilium, quo valeat saluus fieri, aut resipiscere, aut resurgere a pecca- tis. Patet in paruulis qui moriuntur in vtero matris. Insu- per patet in adultis impijs, iam dormientibus, aut in furiā, aut insaniam redactis. Sicut damnatis spiritibus nulla est facultas pœnitendi, & reuertendi ad dominum, quia nec spes, nec fiducia ibi esse potest. Itaq; huiuscemodi peccatori bus adempta est omnis facultas reuertendi, si tales absq; ra tionis vsu vsq; in finem manserint, quod cum nobis consta re non potest, desperare de illis non possumus, sed debemus pro ipsis, quamdiu hic viuunt, orare.

Quinta conclusio. Non potest iusta contra deū esse querimonia, si peccator propter vitæ suæ perditę meri- ta, non habeat a deo auxilium ad resurgendum sufficiens, relictus prorsus aut absq; cognitione sui, suæq; salutis im- memor, aut absq; spe venię & misericordiæ. Patet. Nam qui post susceptum baptismum mortaliter peccat, meretur, vt gratia dei, quam semel acceptam deserit, semper indi- geat, quanto magis, si sępius admonitus, & desuper ad con- punctionem tractus, redire contempserit. Si non est culpandus iniustitię deus, dum paruulum in vtero ma- tris moriturum derelinquit cum originali peccato ire in

damnationem mortis, non communicato illi vllo auxilio, quo possit liberari, quanto magis nõ est censendus deus iniustus, si sic absque auxilio gratuito derelinquat peccatorem, qui originali peccato grauiora superaddit propria voluntate. Tali argumento vsus est Augustinus contra Pelagianos in libro contra Iulianum. Ne desperes, sequentem audiamus propositionem.

Conclusio sexta. Quamuis non teneamur credere cuilibet homini in hac vita adesse sufficiens auxilium quo valeat aut resipiscere, aut acquirere regnum cœlorum, tenemur tamen nec de nobis, nec de quouis altero in hac vita vnquam desperare, & idcirco non possumus ab vllo homine, quantumuis impio, prorsus & omnibus modis, subtrahere beneficia charitatis, orationis videlicet, correptiõis admonitionis, & salutaris doctrinæ suffragia.

Prior pars manifesta est ex propositione quinta, etiam in adultis per demonstrationẽ Augustini, sumptam ex paruulis absque culpa parentum in vtero morituris. Si deus his, qui non peccauerunt proprijs voluntatibus, iusto suo iudicio non prçstat auxilium vllum, quo possint ad regenerationis lauachrum pertingere, non est arguendus iniustitiæ, si iam adultis, qui originali peccato propria peccata addiderunt, non præstat facultatem, quo valeant resurgere. Et pro huiuscemodi sententia, videntur testimonia scripturç & sanctorum patrum. Vnde Augustinus in libro de natura & gratia capitulo quarto. Iuste, inquit, damnantur etiam hi, qui audire Christi fidem non potuerunt, non habentes a quo discerent. Et ibidem capitulo octauo. Recte non admittitur in regnum cœlorum non regeneratus, etiam quamuis Christianus non solum non fuerit, sed nec esse potuerit. Ibidem tractans illud Saluatoris, Si non venissem, & loquutus eis fuissem. Hi, qui non credunt, inquit, in Christum, possunt habere excusationem, ne imputetur ipsis infidelitatis peccatum, si non habeant a quo discant, sed non quod eo possint effugere damnationem. Sic non habere fidem, non habere charitatem, non habere spem, non quærere gratiam, non deputatur animç in reatum, si nondum, vt hçc possit, accepit.

Is tamen qui propter originale seu actuale peccatum non habet fidem & charitatem, dignus est morte sempiterna. Vnde Augu. in lib. de gratia & libero arbitrio, capitulo. 3. Ignorantia etiam non voluntaria, neminem sic excusat, vt sempiterno igne non ardeat, si propterea nō credit, quia nō audiuit omnino quod crederet, sed excusat fortassis, vt mitius ardeat. Non enim sine causa dictum est, Effunde iram tuam in gentes, qui non nouerunt te. Quod si forsitan arbitreris Augustinum ignorantiam intellexisse vincibilem, obuiat ipse tibi Augustinus in epistola ad Sixtum. Inexcusabilis est, inquit, omnis peccator, vel reatu originis, vel additamento etiam propriæ voluntatis, siue qui nouit, siue qui ignorat, siue qui iudicat, siue qui non iudicat. Quia & ipsa ignorantia in eis qui intelligere noluerunt sine dubitatiōe peccatum est, in eis autem qui intelligere non potuerūt, pœna peccati est. Ergo in vtrisq; iusta est damnatio, non iusta excusatio. Ecce non parcit illis deus, qui salutis viam intelligere non potuerunt. Ignorantia igitur quæ solet vocari inuincibilis, quāuis excuset, ne factum ex huiuscemodi ignorantia imputetur in peccatum, non sic tamen excusat, vt sempiterno igne non ardeat. Is qui non fuerit Christi sanguine regeneratus, etiam quāuis credere in Christum, aut regenerari non potuit. Sic dicit August. lib. 3. de libero arbitrio, de primo homine. Non habere sapientiam & iusticiam, non reputabatur illi in reatum, si nondum vt hæc posset accepit, sed quia habebat aliquid, quo si vti bene vellet, ad id qđ nōdum accepit ascenderet. Idcirco poterat dignus fieri qui dānaretur, quia ad accipiendam iusticiam vel sapientiam, non sese accommodabat. Non enim quod naturaliter nescit, & qđ naturaliter nō potest, hoc animæ deputatur in reatū, sed quod scire non studuit, & quod dignam operam ad habendam facultatem recte operandi non dedit. Vnde & in expositione epistolæ ad Romanos. Pharaoni indurato, hoc non imputatur in peccatū, quod tūc non obtemperauerit, qnquidem indurato corde obtēperare non poterat. Sed hoc illi imputatur, quod priore infidelitate dignum se præbuit, cui cor obduraretur. Secunda pars est manifesta ex scripturis, quibus deus vult, vt ad salutem diligamus omnes homines sicut nosmetipsos, beneficia orationū, salutarisq; doctrinæ, singu-

singulis secundum opportunitates locorum & temporum studeamus impendere, Nescientes enim, inquit Augustinus, quis pertineat ad prædestinatorum numerum, & quis non pertineat sic affici debemus charitatis affectu, vt omnes velimus saluos fieri. Quamuis enim apud diuinam præscientiam non omnis malus in hac vita ideo viuit, vt corripiatur, sed plærumq; ideo viuit, vt per illum bonus exerceatur. A nobis tamen vtrum vsq; in finem sit perseueraturus in malo ignoratur. De diabolo & angelis eius habemus determinatam scripturarum sententiam, quod ipsorum tantum est desperãda correctio. De nullo autem homine, siue intus, siue extra ecclesiam dei sit constitutus, est desperandum. Nec sequitur, non est desperandum de salute cuiuspiam, quamdiu hic viuit, ergo quam diu hic viuit, sufficiens habet auxilium, quo valeat resurgere, si labatur in furiam impius vsq; in finem vitæ, non habet vllum suæ salutis auxilium. Nos tamen, quia nescimus si talis sit vsq; in finem sic mansurus, de eius salute desperare non possumus, sed debemus orationibus & supplicationibus apud deum pro illo intercedere, vt ad sanam mentem, & inde ad pœnitentiam dignetur illum reuocare. Nec enim scimus, si deus orationibus placatus, etiam proposuerit illius misereri. Et idcirco debet orare, quia ex qua parte sit nescit, an videlicet ex parte prędestinatorum, an ex parte reproborum. Nõ hoc dicimus, tanquam diuina prædestinatio aut reprobatio faciat immutabilem hominis voluntatem, aut vllam in illa violentiam, seu necessitatem, vel excludat auxilium sufficiens, quo valeat sese ad accipiendum fidei spiritum accommodare, sed quod voluntati diuini beneplaciti cognitę non debeat resistere. Ex hac secunda sequitur & manifesta est tertia pars, dicens charitatis beneficia non esse subtrahenda ab vllo homine q̃diu hic vixerit. Sic monet Augustinus orare pro quodam ab hæreticis subuerso, addens de nullo desperandũ esse dum viuit, q̃diu enim hic viuitur, crastinus dies ignoratur. Deus si te adiuuare nollet, de medio tolleret, tanq̃ dicat, talem in deum erga te fiduciam habere debes, vt nunq̃ desperes, quin arbitreris potius q̃ te peccãtem de medio tolleret, nisi te ad pœnitentiam expectaret.

Conclusio septima. Deus q̃uis non faciat neq; vllum

lum suæ iustitiæ præiudicium, neq; vllā suæ misericordię iniuriam, si non omnibus sub vsu liberi arbitrij viuentib⁹, dispenset auxilium sufficiens, quo valeāt ad salutem peruenire, nos tamen neq; scripturis sacris, neq; testimonijs sanctorum aduersamur, si bonitatem, clementiam, & misericordiam dei super vniuersos peccatores commendantes non superba animositate, sed pia quadam fiducia doceamus omni homini peccatori sub vsu liberi arbitrij vitam agenti, coelitus dispensari, & si non semper, tamen pro loco & tempore sufficiens excitationis internę auxiliū, quo valeat credere deum, & inquirentium se, esse remuneratorem, & non contemnere Iesum salutis autorem sibi reuelatum, & ex fide hac orare, inuocare, eleemosynas dare, & impetrare. Hæc propositio ex supra dictis est manifesta, & probatur manifestissimis scripturis, Sapientiæ duodecimo.

Prior pars qua dicitur, Deum non facere præiudicium suæ misericordiæ, si non largiatur peccatori auxilium, quo valeat ad iusticiā peruenire, patet ex eo, quod dicitur. Quis stabit contra iudicium tuum, quis tibi imputabit, si perierint omnes nationes quas fecisti? Posterior pars per id quod ibidem docet etiam Aegyptijs non defuisse tempus, & locum poenitentiæ. Si enim inimicos, inquit, seruorum tuorum morti debitos cruciasti & liberasti, dans tempus et locum per quæ possent mutari a malicia, cum quanta diligentia iudicas filios tuos, quorum parentibus dedisti iuramenta, & pacta bonarum promissionum. Hanc sententiam insuper in proprijs ferme terminis docet Augustinus in libro de prędestinatione sanctorum cap. 13. & .14. Noli, inquit, culpam tuæ indurationis iniusticiæ dei ascribere, quia omnes viæ domini misericordia & veritas, vt nec hi, qui misericordiam fuerint assequuti de meritis suis aliquid glorientur. Nec hi qui indurati atq; damnati sunt, excusationem culpæ se posse habere credant, ex hoc quod nullam, qua conuerterentur, misericordiam sunt consequuti. Hanc ergo misericordiam Pharao nō accepit, & ideo ei ad pereundum liberum sufficiebat arbitrium, quem quidem omnia illa iniuste esse perpessum, nullus ita ignarus diuinarum scripturarum erit, qui audeat dicere. An forte si pie de deo, sicut expedit, sentiamus, etiam Pharaoni datam miseri-

cordiam reperimus. Patientia enim dei valere illi debuit ad salutem, nunquid non potuit sicut flagellis cedens expulit populum, ita miraculis cedens deum tantæ virtutis agnoscere. Nabuchodonosor post innumeras impietates pœnituit, & regnum quod perdiderat rursus accepit, Pharao autem in ipsis flagellis est durior effectus, & perijt. Quantum ad naturam, ambo erāt homines, quantum ad dignitatem, ambo erant reges, quantum ad causam, ambo captiuum dei populum possidentes, quantum ad pœnam, ambo flagellis clementer admoniti. Quid ergo fines eorum fecit esse diuersos, nisi quod vnus manum dei sentiens recordatione propriæ iniquitatis ingemuit, alter contra dei misericordiam libero pugnauit arbitrio.

Hic quicunque responderit, illi vt iuuaretur adfuisse diuinum, huic ne induraretur defuisse præsidium, & hoc contendit iniustum, intelligat omnia illa, vel adiuuante deo perfici, vel deserente permitti, tamen nolente illo prorsus nihil admitti. Hactenus Augustini doctrina, ex qua discimus ita pie de deo sentiendum esse, vt opinemur etiam Pharaoni & Aegyptijs datam esse misericordiam, qua possent resipiscere, quam & scriptura approbat, significans illis data esse tempus & locum, per quæ potuissent mutari a malicia. Quod si quis contenderit flagellum foris appositum insufficientem esse viam ad salutem, si nulla sit mens intrinsecus pulsatione vocata, & hāc illis defuisse, sciat Pharaonem, cęterosque Aegyptios fuisse multiplici morte reos, & ita intelligat, iudicium dei in illos non potuisse esse iniustum, etiam si tandem propter sua mala merita indurati, non habuissent auxilium pro sua salute sufficiens.

Patet insuper, quod si pie sicut expedit sentire velimus de Deo, cuius misericordia plena est terra, non erit euangelicæ doctrinę contrarium, si credamus impias gentes nondum Christo annulo fidei desponsatas, præter naturales synteresis instinctus, quibus naturaliter oderunt furtum, mendacium, adulterium, homicidium, etiam habere quasdā diuinarū excitationū vicissitudines, sed nō tales, quales sunt īter sponsū & spōsam, dilectū et dilectā, de qb⁹ in Cant. legit, nūc spōsus ptransire, nūc ad tps declinare. Vñ nullis vnq̄ sęculis, nullis gñationibus defuit dei miserentis cura

genera:

generalis, qua se docuit dominum cœli & terræ colendum, quemadmodum & in actis Apostolorum legimus, Deus quis præteritis temporibus dimiserit omnes gētes ingredi vias suas, tamen non sine testimonio sui reliquit illos. Sed hoc testimonium naturæ ad salutem sine gratia non sufficit, nisi mens fuerit adiuta vocatione interna ad accipiendū spiritum fidei. Quemadmodū in populo Israhelitico nemo sine vocatione interna ad spiritum fidei peruenit, Ita de quibuscūq; nationibꝰ quibuslibet temporibus nemo vnquam ad salutaris fidei initia potuit ascendere, nisi qui fuerit spiritu gratiæ discretus, qui tamē spiritus, & si parcior & occultior in gentibus fuerit, pie tamen credimus, quod nō illis prorsus se negauit, Et licet beneficia dei obduratis hominibus nihil remedij, nihilq; emendationis adferant, probant tamen auersionem eorum hominum obduratorum nō diuinæ fuisse constitutionis, sed proprię voluntatis. Arbitramur itaq; non aduersari Christianæ fidei, si quis non cōtumaciter, sed ex pietate sustineat omni homini iam adulto per vires liberi arbitrij vitam agenti secundum vicissitudines temporum diuinitus communicari auxilia quædam specialia, vt excitationes, suasiones, inspirationes, & instinctus, quibus valeat ad quęrendam gratiā dei promoueri in viam salutis. Et ita vera est sententia Augustini, ad Vitalem Carthaginensem inter duodecim sententias de gratia dei ad rectam fidem pertinentes sic loquētis. Scimus gratiam dei non omnibus dari, & quibus datur non solum secundum operūm merita non dari, sed nec secundum merita voluntatis eorū, quibus daᷓ, quod maxīe apparet in paruulis. Verum tñ, vt ostendamus etiam paruulis non deesse suffragia diuinæ prouidentiæ specialia, Sciendum est, quod paruuli, quibus non est impensum tempus, quo per voluntariam fidem possunt esse diuinę cognitiōis participes, censentur ad eorum pertinere consortium atq; naturam, quorum gubernātur arbitrio. Proinde auxilia quę deus impendit hominibus, quorum arbitrio paruuli gubernātur, intelliguntur etiam esse paruulorum gratuita quædam beneficia, quibus si bene vterentur eorum parentes aut gubernatores, ipsi paruuli per eadem auxilia iuuarentur. Quemadmodum enim paruuli prolapsi sunt in seruitutē

pecca

peccati per alienę volũtatis arbitrium, ita & ipsis subuenitur per alienæ voluntatis obsequium. Et sicut ex aliena con fessione credunt, & regenerantur, ita ex aliena infidelitate, & dissimulatione nec credũt nec regenerantur. Proinde sicut ex aliena fide & voluntate vadunt in salutem, & regenerationis sacramentum, Ita ex aliena infidelitate, negligẽ tia, aut incuria finit illos deus in damnationem ire propter originale peccatum. Vnde & sepenumero deus paruulos inter fideles natos & Christianos ob parentum negligentiam finit absq; regenerationis lauacro, ex hac vita commi grare, vt doceat nec contra periculum debere humanam ces sare industriam, Nec in cordibus parentum super baptizã dis pueris vllam debere oriri desidiam. Quod si dixeris nonnullos esse paruulos, qui absq; vlla parentum negligentia & culpa moriuntur in vtero, nõ assequuti vllũ regenerationis lauacrum, Intelligas etiam huiuscemodi paruulos in primo parẽte Adam habuisse sufficiens suæ sa lutis auxilium, quo ipse Adam non bene vsus non modo p didit oĩbus suis posteris vitã æternam, sed & reatum in eos propagauit mortis sempiternæ. In paruulis igitur quamuis sola gratia operatur salutem sine illorum arbitrio, non saluantur tamen sine humani arbitrij libero ministerio. Et hoc quoq; paruulorum est gratia quod datur voluntas alijs, qui illis sua fide subueniant. Nec hæc dicentes defendimus aliqua parentum esse merita, nec bona, nec mala, quibus me reantur paruuli aut ad baptismi gratiam peruenire aut sine baptismo discedere, Nam aliquando piorum parentum filijs negatur hoc bonũ, quod filijs tribuitur impiorum. Nõ nunq; de sancto coniuge proles orta pręuenitur morte ante q; lauachro abluatur regenerationis. Infans autem natus ex fornicario patre & meretrice matre baptizatur in Chri sto. Hic certe merita parentum vacant, nec est nobis cognitum, vnde alter alteri præferatur, nisi voluntas dei sua grã vni⁹ misereri volentis, alterũ iusto suo iudicio in originali peccato deserentis. Fit quidem pro paruulo humanę volun tatis obsequium, sed non est in paruulo vllum humanæ voluntatis meritum. Tam is qui baptizat, quam is qui infan tem ad sacri baptismatis fontem portat, suum exhibet mini sterium, & vterque ex pietate operando recipere meretur

vitæ æternæ premium, quemadmodum & vterq; meretur supplicium, si aut negligentia, aut desidia sineret paruulum decedere, non impenso illi regenerationis beneficio. In vtroq; tamen casu neuter vlla facit merita, quibus mereatur paruulus baptizari, aut sine baptismo mori, quamuis et admittamus parentum precibus posse impetrari, vt deus dignetur paruulũ custodire in vita, donec accipiat sacrum baptisma. Omnia enim hęc tam parẽtum videlicet, quam aliorũ puta baptizantium studia, voluntates, orationes, & sollicitudines pro sacramento infanti ministrãdo impensa, sunt specialia quędã auxilia diuinitꝰ ꝓ salute paruuli prędestinata.

¶ *Quartum huius tractatus capitulum, in quo ponũtur argumentorum solutiones.*

HIS visis respondendum ad argumenta pro vtraq; parte tituli quęstiõis in prĩcipio adducta. Et primũ quia pro vtraq; parte argumenta sunt quinq;, quorum singula pro parte vna procedunt via, contraria singulis argumentis pro alia parte factis, propter scripturas assumptas, quæ inter se pugnare videntur. Primum operę pretium est considerare scripturas inter se non pugnare. Pro solutione ergo vtriusq; argumenti primi assumẽtis de desertione, derelictione, & dimissione, scripturas, quæ inter se pugnare videntur, quibusdam dicentibus, deum dimittere, deserere, & derelinquere populum impium. Alijs autem significantibus deum, neq; deserere, neq; dimittere, neq; derelinquere vnquam, Considerandum est scripturas has non discordare, quia deus nunc ad vnum genus hominum loquitur, nunc ad aliud, aut non semper loquitur secundum eandem populi partem. Sic apostolus Paulus ad Romanos vndecimo docet deũ nõ repellere populũ suum ꝓpterea, quod non totaliter repellit, Non repulit, inquit, plebem suam, quã pręsciuit, tanq; tacite declarans scripturis veteris legis, quibus loquitur deus ad Israheliticum populum, Ego non te deseram, neq; derelinquam, ego nõ obliuiscar tui, intelligendas esse de vasis electis in populo israhel. Scripturas autẽ quibus significatur deus derelinquere & deserere domũ Israhel intelligendas esse de reproba Iudęorum synagoga, ad

quam

quã, inquit Christus, quoties volui cõgregare te & noluisti, Ecce relinquet̃ vobis domus vestra deserta. Subtrahit ergo deus suę misericordiæ dona ab his, qui merentur hæc pati, Iustos autem non derelinquit, nisi desertus ab illis fuerit. Verum & hoc paucis addiderim, aliud esse derelinquere & deserere homiem, aliud permittere seu dimittere eum in manu consilij sui, Nam qui deserit & derelinquit, iratus discedit ab illo, cui pręsens erat. Idcirco deserere præsupponit gratię pridem præsentis subtractionem. Permittimus aũt ire etiã eũ, cui nihil subtrahim⁹. Vñ & primos parẽtes nños de⁹ dimisit in manu cõsilij sui. Itaq; de alia dimissiõe intelligit̃ qđ dicit̃ in psal. Nõ audiuit populus vocẽ meã, & dimisi eos secundũ desideria cordis eorũ. De alia vero, cũ dicit, pręteritis sęculis dimisit oẽs gentes ingredi vias suas, nã illos dimisit iratus, subtrahẽs eis suæ misericordiæ auxilia. Istos autem dimisit ingredi, idest, permisit semper, quis & ex illis multos tradiderit in reprobum sensum, & in passiones ignominiæ propter antecedentia peccata. Nam ex scripturis sacris, est manifestum quædam esse peccata, in quæ cadant homines, non quia deus iratus deserit illos, discedens ab illis, sed quia ipsi libero suo arbitrio deum deserunt, vt patet in Adam & Eua, primo peccãtibus, & in hominibus iustis primum a gratia lapsis. Quædam vero esse peccata, in quæ cadant homines deserti a deo ipsis irato. Sed de his in alijs latius. Ad primum igitur argumentum, quo ex dimissione, desertione, derelictione hominum aliquorum concluditur illis non adesse sufficiens auxilium, quo valeant a peccato resurgere & credere in Iesum. Respondeo, consequentiam esse inualidam. Nam scripturę, quæ loquuntur de desertione, aperte loquuntur de desertione, qua de⁹ subtrahit se nõ ex toto, sed secũdum aliquos gratię effectus, quibus peculiariter præsens erat, veluti qđ dicit, Nõ audiuit popul⁹ meus vocẽ meã, & dimisi illos secũdum desideria cordis eorum, non intelligitur, quod reliquerit illum absq; vllo amoris stimulo, & absq; vllo cõuersiõis instinctu, sed quod nõ tã peculiarib⁹ bñficijs adfuit illis q̃ solet. Et qđ saluator ait, Relinquet̃ vobis dom⁹ vr̃a deserta, principaliter de tẽplo loquitur, quod desertũ est. Atq; ita q̃uis anima, quę dei

 gratiam

gratiam semel acceptam deserit, iuste repudietur, & mereatur, vt dei gratia semper indigeat. Si tamen ita cadat, vt supra lapidem Christum maneat, non negans aut contemnēs ipsum, quin potius per fidem tenens illum vt fundamentū, & vt manum sibi diuinitus suppositam, qua valeat erigi, is sic lapsus non prorsus conteritur, licet confringatur adhuc supra meritum suum, tenens gratuitum auxilium, quo per pœnitentiam reseruatur ad salutem hauriendam ex fonte gratiæ Christi. Si vero ita cadat vt non supra Christum maneat, id est, prorsus fidem negauerit, irruit lapis iste Christ⁹ super ipsum, sicq̧ conterit eum, vt nec testa quidem remaneat, in qua hauriat aquæ pusillum. Sic enim verbum Christi interpretatur Hieron. Matt. 21. Proinde q̃uis anima Christiana, quæ semel iustificata reuertitur ad vomitum, & pristina vitia cæteris paribus longe grauius deum offendat, q̃ paganus, qui nunq̃ acceptum spiritum gratiæ iustificantis repulit a se, magis tamen eadem anima sic fide saluatoris imbuta habet auxilium conuertendi & resurgēdi, q̃ anima pagana. Filioli hæc scribo vobis, inquit Ioannes, vt non peccetis, sed & si peccauerimus, aduocatū habemus apud deum patrem, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Et ita alia est ratio credentis, alia nondum credētis. Dum incipis credere in Christum, incipis iuuari ab illo q̃ diu credis in illum, etiam si pecces per mala opera, nō desunt tibi pro loco & tempore conuersionis auxilia. Non sic igitur de vllo peccatore desperamus prorsus in hac vita, quin confidamus esse vicissitudines instinctuum & inspirationum diuini spiritus euntis & redeuntis, quibus trahitur, vt conuertat sese ad dominum Iesum aduocatum suum apud deum patrem, vt inueniat gratiam apud illum, qui homini volenti resipiscere, paratus est ignoscere. Q̃uis autē aliud sit de his, qui semper habitauerunt in tenebris, qui hactenus non habuerunt testam fidei in Christum, qua haurirent aquas gratię ex fonte saluatoris. Aliud de his, qui aliquoties liberati, sunt ingrati acceptæ gratiæ, & respicientes retro, qui & propterea merentur excæcari, indurari, consideratis tamen alijs scripturis docētibus, deum nolle mortem peccatorum, & velle oēs ad pœnitentiā reuerti. Ita pie expedit sentire de deo, quod nec tales prorsus deserat. Et nō

quemad

quemadmodum docuerũt Nouatiani, absq; spe veniæ relinquat, quod & probant nonnulla testimona scripturarum citata in argumentis, & præsertim quod dicit propheta Ezechiel, ca. 18. Nunquid voluntatis est mors impij? dicit dominus, & non vt a vijs suis conuertatur & viuat. Et dicitis filij Israel, Non est æqua via domini, nunquid viæ meæ non sunt æquæ, o domus Israel? & non magis viæ vestræ prauæ? Ego vnũquemq; secundũ vias suas iudicabo domus Israel, ait dominus. Et ex omnibus concludens, hortatur singulos, Conuertimini ergo, & agite pœnitentiã ab oĩbus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinã. Proijcite a vobis omnes præuaricationes vestras, in quibus præuaricati estis, & facite vobis cor nouum, & spiritũ nouum. Et quare moriemini domus Israel? quia nolo mortem morientis, dicit dñs deus, reuertimini & viuite, Ezechi. 18. Quas sentẽtias vniuersas loquit̃ propheta ad populum Israel .i. ad populũ fidelem iam credentem, & ideo non fidem sed pœnitentiã exigit ab eisdem. Ex quibus concludit Hier. Ergo diuinæ, inquit, voluntatis est, omnes saluos fieri, & ad noticiam veritatis venire. Vbicumq; enim dei truculenta videtur sententia, non homines, sed peccata condemnat, non dicitur reuertimini, nisi his qui cum deo prius erant, & postea eius comitatum deseruerint. Misericordia dei superexaltat iudicium eius, & idcirco non omnes excœcat deus, qui merent̃ excœcari, non omnes qui merentur obdurari, obdurat. Sic dicit Petrus Apostolus, Deus patienter agit, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti. Petro interrogãti, quoties fratri dimitteret peccata, Respõdit dominus, Nõ septies solum, sed & septuagesies septies. Scripturæ autem in contrario argumento primo citatæ, quibus dicit̃ deũ non deserere hominem, nõ derelinquere, loquũtur de populo iam fideli, & de populo tenente deum, qui non deseritur, priusq; deum deserat, Non dormitabit, neq; domiet, qui custodit Israel. Si vis ergo deum habere custodem assiduum, sis Israel, sis iustus, sis rectus corde, quæras, ores, pulses, Inuoca nomẽ domini, quia bonus est his, qui sunt recto corde, Prope est dñs oĩbus inuocantibus nomen eius, inuenitur a quærentibus. Propheta vero cũ dicit, Non obliuiscet̃ misereri deus, & nõ in æternũ irascetur, loquitur ipsi Asaph pro populo

populo Idithun,qui iã pressurã in mundo patiens,cordis vo ce clamat ad dominũ,hoc est,loquit in persona populi transi liẽtis hũc mundũ,vt pueniat ad finẽ Christũ. Deus ergo nõ in ęternũ irascetur super populũ,qui conatur trãsilire hoc sę culũ,& properare in Christũ. Ad eandẽ quoq; sententiã loquit Esaias propheta, Nõ repellet dñs plebẽ quã diligit,sed deserit plebẽ nõ dilectã,plebẽ adulterantem & fornicantẽ.

Ad secundũ argumentũ q̃ dicitur,Deus nõ solũ deserit, sed & subtrahit peccantibus gratuita suæ misericordiæ au xilia. Patet solutio ex supra dictis, ꝙ videlicet deus iratus hoc facit propter meritum antecedẽtis peccati. Sic tamẽ pie sentimus de deo,etiã irato hoībus in hac vita,vt arbitremur illũ nõ totaliter deserere,quin pro loco & tempore reuertit, pulsans ad ostiũ deserti cordis. Quod autem dicit, Recessit a te zelus meus, non irascar tibi amplius, significat se non amplius plebi præstiturũ tale correptiõis beneficiũ p flagel la,sed non inde consequens est,quod nullũ præstiterit eidẽ plebi beneficium,quo poterat resipiscere. Scripturæ quibus significatur deus immittere errorem,excœcare, indurare,sic sunt interpretandæ,vt ostendant non esse contra riæ alijs scripturis,quibus significantur praua desideria esse non dei,sed diaboli opera. Proinde huiuscemodi scripturæ sunt accipiendę, non tanq̃ ipse deus infidelitatem, pertinaciam,contemptionem,aut rebellionem contra doctrinã Christi immittat,non tanq̃ suggerat aut suadeat,vt suis obuiemus mandatis, q̃d scripturis certissimis demonstrat in libro de prouidentia dei,vbi ostendemus deũ non esse autorẽ peccati. Sed idcirco indurare,excœcare,& immittere errorẽ dicit,vel ꝙ hoĩes quos inuenit impios,ingratos,intractabiles,nõ illuminat,sed deserit.quo fit vt in tenebris permanentes magis ac magis errent,ac impingant,vel ꝙ erga hoĩes illos operatur nõnulla,quibus ipsi sua malicia magis ac magis errãt atq; indurant. Et ad illũ intellectũ intelligitur doctrina August. Deꝰ enĩ secundũ ordinẽ iustę prouidẽtię & sapiẽtię suæ impijs tyrannis iã paratis prędari atq; ambitiose dñari,inspirat cogitatiões ad vastãdas terras,has vl' illas,quas tali pœna iudicat dignas. Ipse,apud Esa. ingt, virga furoris mei Assur,percutiã p ipm gentẽ fallacẽ. Deus nõ inspirat hoĩ iusto voluntatẽ seu affectionẽ furandi,cõtra

legem

legem occidendi, sed homini iam impio, & furari parato im mittit interdum voluntatē nocendi, potius huic gēti, ꝙ̄ illi. Deinde & proponit sæpenumero ea, quibus in suorum desi deriorū exequutionē impius ꝓrumpet audacius. Cōspecta fœmina pulchra, aliter mouet impudicus adulter, aliter ca stus. Proposito lucro, aliter trahitur auarus, aliter liberalis. Ad hūc sensum loquit Apost. Pau. ad Ro. 1. Tradidit illos deus in desideria cordis eorū, nō vt illa, īquit Amb. agerēt quę nolebāt, sed vt illa perficerent quæ desiderabāt, offerens res quasdā in eorū potestate, vt ea quæ in desiderijs concepe rant, adiuti a diabolo, explerēt in opere. Et ita tradere in de sideria, nō est incitare, aut immittere desideria praua, sed est permittere eos agere secundum sua ipsorum desideria, ita tñ ꝙ desideria illa nō expleantur in opere, nisi secundū ordinē diuinæ ꝓuidentiæ disponētis res illas vel istas venire in eo rum potestatē. Ad orationes in psalmis & prophetis per ỽba imperatiui modi factas, veluti cū dicitur, Obscurentur oculi eorū ne videant, Appone iniquitatē super iniquitatē eoꝝ, Nō intrent in iusticiā tuā, Deleātur de libro viuentiū, Excœca cor populi huius, & id genus alia. Respōdeo, ꝙ huiuscemodi scripturæ sunt accipiēdæ, nō tanꝙ̄ ꝓlatæ affe ctu maledictiōis, inuidię, seu odij, nō pronunciatę tanꝙ̄ ma leuole imprecantis seu optātis desiderio, quasi aut Christ⁹, aut ꝓpheta in ꝑsona Christi hęc loquēs, fuerit delectatus in Iudęorū excœcatione, iniquitate, perditiōe, sed tanꝙ̄ dictæ vel ex pręnuntiātis vaticinio, vel ex cōplacētia aī, cōforman tis se volūtati dei sic volētis, et sic vindicātis peccata populi, q merebat deseri, & a deo desertus hęc pati, quasi dicat, Tu dñe vis excœcare oculos eorū, placet mihi voluntas tua, fiat ergo sicut tu vis, & obscurētur oculi eorū, & apponat iniq tas super iniquitatē eorū, & nō intrent in iusticiā tuā. Hęc ego volo eo modo quo tu vis. Tu aūt vis & apponis iniqui tatē, non ingerendo, nō inspirādo illis iniquā voluntatē, sed potius ingerēdo bñficia, quibus abutentes, facti sunt deteri ores, apponētes sibi iniquitatē super iniquitatē. Ad hūc igi tur intellectū deus illis iā olim maleuolis mittēdo prophe tas, & Christū, prędicātes viā salutis, quā oderūt, quos pro pterea occiderūt, apposuisse dicit iniquitatē sup iniquitatē, non voluntates eorum impellēdo in maliciā, sed apponēdo benefi-

beneficia, quibus dum iuuari poterant, sunt abusi ad iniquitatum suarum incrementũ, occidentes seruos dei ad se missos prophetas, tandem turpissima morte condemnantes ipsum dei filium. Vnde pia mater, quæ multis præstitis filio beneficijs expectauit conuersionem illius in meliorem vitam, solet dicere. Ego te pessimum feci, bonitas mea & patientia mea perdiderunt te, apposui iniquitatem in te super iniquitatem, cum tamen mater pia non fuerit vllo pacto huiuscemodi iniquitatum causa. Augustinus autem prolatas ait huiuscemodi scripturas non optantis, sed pronunciantis & prophetantis spiritu, hoc est, non vt fiat, optat, sed quod fiet pronunciat. Et hanc fuisse prophetæ sententiam satis docet spiritus sanctus loquens per septuaginta interpretes, & euagelistam Lucam, qui scripturam illam Esaię interpretati sunt, explicantes non verba optatiui, sed futuri temporis, hoc pacto, Auribus audietis & non intelligetis.

Ad verbum euãgelistę non poterant credere, quia dixit Esaias. Deus excœcauit oculos eorum, dicimus locutionem hãc esse similẽ illis. Propterea Petrus non poterat permanere constans in confessione nominis Christi, quia prædixerat ei Christus, Anteꝗ̃ gallus cantet ter me negabis, Propterea oportebat Iudam vendere & tradere Christum, quia prophetæ hoc prędixerunt. Huiuscemodi enĩ propositiones ita intelliguntur, quod impossibile erat Christum et prophetam mentiri, non quod impossibile erat vt Iudæi & crederent & non peccarent. Vnde & hoc considerandum est, quod propheta non dixerat, Propterea non poterant, quia deus excœcauit oculos, sed propterea, inquit, non poterant credere, quia Esaias iterũ prędixit, excœcauit oculos eorum, aperte insinuans, quod impossibile erat hęc simul stare, prophetam spiritu prophetico hęc prædixisse, Iudęos fore excœcatos, & Iudæos fore in Christum credituros.

Et cum in argumento assumitur, Cœcus corpore non potest videre corporaliter, etiam si velit, ergo cœcus spiritualiter non potest videre, etiam si velit. Respondeo consequẽtiam non valere, quia aliud est de cœco secundum corporalem visum, aliud de cœco secundum visum spiritualẽ. Primum, Nam cœcitas in corpore est naturæ vitium, non voluntatis illi⁹, qui cœc⁹ est. Cœcitas autem populi Iudęorum

rum erat vitium cordis seu propriæ voluntatis retrorsum abeuntis. Proinde & Christus cum dixisset. Incrassatum est cor populi huius, & aggrauatæ sunt aures eorũ, Ni arbitraremur, inquit Hieronymus, crassitudinem illam, & aggrauationẽ esse naturę vitiũ, nõ volũtatis, subiũgit proprij arbitrij opus, oculos suos, inquit, clauserũt. Deinde cœcus corpore nõ potest illuminare se, neq; habet auxiliũ, quo posset aperire oculos, Nam huiusmodi cœcitas, potentiam naturalem, qua homo videt prorsus priuat. Cœcus autem spirituali cœcitate ꝙuis non posset illuminare sese fidei lumine, aut emollire cor calore charitatis, vtiq; tamen potest deo intus pulsante, atq; iuuante, facere aliquid, quo facto illustrabitur lumine fidei & emollietur cor eius charitatis igne, quemadmodum languidus in domo tenebrosa fenestris vndiq; conclusis potest aperire fenestras, si vel duce vel baculo adiuuetur, quib⁹ apertis illuminabit solis lumine, tametsi ipse lumen non producat. Ad id autem, quod in argumento subiugitur, deum Iudæos excœcasse, & parabolis inuoluisse salutis mysteria ad eum finem, ne conuerterentur, & ne salui fierent. Respondeo, quod deus vtiq; excœcationem, & indurationem reproborum ordinat ad supplicium damnationis eorum, Non quod delectetur in ipsorũ condemnatione seu morte, sed quod delectetur in ratione, seu manifestatione suę iustitiæ, præsertim ea quæ cedit in bonum & vtilitatem aliorum. Vnde deus bonus & clemẽs excœcauit Iudæos, non propter hoc solum, vt non fierent salui. Nam hoc esset contra bonitatem dei, quę, vt inquit Augustinus, tanta est vt nunꝙ permitteret aliquid male fieri, nisi ex malo bonum eliceret, bonum dico, non semper ei⁹ in quo malum est, sed vel illius, vel alterius, quemadmodũ Apostolus ad Romanos .11. ostendit Iudæorum excœcatio nem vtilem fuisse gentibus, misericordiæ autem dei est, ꝙ excœcationem hominum reproborum, qui sic meruerunt excœcari, præordinet in salutem aliorum. Ex istis igitur manifestum est deum indurare, non quidem duritiã & rebellionem immittendo, sed vel deferendo, vel apponẽdo causas, quibus animus suo ipsius vitio malus, magis in duratur, quibus non ad duritiem animus, sed ad pietatem magis debuit excitari. Proprij vitij fuerit quod Pharao ma

gis induratus visis signis, & portentis, quibus cor eius moueretur ad pietatem, & clementiam. Vniuscuiusq; cordis in malitia qualitas inoleuit ex voluntatis humanæ arbitrio, sed quod volūtas iā mala ꝓprio vitio huc vel illuc moueat̃, ex causis fit, quę, vt vel existāt, vł nō existāt, nō est hominis in potestate, sed venit ex prouidētia occulta dei singula vel iuste vel misericorditer dispēsātis. Vt ergo tale cor haberet Pharao, quod ex patientia dei & signis & miraculis eius, non ad pietatē, sed ad impietatē poti⁹ moueret̃, vitij proprij fuit. Quod autē ex tali malitia huc vel illuc moueret̃ diuinæ fuit prouidētię. Ita dicēdū est de induratiōe scribarum & pharisęorum, merito enim antecedētis volūtatis malę de⁹ apponit causas, ex quibus magis suo vitio indurāt̃, ꝗuis ipsę causę sint ad pietatē potius apte mouere voluntatē. Patet igitur intellectus ꝟbi August. in lib. 5. cōtra Iulianū, docentis deū indurare nō solum deserendo, sed etiā ꝑ potētiam impellendo, quandoquidem deus mittens opatiōem erroris, decipiēs, fallēs, indurās, excæcās eos, qui merētur hæc pati, hęc facit nō solū modo vel permittēdo vel auxiliū subtrahēdo, qb⁹ subtractis fiat, vt ipi magis ipingant, sed etiā apponēdo causas & occasiōes, ex quib⁹ impiorum corda praue affecta plus moueantur in errorē, stultitiā, deceptionem, rebelliōem contra veritatē, queadmodū & adulter, dū adulteriū suū arguit̃ magis cōcitat̃ ad odiū, Sic Iudæi cōcitabantur in odium Christi arguētis peccata, & mōstrātis salutis viā. Proinde facti sunt inexcusabiles, etiā hi, qui diuinitatē eius nō cognouerūt, qm̄ veritatē, quā prędicauit, audire noluerunt. Non sic tamen præsumimus quemquam derelictum, quin pro loco temporeq; ad fidem & pœnitentiam deus ad ostium cordis illius pulset. Ad ꝟbum ergo Saluatoris, qui dicit, Vobis datū ē nosse mysteria regni cœlorum, dicim⁹, quod noscere mysteria regni quibus datur ex misericordia datur, quibus autem nō dat̃, ex iusto dei iudicio nō datur. Iustum autem est iudicium, vt non detur, cum vel non est vllum bonum meritū, cui debeatur, vt detur, vel est meritum malum, quo dignos ipsi se reddūt, quib⁹ nō det̃, & tale meritū erat in Iudæis reprobis, nolētib⁹ quærere, & petere veritatē, quā nō itelligebāt. Proīde & ꝑ eis data nō erat gratia cognoscēdi regnū cœlorum, nō

rū, nō erat culpa dei nō dātis, sed populi corda sua int⁹ cōtra deū loquētē & inuitātē obdurātis. Quamuis autē eis non erat datū vt crederēt & obedirent, nō tñ inde cōsequēs est semper defuisse illis auxiliū, quo sufficiēter iuuarēt vt credere & odebire possēt, aut saltē non obdurare corda sua, & sese dociles atq; tractabiles exhibere. Ad vltimā confirmationē in. 2. argumēto ex doctrina Aug. dicētis, Inter eos, q audiūt euāgeliū prędicari, alij credūt, qa in eis præparaī volūtas a dño, alij nō credūt, qa in ipis volūtas a dño nō præparatur. Respōdeo, hoc vtiq; verū esse, & nihilomin⁹ etiā verū esse inter eos, qui audiūt euāgeliū, alios credere, qa volunt credere, & alios nō credere, qa nolūt credere. Et assignauit Aug. p cā motus credēdi, vtrūq; videlicet tā humanā volūtatē q̄ diuinā pparatioēm, queadmodū sup Ioannē dicit de Iudęis, ppterea nō poterāt credere, qa noluerūt credere, quia oculos suos clauserūt. In lib. aūt de pdestinatiōe diuina, volēs grām predestinatiōis dei commēdare, assignauit illos idcirco voluisse credere, qa de⁹ ita eoꝝ volūtates iuitādo et suggerēdo pparauit, qualiter aptū nouit, vt crederēt. Istos aūt, q audiētes euāgeliū nō credūt, idcirco noluisse credere, qa nō pręparatæ erāt eorū volūtates vt crederēt. Qđ in argumēto assumit, Si volūtates eorū, q nō credūt, nō sic præparanī a deo vt credāt, videntur ergo ipsi nō habuisse auxiliū, q̄ possent credere, sufficiēs. Respōdeo id nō sequi, nā queadmodū in prędestinatis sic prępar ā ī volūtates eorū, vt nō peccēt criminaliter, q tñ hñt in potestate sic peccare, iuxta scripturā dicentē ī laudē prędestinati iusti, Qui potuit facere mala, & nō fecit. Ita & in reprobis, qui audiētes euāgeliū prædicari nō credūt, q̄uis nō sic pręparāī eorum volūtates vt credāt, habēt tamen sufficiēs auxiliū, q̄ possint credere, aut sese ad accipiēdū fidē accōmodare, alioqui nō fierent supplicijs digni, magis quam infantes, qui foris audientes verba euāgelij, credere nō possūt. Vñ de⁹ quorūdā volūtates ita iuuat, qualiter aptū nouit, vt obediāt, q̄rundā aūt volūtates ita iuuat, vt vel credere valeāt, vel sese ad discēdum ea, quæ fidei sunt accōmodare. Istud est adiutoriū secūdū suggestiōem, suasionem, vel instinctum diuinum. Illud vero adiutorium secundum prædestinationem diuinam, cuius intētio tametsi nequeat ipediri aut frustrari, tā suauiter tamē

 deus

deus hanc suam intentionem adimplet per rationales creaturas, vt liberas hominum voluntates nō impediat, q̄ fit, vt sub diuina prędestinatione libere operetur, etiam voluntas humana voluntarie consentiēs deo intus suggerenti. Hisce in rebus oportet intellectum captiuare in obsequiū fidei, qa pauci, vt inquit August, sunt qui hęc possunt intellectu penetrare. Tradentur autem hæc, deo dante, in lib. de concordia liberi arbitrij, & prędestinationis diuinæ. Ad argumētum secundum pro parte contraria, in quo assumuntur scripturæ, quæ videntur probare deum ęqualiter oībus fauere, & primum ad scripturam ex cap. 6. libri sapientiæ, quæ dicit, Aequaliter est illi cura de omnibus. Respondeo. Illic designatur æqualitas non effectuum gratuitorū seu auxiliorum dei super singulos hoīm in hac vita, sed premiorū secundū quantitatē ac qualitatē meritorum & operum, sine vlla personarū acceptiōe. Hæc interpretatio ex his quę sequuntur & præmittuntur potest demonstrari, Præmisit enim durissimum iudiciū in his qui pręsunt, fiet. Exiguo cōceditᷣ misericordia, potētes aūt potenter tormēta patiunᷣ. Non enim subtrahet personam cuiusq; dominus oīm dn̄ator, quoniam pusillum & magnum ipse fecit, & æqualiter est illi cura de omnibus. Intelligitur ergo nō æqualitas secūdum effectus gratiarū super iustos & iniustos, sed identitas curæ in deo secūdum æqualitatē quandā retributionis mercedis ad operum merita, super omne genus hoīm, pusilli, siue magni, siue regis, siue ministri eius. Deus non veretur personam cuiusq;. Secūdum qualitatem & quantitatē operum, ipse dabit retributionem premiorum, quemadmodū docet scriptura multis in locis, & pręsertī Ezechi. 18. & 33. Vel si placet, intelligiᷣ identitas certitudinis diuinæ prouidentiæ super omnes, a qua nemo potest se subtrahere. Et ad illum sensum deo æqualiter curą est de omnibus, non quod omnibus curet, seu velit salutis beneficia, ad assequendum vitam æternā efficaciter impendere, sed quod supra humanum genus nihil extra illius fiat curam. i. voluntatem, quæ semper est rationabilis, nunc ex ratiōe suæ misericordiæ, nunc ex iudicio suæ iusticiæ tranquillo & potentissimo actu disponens, gubernans, & iudicās vnūquemq;. Scriptura aūt dicens, quod vniuersæ viæ domini sunt mise-

ricordia & veritas, nō concludit misericordiam dei sic esse super oēm hominem, vt semper & oī tempore, ac etiā aliqñ sufficienter eū iuuet ad habendum vitam æternā, nā patet instantia in paruulis. Vnde propheta continuo adiecit, requirentibus testamentum & testimonia eius, ac si dicat, a iustis & fidelibus hominibus intelligitur deus in omnibus vijs suis esse iustus & misericors. Quod in argumento adijcitur, Misericordia eius super omnia opera eius, Augu. interpretatur. Attendite verba prophetę, qui misericordiā dei dicit esse super omnia opera dei, non super hominum facta. Misericors deus super oīa opera sua. i. super ea quæ ipse facit, & quę nos gratia ipsius largiēte habemus. Opera domini semper eliguntur, nostra vero vel diaboli opera procul dubio damnantur. Et ita dominus suauis est vniuersis, nō simpliciter omnibus, sed gustantibus illū. i. qui ex fide gloriantur illum habere autorem. Quis & aliter huiusmodi scripturę possunt intelligi, siquidem ex supra dictis patet, dei misericordiam esse etiam super impios damnatos. Quēadmodum igitur neq; ex illis scripturis, quæ sunt de desertione, concludi potest, desertos peccatores non habere vnq̄ auxilium, quo valeant resurgere, Ita neq; ex istis ex necessitate consequitur eos habere semper auxiliū tale ac tantū, q̄tū sufficit ad resurgendū. Quis & iam post Christi aduētum, euangelio Christi prædicato omni creaturę in toto mūdo, oēs fines terræ viderunt salutare dei nostri. Proinde et hic sciendum, plerasq; scripturas prophetarum explicantes misericordiam domini dispersam super vniuersam terram, intelligendas esse non secundum omnem mundi ętatē, sed secundum sua tempora, accipiendasq; esse tāq̄ propheticas, pręnuntiantes grām Christi vēturam in omnem locum & gentem. Sic venerabilis Amb. super psal. Beati immaculati, interpretatur ꝟsiculum illum, Misericordia domini plena est terra. Quomodo, inquit, terra est plena misericordia domini, nisi per passiones domini nostri Iesu Christi, quā futuram præuidens quasi promissam, propheta cōcelebrat. Cæterum & hanc misericordiam in psalmo ipso frequēter super se venire postulat. Veniat, inquit, misericordia tua, vt consoletur me secundum eloquium tuum seruo tuo. Veniāt mihi miserationes tuę & viuā, defecit in salutare tuum anima mea

ma mea, & in verbum tuũ super speraui. Vnde & tempus incarnationis domini nostri Iesu, appellatur tempus grẽ et misericordiæ super vniuersam terrã, pro quo tempore ꝓphetia impletur, Repleta est terra scientia domini. Ante Christum autem venientem in carnem dimisit oẽs gentes ingredi vias suas, vt habet scriptura in Actis Apost. Christ9 aũt oĩbus venit, oĩbus passus est, omnibus resurrexit, iustitiæ ille sol omnibus est ortus. Si quis autem non credit in Christũ, generali beneficio ipse se fraudat. Super oẽs est pluuia diuinæ misericordiæ, quia pluit super iustos & iniustos.
Verum ꝗuis sic terra post Christi aduentũ fuerit plena misericordię domini, nõ tñ ideo sequitur, super singulos homines in oĩ tempore & loco esse misericordiam dei liberantẽ, aut auxilium ad gratiam obtinẽdam sufficiens. Proinde & ea quæ consequenter in argumẽto assumuntur, ꝙ omniũ oculis præsens est sol iustitię, qui deus est. Dicimus primo, ꝙ deus adest quidem oĩm hominum oculis, per lumen rationis internæ, docens vnumquemq; generalia legis naturæ principia, vtpote quod alteri non faciat, quod nollet sibi fieri. Secundum quem sensum loquitur August. lib. 2. de sermone domini in monte, Nulla est anima quantumuis peruersa, quæ tamen vllo modo ratiocinari potest, in cuius conscientia non loquatur deus. Quis enim scripsit in cordibus hominum naturalem legem, nisi deus? Verum huiuscemodi solius naturalis legis iura, nõ sunt iam post Adæ lapsum sufficiens auxilium, quo valeat homo immunis esse a peccato, quia iam opus est venire ad Christum, quem cognoscere non potest quispiam ex solis talentis naturę. Deinde esto deum ꝗtum in se est omnibus adesse, non omnes tamen aduertunt, & sentiunt eius pręsentiam, quia oculi mentis interni, sunt aut cæci, aut ęgri; caligantes fumo, & pituita prauæ cupiditatis. Deus paratus est illuminare omnes, qui nõ præstant impedimentum vel obicem. Tales autem iam ex nobis esse non possumus, etiam si non peccantes vnq; propria voluntate tales permaneremus, quales nati sumus, ꝓpter originale peccatum, quod sane impedimentum reijcere non possumus, nisi deus sua gratia dignetur nos illustrare, atq; adiuuare. Quod autem dicitur, quantum in se est, vult omnes illuminare, sed non omnes volunt eius lumen

accipe-

accipere. Non est accipiendum, quod deus secundum suę voluntatis beneplacitum velit salutis lumen omnibus cõmunicare, homines autem obsistere illius voluntati, siquidem voluntati suæ quis resistet: sed est accipiendum deum in mentibus hominum non posuisse causas impedientes receptionem diuini luminis. Ipse ab initio sic humanũ gen⁹ instituit, vt omnes fierent salui, si mansissent, quales in Adã erant a deo conditi, cum non esset vllum gratiæ impedimẽtum aut obstaculum, nulla ad gratiam regni cœlestis indignitas. Deus enim mortem, inquit Sapiens, non fecit, nec lętatur in perditione viuorum, sed impij, inquit, manibus et verbis accerserunt eam. Ad testimonia autem sanctorum, quibus significatur, dei notitiam omnibus inesse, nec quẽquam sine Christo nasci dicimus, quod noticia, vel naturalis amor dei, vt conditoris naturalis esse, non sufficienter dirigit hominem ad resurgẽdum a peccatis, nisi fuerit animus, eius diuina misericordia excitatus ad credendũ deũ, vt gratuitum humani generis liberatorẽ, & inde tractus fiducia quadã postulandi gratiã eius qui tollit peccata mũdi, ne sit de numero eorũ, de quibus ait Apost. Ignorãtes dei iusticiã, & suam volentes constituere, iusticię dei non sunt subiecti, Dei iusticiam appellans eam, quæ a deo est per fidem in Iesum liberatorem. Rursus cum in argumento assumitur, Deus in scripturis exigit ab omni homine, vt ad cor redeat & conuertatur, dicimus deum non ab omni homine exigere vt hęc faciat, sed ab eo ad quem huiuscemodi pręceptorum excitatio, & monitio potest peruenire, non quęrere Iesum, non orare, non inuocare illum, non deputatur in reatum animę, quę nondum vt hęc posset, accepit, vt patet in pueris, & in adultis furiosis. Vnde Augustin⁹, Nõ deputabatur Pharaoni in reatũ quod nõ obtẽperabat tũc quando obdurato corde obtẽperare nõ poterat, sed culpatur qui priori infidelitate se præbuit dignũ, cui cor obduraretur.

Infra latius sumus ostensuri, non valere cõsequentiã, qua dicitur, De⁹ exigit hoc in scripturis vt faciam⁹, ergo possum⁹ hoc absque auxilio dei facere. Scripturæ quibus significatur deũ expectare hoĩem ad pœnitentiã, sunt nõ quẽadmodũ docuit Pelagius accipiendę, tradens deum expectare hominẽ peccatorem, vt ipse peccator ex sola insita potestate naturæ pręuenia

ueniat dei gratiam. Sed intelliguntur quod deus post peccatum nō mox cōdēnat peccantes, sed differt donec reuertātur ad pœnitentiam, quos ex beneficijs accipiendę gratię nouit reuersuros, alios vero non reuersuros expectat, vel ad suę iustitię glorificationem, vel ad impiorum vltionem, vel ad electorum probationem aut correptionem. Similitudines autem in scripturis adductę non probant quicq̃ contra superius dicta. Nam prima, quę est de matre, quæ nō obliuiscitur infātem vteri sui, loquitur ad plebem Iudęorum pro parte electorum, vt sensus sit. Deus nunq̃ obliuiscitur sponsæ suę ecclesię, quæ de populo Israhelitico orta durabit vsq; in finē sæculi. Illa vero similitudo, quę est de muliere adultera, non aliud probat quam plebem pœnitentem seu inuocantem non esse apud deum in obliuione, cum quoq; qui post susceptā dei gratiam fuerit prolapsus, nō debere desperare. Sic scriptura dicit, Nolo mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat. Vult peccatorē nō debere desperare de venia, ne desperatione ipsa peior fiat. Cum autē dicit peccatores deo rebelles, & de die in diem vocatos audire nolentes tandem deseri, derelinqui a deo, excœcari, & tradi in reprobum sensum, vult peccatores nō debere peccare sub vana fiducia obtinendæ indulgentię. Hæc autem deus ꝑ sua sapiētia īterdū sic facit, īterdū aliter. Iā reperim⁹ grauissimos peccatores interdū nō esse desertos, sed vocatos tandem & mutatos in sanctissimos viros. Inuenimus alios longe minus peccātes in suis peccatis fuisse sepultos. Et quia nemo scit an amore prędestinationis, an odio reprobationis sit dignus, Idcirco neq; desperare quis debet, quantūuis enormis fuerit peccator, neq; vane confidere, quamuis leui crimini teneatur obnoxius. Tota scriptura plena est huiuscemodi testimonijs. Dñs quidem non derelinquet quærentes se, non deseret sperantes in se. Prope est dominus omnibus inuocantibus eum, bonus est dominus his, qui recti sunt corde, sed non inde consequēs deum esse prope & propitium ac bonum omnibus, etiam his qui aut non sperant in illum, aut non recti sunt corde. Proinde ex huiusmodi scripturis q̃uis sequatur deum sufficienter iuuare omnes sperantes in illum & omnes rectos corde, nō tamen sequitur deum sufficienter iuuare omnes, vt sint recti corde

cti corde, sperantes & inuocātes. Absq; gratia nemo quęrit, nemo inuocat dominum, nemo sperat in illum. Item absq; gratia dei pręuenientis, nemo potest esse iustus & rectus corde. Cum quęsieris dominum deum tuum, inuenies illū. Si tamen corde quęsieris illum, & tota tribulatione animę tuæ. Verissima quidem conditionalis sentētia, Sed quis dat nobis quærere deum toto corde? nisi & ipse qui dicit, Ego dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum, vt quæratis me tota voluntate, & in toto corde. Quærere sapientiam quasi pecuniam nemo potest, absq; desiderio sapientiæ, desiderare autem veram sapientiam nemo potest, absq; fiducia inueniendi, fiduciam autem nemo habet absq; fide. Deus quamuis veniam spopondit pœnitenti, non tamen spopondit quod tempus & voluntatem pœnitendi dabit delinquenti. Promisit quidem deus se propicium, suauem, & bonum fore omnibus inuocantibus eum, omnibus rectis corde, omnibus quærentibus & petentibus. Quemadmodū ait Saluator, dabit spiritum bonum petentibus se, sed non promisit dare tempus & cor rectum seu voluntatem inuocandi, quærendi, & petendi omnibus peccantibus. Neq; rursus promisit tempus pœnitentię, neq; crastinum spopondit qui hodiernum dedit. Ad argumentum tertium quo dicitur de⁹ iniquos habere odio, dicimus, sicut docet Augustinus ad Simplicianum. Deus dicitur odio habere non naturam quam condidit, sed vitium & peccatum quod in ea nō condidit. Iniquos odio habet. i. odit quod homines sunt iniqui, sed non odit quod homines sunt homines, non odit deus Esau hominem, sed odit Esau peccatorem, hoc est peccatum & iniquitatem odit in ipso, & idcirco iuuat suos dilectos, vt ad cor redeuntes non maneant iniqui. Et ita non est consequens illis non adesse pro loco & tempore auxiliū, quo valeant resurgere. Quod ergo iam in argumento assumitur, deum dilexisse Iacob, & odisse Esau, non propter opera concedimus de dilectione prædestinationis, & odio reprobatiōis, vt magis patebit in lib. de cōcordia prędestinatiōis, & liberi arbitrij, sed odiū illud reprobationis & affirmat peccatū in eo quē deserēdo odit, & gratuitū negat auxiliū. Potuit quidē de⁹ ad suppliciū ęternū dānare Esau etiā nō habētē peccatū, quēadmodū & bestię tpaliter affligunt

non propter peccatum, Sed pro sua bonitate. Deus talem nunc rationalium substantiarum ordinem instituit, secundũ quem ordinauit nõ infligere vnq̃ sempiternum suppliciũ, nisi propter peccati meritum. Vnde & in inferno sicut incessanter puniuntur, Ita & incessanter peccant. Si omnia permanerent talia, qualia deus condidit, neq; reprobasset vllum hominem, neq; odio haberet aliquid eorum, quæ condidit. In scripturis autem sicut iam patuit dicitur deus excæcare, indurare, non quod bonum hominem faciat malum, aut habere mala desideria, sed quemadmodum iam diximus, quod hominem iam malum deserat, non segregans illum ex perditionis massa. Et hęc est induratio, de qua Apostolus ibidem loquitur, Deus cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Miseretur inquam, id est, pro sua voluntate ex perditionis massa, & de luto peccati segregat, quos elegit secundum voluntatem suæ misericordiæ. Indurat autem, id est, ex suo iudicio iustitię in perditionis massa deserit, & non segregat quos dimittit ad manifestandum suam iustitiam his quos elegit. Et hoc dimittere in perditionis massa, seu non segregare, est secundum significationem quandam indurare, quemadmodum docet Augustinus in libro de prædestinatione. Deum indurare hominem, est deum nolle misereri hominis, secundum quam significationem etiam indurat paruulum absq; lauachro decedẽtẽ, qui nihil commeruit propria voluntate. Alia est induratio, quæ supplicium est peccati antecedentis, quæ non fit sine meritis operum. Et de hac non loquitur Apostolus cum dicit, Quem vult indurat, veluti cum homini impio sepius monito, & reluctanti proponit ea, quibus grauius offendat. Quemadmodum Iudęis proposuit Christum, & doctrinam salutis, ex quibus ipsi pro sua malitia magis indurauerunt corda sua, & sic nõ tam deus q̃ homines indurant corda sua, vt in exodo legimus, Ego, inquit, indurabo cor Pharaonis. Indurauit autẽ & Pharao cor suum, dum propositis dei flagellis, & alijs beneficijs magis factus est deo rebellis. Sic adultero ꝓponit mulierẽ meretricẽ, in quã cõspectã ꝓ suo malo desiderio iardescat. Sic tyrãno, q prorsus libidine dominãdi viuit, inspirat volũtatẽ ad vastãdas terras, quas tali pœna iudicat dignas. Scire ergo debes quod etsi hoĩes sint rep̃bati anteq̃ opa ma

la egerit,

sa egerint, & antequam sint nati, tamen neque sic indurantur a deo, neque excæcantur, neque traduntur in reprobum sensum, nisi propter mala suaipsorum merita. Sic autem indurati, sicut & reprobati, quamuis non habeant auxilium, quo finaliter sint reuersuri, habent tamen pro loco & tempore auxilium, quo possunt sese ad sui conuersionem accommodare & cooperari. Scriptura vero quæ dicit, Considera opera dei quod nemo potest corrigere, quem deus despexerit, intendit explanare diuinam voluntatem, seu præscientiam non posse aut falli, aut superari ab humana voluntate, & ita neminem posse facere, quo verificetur sententia, qua dicitur, Homo a deo despectus seu reprobatus corrigitur. Deinde considerando sensum, quem solent appellare diuisum, quamuis nemo possit illos, quos despexit deus, corrigere, ipsi tamen semetipsos possunt corrigere deo adiuuante, quod si facturi fuissent, deus hoc nouisset ab æterno, & non illos reprobasset.

Ad tertium argumentum supradicto contrapositum, Respondeo scripturas non recte concludere id, quod infertur. Sententia enim scripturę dicentis, Diligis omnia quæ sunt, & nihil eorum odis, quę fecisti, patet ex probatione, quam subiungit. Quomodo enim posset permanere aliquid, inquit, nisi tu voluisses. Intelligitur ergo de dilectione generali, quia deus res, quamdiu permanserint, seruat ne pereant. Bonus & suauis, inquit, spiritus dei in omnibus, In omnibus, inquam, qui sentiunt & cognoscunt illum. Ad id autem quod deus dicitur stare ad ostium cordis peccatoris & pulsare, dicimus ex hac scriptura non esse consequens, quod deus omni tempore stet ad ostium cordis & pulset, nec quod ad omnium hominum corda stet sic pulsans, quamuis confidimus misericordiam eius esse sic exuberantem super omnem Adæ filium, vt dignetur pro loco & tempore sic stare & pulsare ad singulorum hominum corda iam habentium rationis vsum. Et cum in argumento assumitur, Si non omnes semper possunt ex acceptis a deo viribus redire in viam salutis, conuertere corda sua, & pœnitere, Cur ergo scripturę hortantur ad huiusmodi opera? Respondeo, vt significetur deus non velle saluare nos sine nobis, id est, absque motu, & consensu nostræ voluntatis. Nec consequitur deus mouet, hortatur vt faciamus hoc & non faciamus illud, ergo ex nobis

hoc possumus facere, & illud cauere ex nobis, quod neq; ad homines omnes semper venit huiuscemodi monitio, & hi ad quos venit, nō faciūt hęc nisi pulsati grā dei pręuenientis.

Ad testimonia scripturæ dicentis, Deus mortem non fecit, Nunquid voluntatis meæ est mors impij, dicit dominus. Respondemus ex his non esse consequens, Deum semper dare omni homini auxilium ad resurgendum sufficiēs, sed solum sequitur eum humanam naturam instituendo, nō fecisse mortem, quam impij Adam & Eua sibi fecerunt peccando, & ita deus non lætatur in perditione viuorum, hoc est non lętatur in eo quod viui spirituali morte perdantur, nec in hoc quod peccatores adhuc viui præsenti vita dānantur, damnatione sempiterna, quam tamen mortem & dānationis pœnam reprobis infert iratus peccatis eorum, delectatus non in pœnis, sed in ratione & ordine suę iusticiæ.

Sciendum est autem in scripturis geminam esse mortē, Vna est per ablationem substantiæ seu per separatiōem corporis & animæ. Quædam vero est per abcessionem consortij illius, qui loquitur in scripturis, Ego sum via veritas & vita, qui credit in me non morietur in æternum, de qua ipse deus loquitur in Ezechiele, Anima quę peccauerit, ipsa morietur, Nolo mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat. Neutram mortem, nec corporalem, nec spiritualē deus fecit, sed iuxta Paulum Apostolum, Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors. Sicut mortem corporalem deus non fecit, ab initio humanum genus instituens immortale & rectum, & tamen mors est a deo, vt vindicante culpam, Ita & deus non fecit mortem spiritualem, secundum quam anima priuatur deo vita sua. i. iusticia & rectitudine voluntatis, & tamen vitiū rebellioq; carnis contra spiritum, & mors æterni supplicij, sunt a deo patre, qui vult secundum iudicium suæ iusticiæ peccatum non manere inultum. Vnde habere deum inhabitantem, habere iusticiam & rectitudinem volūtatis, factum est ab illo qui dedit. non habere autem deum, aut nō habere iusticiam, non habere bonam voluntatem, factum est ab eo, qui deseruit. Idcirco humanum genus quod iusticiā semel accepit, si amplius non habeat illam, non propterea nō habet illam, quia deus non dedit, sed ob id non habet, quia

deseruit

deseruit illam. Nam Adam qui innocentiam vitæ, & volũtatis rectitudinem a deo acceperat, duo acceperat, videlicet rectitudinem, & posse tenere illam. Posse autem deserere semel acceptam rectitudinem ex natura est, quia mutabilis et ex nihilo est natura liberi sui arbitrij. Hominum genus nõ est creatum a deo vt pereat, sed ideo creatum est vt sit. Creauit enim deus, vt inquit scriptura, vt essent omnia. Insuper nemo creatus est, vt sub diaboli sit potestate, & illius faciat voluntatem. Homines vt sint homines, conditoris est beneficium, quod autem sunt iniqui & peccatores, pręuaricatoris est vitium, quemadmodum bonus & iustus in ciuitate iudex, non vult in ciuitate quemquam perire, omnes cupiens recte viuere, tamen vult suspendere seditiosum & furẽ, & homicidam ciuem, cuius & vult vitam voluntate quadam primaria, seu antecedente, id est, quantum in se est, vel let eum viuere, nec est causa illius propter quod mors est illi debita, sed voluntate consequente, & secundaria, habita cõsideratione ad præcedens meritum, voluntate beneplaciti vult illum non viuere, quippe qui sibi & alijs perniciose viuit. Ita deus faciens ab initio hominem, causam mortis nõ fecit in homine, quem fecit ab initio immortalem & rectũ. Proinde quantum in deo est, omnes viuerent, sed impij manibus & verbis accersierunt mortem, dum sua sponte id agerent cui mors est debita. Et ita vtriusq; argumẽti scripturas in tertio argumento citatas, dicimus nec obuiare supra dictis, nec inter se discordare, sed pro diuersitate populorũ, quibus proponuntur diuersas & salubres indicare sententias, quibus vel ad salutem prouocentur impij, vel a peccato deterreanẽ iustificati, & peccatorẽ debere, nec salutem desperare, si agat pœnitentiã, nec iustũ in sua cõfidere iusticia, si negligenter viuens perdat quod quęsierat, vt habes apud Ezechielẽ ca. 33. & apud Hiero. in commentarijs ibidem.

Ad quartum argumẽtum patet solutio ex supra dictis, deus enim quia gratis, & pro sua misericordia nos iustificat ex fide desuper accepta. Idcirco neq; potest contra deũ esse iusta quęrimonia, si non semper largiatur impio auxilium, quo valeat resipiscere, q̃uis neq; de nobis, neq; de alio q̃uis in hac vita debemus vnq̃ desperare, nescientes occulta iudicia eius, q q̃tũ in se est oĩbus se cõmunicat pro captu eorũ.

Quod

qđ autē quispiam a participatione luminis seu bonitatis illius deficiat in mortē, hoc fit ꝑpter obstaculū seu impedimētū positum in hoie, impediēs ingressū diuini luminis. Illud aūt impedimentū non ipse deus, sed homo posuit in hoīe, qđ est vel actuale, vel originale peccatum, vel vtrumq; simul. Hoc autem impedimentum, si ab aliquo tollat deus, grē est indebitæ, si autem non tollit, non est arguendus vlli⁹ iniusticię. In superni iudicis volūtate pēdet tā vita, ꝙ mors ei⁹, q re⁹ ē mortis, hoc magis qſq; peccās fit dign⁹, et re⁹ mortis, ꝙ maior fuerit misericordia illi ipēsa ꝑ liberatiōe a morte.

Ad quartū argumētum ꝑ parte cōtraria adductū, patet solutio ex supradictis. Nam quamuis pagani & gentiles, vbi fuerit sibi derelicti absq; gratuito dei auxilio, possit facere opera quędā licita, secūdū pręsentē vitā hoim, vt colere parentes, subuenire oppressis, nō mētiri. Vñ & hęc facientes secundū naturalē legē nō peccāt, tamē per huiuscemodi non præparātur ad gratiam iustificantem. Sic dicit Apost. Gentes, quia deū ex creatoris agnitione nō coluerūt, factos esse reos, possunt quidem ostiū cordis ad accipiēdum grām aperire, sed interna prius inspiratiōe pulsati. Qđ autē deus dicit dispēsare talēta secūdū vniuscuiusq; virtutē, videt accipiēdū esse de donis gratuitis seu facultatib⁹, quę distribuūt ad aliorū vtilitatē. Hęc dispēsanda sūt secūdū vniuscuiusq; virtutē, & capacitatē, quēadmodū dicit Apost. Ascēdēs Christus in altum, dona dedit hoībus, quosdā fecit Apostolos, quosdā euangelistas, ꝗſdam prophetas. Sed de his alibi.

Illius aūt qđ dicitur, deum hoi facienti, ꝙtū in se est, non deesse in necessarijs ad salutem, patet intelligentia ex supra dictis. Nam & patres hoc dicentes, adducūt pro hac sentētia scripturas, quę loquunt nō de oī hoie, sed de homie iam credente aut iustificato, intelligentes deū tali homini facienti quantum in se est, non deesse in his, quæ sunt ipsi necessaria ad salutem conseruandam, aut ad perseuerandū in eo qđ cœpit orando iugiter et postulando, ne intret in tentationē. Solent enim adducere deum confugientē ad se suscipere, & prope esse oībus inuocantibus eum in veritate. Confugere aūt ad deum, inuocare, illum orare, conuertere cor suum ad dominum deum suum, sunt opera hominis iam credentis. Et hoc confirmat, quod dicitur de Cornelio Centurione, qui

in fide

in fide Christiana instruendus mittitur ad Petrum. Ille itaque priusquam mitteretur, orabat & eleemosynas dabat propter deũ, quod sine fide facere non poterat. Suo quodam modo Iudæi orant & inuocant deũ, sed non inuocant in veritate, qui Iesum veritatem negauerunt. Deinde & peccatori, qui deo excitante, sese præparans ad gratiam, facit quantum potest, deus non deest. Sed deus non semper omnem hominem peccatorẽ sic excitat, non infantes, nõ adultos, non insanos, non furiosos, non dormientes, non semper alios plerosque iam inemendabiles, & induratos, quamuis nos ignoremus illos. Quisquis autem fidẽ tenet in Iesum, quantumlibet fuerit criminibus irretitus, nõ desperet pro loco & tẽpore sufficiẽs habens auxiliũ, quo valeat petere, pulsare, inuocare, orare, vt saluus fiat, quod si non fecerit, non deo, sed sibi culpam tribuat.

Ad quintum argumentũ dicimus, creationẽ naturalẽ non esse omnino similẽ creationi spiritualis vitę. Creatio naturalis esse, non fit præsupposito vllo subiecto, nec est in illa fundamentum, & idcirco non requiritur in illa creatæ causę cooperatio. Proinde nec volũtarius vllius hoĩs consensus, secus in creatione spiritualis vitæ, & cordis innouatiõe, vbi acquiritur gratia & gloria, cuius natura est fundamentum per intellectus & voluntatis consensum. Vñ & in scripturis dicit, Facite vobis cor nouum, & spiritũ nouũ, quamuis ex te tibi non possis facere cor nouum, saltem iam excitatus, consentias & ores, Cor mundum crea in me deus. Consentire autem poteris non ex te, sed intus tractus a deo patre. Vnde Saluator, Ioannis quarto. Venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filij dei, & qui audierũt viuent. Nota verborum seriem, Mortui audient, vt viui fiant. Potest quidem deus totum simul facere, atque facere hominem in momento credere, consentire, & obedire. Verum secundum doctrinã sanctã & Apostolicã, nõ est ille vsitatus faciendi modus apud deũ, qui primũ dat quędã non petita, vt per ea quæ accepta sunt, quęrantur alia nõ accepta, iuxta parabolã euangelicã, Homo accepit talentũ, vt ex hoc super lucretur, et augeat pecuniã dñi sui. Vñ initiũ grãę est, velut semẽ quod iacitur in terram, nõ vt ipsum solũ maneat, sed vt ordinatis paulatim proueharur incremẽtis, donec ad perfectã sui habit' quantitatẽ per succedẽtia sibi incremẽta perueniat.

Sic potest deus nobis etiam non diu orantibus totum face-re in momento. Facile est in oculis dei subito honestare pauperem, sed secundum ordinem suæ sapientiæ dignatur habere hominem cooperatorem, premittens rationes & causas, quibus in consensum voluntarium moueatur anim⁹. Alioqui quid opus erat quod saluator doctrinis & miraculis ostenderet in se diuinitatem loqui, qui poterat subito scribarum & pharisæorum corda ad quodcumq; vellet inuitare, & fidem ipsis, quemadmodum Paulo, inspirare. Quid opus erat Christo tot signis & sermonibus, tot apostolorū ministerijs & sudoribus adducere homines in Christianā fidem, cum facile illi erat subito conuertere omnia corda filiorum hominum. Sed hæc omnia voluit Christus ipse, secundum sapientiam suam facere, vt faceret Iudęos attentos doctrinæ ipsius spōtaneos, & volentes, vt visis signis & miraculis suprà naturę causis, inuitarentur fide quadam præambula deum esse qui loqueretur, quemadmodum & ipse ait, Ego facio operà patris mei, vt credatis, quia ego in patre & pater est in me. Si opera non fecissem in eis quę nemo alius fecit, peccatum non haberent. Verum ex huiuscemodi doctrinis non potest concludi peccatorem in sui iustificatione non adiuuari, sed deum sola sua potestate omnia operari, non cooperantibus hominum iustificandorum voluntatibus. Patent autem hęc omnia ex his, quę citantur in argumēto quinto, quod est supradicto argumēto contrapositum. Ad hoc vt incipiat homo esse homo, non est necessum, vt ipse homo incipiat aliquid agere. Ad hoc autem, vt homo incipiat iustus esse, necessum est vt incipiat bene velle. Adeoq; humanæ voluntatis operatio est ad bene viuendum necessaria, vt neq; ipse deus, cum possit omnia, possit facere hominem esse iustum, ac bene viuere, nisi simul etiam faciat hominem voluntarie agere, atq; diligere. Facit autem hoc deus non cogendo, sed excitando, suggerēdo, & inspirādo. Augustinus cum docet maius opus esse iustificare impium, q̄ creare coelum & terram, intelligit iustificationem esse opus magis magnificum, id est, ad maius bonum, quippe ad bonum incommutabile, quod maius est q̄ bonum naturalis esse, quemadmodum & ibidem ait, vtrumq; tam videlicet iustos angelos creare, q̄ impios iustificare æqualis est poten-

potentiæ, sed istud maioris est misericordię, sicuti iustificatio impij, quæ est ad bonum gratiæ, maioris est misericordię, quam glorificatio iusti, quæ est ad bonum æternæ gloriæ. Impius nempe & indignus est gratia, & dignus morte ęterna. Iustus autem per gratiam desuper acceptam est ęterna gloria dignus. In creatione deus dedit nosmetipsos nobis, hoc est naturaliter esse fecit nos. In iustificatione autē impij & in glorificatione dedit seipsum nobis, largiens seipsum totum in premium. Quamquam autem in quorundam hominum iustificatione simul contingat fieri miracula, quibus ad fidem præter solitum naturæ cursum moueantur, sicuti accidit in conuersione beati Pauli, iustificatio tamen ipsa in se non est proprie opus miraculosum, quia effectus iustificationis non potest fieri, nisi a solo deo. Miraculum autem est cum aliquid a deo fit præter ordinem naturalis causę, quę nata est hoc facere, veluti cum quis accipiat scientiam, aut sanitatem, non per proprium rationis interne studium, aut ratiocinationem, gratiam autem non potest homo habere aliunde, quam a deo solo. Hactenus pro solutionibus argumentorum vtrarumque partium dicta, sufficiant. Ex his igitur epilogum seu recapitulationem quādam facientes dicamus, quæ sunt manifesta. Primum patet scripturas sacras, quæ in hac materia contrarię videntur non considerantib⁹ personas, causas, tempora, loca, & rationes, has propter horum diuersitatem, aut tacitam, aut expressā inter se non pugnare. Spiritus sanctus scripturam sacram proposuit humano generi, vt apothecam, in qua omnium generum homines congrua sibi remedia inuenirent contra omnium generū morbos. Homines ne augerēt peccata desperatione venię ipse in scripturis sacris generaliter dictis promittit indulgentiam omnibus peccatoribus etiam post quantalibet scelera redeuntibus ac pœnitentibus. Verum ne ex hac promissione peius viuerent sub spe veniæ quosdā in eisdem scripturis legitur indurare, excæcare, deserere, vt suos electos desperationis metu ne negligenter viuāt, faceret cautiores, vnde & diem mortis reliquit nobis incertum. Quosdam subito tollit de medio, ita vt nō habeant tempus pœnitentiæ, alios etiam inemendabiles tradit in reprobum sensum. Super eos qui differunt conuerti de

de die in diem ita impendit sui regiminis moderamina, vt quia sæpius vocati venire contemnunt, insolita consuetudine putrescentes in scelere non corriguntur in fine. Amen dico vobis, inquit Saluator, nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit cœnam meam, millesimus hominum, quorum mala semper fuit vita, vix meretur habere indulgentiam vnus, hac enim animaduersione percutitur peccator, vt moriens obliuiscatur sui, qui dum viueret oblitus est dei. Verum ne peccator quisq̃ arbitretur vnq̃ esse disperandum, legimus ab hoc communis diuinæ prouidentiæ cursu exceptos peccatores etiam grauissimos in fine dierum pœnitentes, subitoque conuersos. Secundo ex supradictis perspicuum est, non oportere nos curiosius in hac quæstione immorari de auxilio sufficienti, vel non sufficienti ad salutem super vniuersos & singulos homines, cum sufficiat scire & deum non esse iniustitiæ arguendum, si quosdã spiritui sancto vocati frequẽtius reluctantes noluerit sufficiẽter adiuuare, sciẽtes auxiliũ illud nõ pdesse, sed obesse poti⁹ his, q nõ sic adiuuãt, vt obediãt & cõuertantur. Cũ enĩ diuina ęternę salutis auxilia hoĩbus neglgẽtib⁹ aut reluctãtibus seu cõtemnentib⁹ nihil remedij ęternę salutis adferant, quin potius maioris ruinę prȩstẽt occasionẽ, sati⁹ esset illis hæc ipsis non impendi, sed eos deseri potius ac derelinqui destitutos auxilio tali. Melius inquit scriptura erat illis veritatem non agnoscere, quam post agnitionem veritatis, retrorsum ire. Verum deus ad maiorem declarationem suæ iustitiæ simul & misericordiæ, facultatem quandam resurgendi præstat etiam reprobis, per huiuscemodi auxilia dispensata ipsis, volens ostendere illorum damnationem fuisse nõ diuinæ cõstitutionis & ineuitabilis necessitatis, sed humanę volũtatis ad oblatũ grę talentũ nõ sese accommodantis. Sic venerabilis August. hãc quęstionẽ videtur derelinquere ambiguam, loquens de vocatione, qua vocati sic iuuantur, vt in libera habeant voluntate venire & non venire. Hæc vocatio, inquit, siue in singulis hominibus operetur, siue non in singulis comprehendi non potest. Non fecit taliter, inquit propheta, omni nationi. Paul⁹ Collossensibus scribit istud salutis ęternę mysterium fuisse absconditum a seculis & generationibus, nũc autem manifestatum

festatū in sanctis, quibus voluit notas facere diuitias gloriæ huius sacramenti. Cur hac manifestatiōe, qua nūc vniuersis nationibus innotescit, antea reuelatum non fuerit, nulla potest scientia cōprehendere, nulla intelligentia penetrare.

Tertio ex superioribus patet, quod is, qui gratiam acceptam, semel deserens mortaliter peccat, non solum est indignus illa, sed & meretur, vt illa semper indigeat. Idcirco sufficiens illi auxilium si adsit tribuendum hoc est immensæ misericordiæ dei, qui cum iuste posset animam peccatricem perdere, pro sua clementia dat adhuc temp⁹ & adiutorium, quo valeat resipiscere, quod sane adiutorium reperitur denegasse quibusdam, quos aut mox aufert de medio aut traducit in quandam mentis furiam ac insaniam. Deinde fides mortua speculatiua, qualis est in dæmonibus, non sufficienter dirigit ad gratiam, stat nempe cum desperatione, & potest esse in eo, qui dicit, Maior est iniquitas mea quam vt veniam merear. Prætera relapsus in mortale peccatum, si habeat pro loco & tempore sufficiens auxilium, veluti dum deus gratuita sua clementia ad ostium cordis pulsat, non tamen oportet tale auxilium pro omni hora adesse illi. Insuper quemadmodum gentilis, & paganus non potest euangelio credere, secundum eam fidem qua Christianus fiat absq; gratia dei non solum proponentis intellectui euangelium, sed & intus inuitantis atq; docentis euangelium reuera esse testimonium veri dei testificantis. Ita neq; Christianus relaps⁹ in mortale peccatum quantumlibet ex fide quadam mortua credat & euangelium & Iesum esse saluatorem mundi, non potest pœnitere vera pœnitentia, qua iustus fiat absque gratia dei non solum forinsecus admonentis, corripientis, & vocantis, sed & intus inuitantis & inspirantis propositum bonum. Quemadmodum ergo gentiles & pagani, ex se non habent quicq;, quo aut mereantur, aut valeant se præparare, aut facere dignos, seu idoneos, qui vocentur & accipiant iustificantem fidem, ita & Christianus relapsus in peccatum mortale, nihil habet ex se, quo solo aut valeat aut mereatur se præparare & facere dignum, qui iustificet ad accipiendum grām iustificantem. In adulto quidem cū opus excitatiōe & iterna suasiōe, verū excitatio sola nō suf

ficit, sed oportet excitatum iam non reluctantem, ex diuina motione deo consentire, & eleuari virtute spiritus sancti supra naturam, vt conformis efficiatur diuinæ naturæ, & ita desuper accipere spiritum viuificantem, diffusa charitate per eundem spiritum in corde suo. Quarto ex superioribus liquidum est, nos aliud significare cum dicimus hominem habere sufficiens auxilium, quo continenter viuat, & perseueret in eo quod cœpit. Aliud vero cum dicimus hominem iam per gratuitum aliquod donum, posse habere sufficiens auxilium. Quemadmodum aliud est hominem languidum habere baculum quo sustentet, aliud est eum nondum habere, sed posse habere baculum. Potest languidus interdum, qui non habet implorare adiutorem, qui rogatus, sit paratus, aut ducere languidum, aut dare baculum. Sic deus electis suis rogantibus ipsum, paratus est inter tot & tales tentationes dare sufficiens adiutorium, quo valeant omnibus tentationibus resistere, non succumbere vnque. Rogari ab ipsis vult deus, qui certe benefacit bonis, & rectis corde, prope quoque est omnibus, nō otiosis, non segniter agentibus, nō de suis viribus præsumentibus, sed inuocantibus eum, & fugientibus ad illum. Proinde si non habeas tantum præsidij, vt valeas in eo quo cœpisti perseuerare, habes tamen tale auxilium, quo potes ad id quod nondum habes, ascēdere, & ideo si nō habeas quo valeas perseuerare, ex totis præcordijs adeas dominum deum, & ora vt habeas. Si quis vestrum indiget sapientia, inquit Iacobus, postulet in fide, sapientiam appellans, qua pudice, continenter, & recte viuitur. Et secundum hunc modum intelligendum est, quod solemus dicere, de facere quantum in se est, vt homo ex his, quæ in se habet a deo, faciat quantum potest, vt ascendat & accipiat cætera quæ nondum habet. Hæc est doctrina Saluatoris, qui docuit discipulos suos orare, vigilare semper, & orare, vt non succūbant irruentibus ex improuiso tentationum impulsibus. Ad iam credentes Christus loquitur, Vigilate, & orate, pulsate & aperietur vobis, & id genus aliæ scripturæ, quibus significatur, quod homo iam illustratus fidei dono, habeat auxilium, quo valeat orare, & impetrare, continentiæ, & perseuerantiæ dona. Et idcirco quamuis nemo possit, neque perseuerare in fide & charitate, neque continenter viuere, nisi
deus

deus dederit, tamen imputatur illi si non perseueret, si nõ continenter viuat, quia ex fide iam accepta valet vigilare, orare, & accedere ad thronum gratiæ, vt inueniat auxiliũ quo adiuuetur, atque sic dirigatur a deo, vt perseueranter, ac continenter viuat. Sapiens vt sciuit, quod non posset esse cõtinens, nisi deus dederit, adijt dominum, & deprecatus est illum ex totis præcordijs. Vnde Hieronymus interpretãs illud Matthęi. 19. Non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est. His, inquit, datum est, qui petierunt, qui voluerunt, qui vt acciperent, laborauerunt, omni enim petenti dabitur. Ad hunc sensum dicit Augustinus in lib. primo, de prædestinatione sanctorum, donum perseuerantiæ suppliciter potest emereri, sed postquam datum est contumaciter amitti non potest, nempe si est datum, vsque in finem est perseueratum.

¶ *Sequitur sextus huius libri tractatus, in duo capita distributus, De gratia & natura liberi arbitrij, de captiuitate, seruitute, & libertate eiusdem, de concordia item præscientiæ, prouidentiæ prædestinationis diuinæ, cum eodem libero arbitrio, continens generalia quædam, quibus aperitur uia ad intelligendum ea, quæ tractantur in sequentibus libris.*

CAPVT PRIMVM.

SECVNDVM seriem doctrinæ iam de libero arbitrio, simul & gratia differendum est, scrutãdumque est, sit ne liberum arbitrium, an non sit, & si sit, quidnam sit, & quam vim seu facultatem habeat operando, & vtrum captiuitas, seruitusque peccati, quæ intrauerunt per Adæ peccatum, abstulerunt ipsum, & an dei gratia, præscientia, ac prædestinatio impediant illius libertatẽ. Et primũ cões de hac re sunt afferendæ sententiæ, atque ita deinceps a notioribus nobis procedendum, vt perueniamus in notitiam eorũ, quæ sunt ignotiora nobis. Primum igitur communia vtrinque afferemus argumenta, quibus hinc inde considerantis aperitur via, ad dissoluendum quæstiones difficiles.

Præmittemus autem primum quatuor argumentorum genera, ex quibus videtur consequens esse, nullum esse hominis liberum arbitrium. Deinde quatuor subijciemus genera rationum, quibus plane demonstratur, liberum esse hominis arbitrium. In primo genere argumentorum assumã scripturas, testimonia sanctorum patrum, & rationes, ex quibus consequens esse videtur, omnem iusticiam, omnem bonum voluntatis motum, interiorem pœnitentiam, omniaq; bona opera ac merita a solo deo fieri in anima, & animã ipsam sese habere perinde atq; subiectũ suscipiẽs ab altero impressiones, & motus, quo admisso, consequens erit, non esse vllam vim liberi arbitrij bene & male operantis. In secundo genere argumentorum assumam scripturas & argumenta, rationes de impotentia recte agẽdi, de captiuitate, seruitute, ac vulneratione sequuta per Adæ peccatum, ex quibus consequens videtur per Adę peccatum prorsus de humano genere perijsse liberum arbitriũ, quemadmodum in homine iam captiuo, & vinculis compedito perijt libertas, qua poterat pridem libera sua membra mouere in opus. In tertio genere argumentorum assumam scripturas & argumenta de præscientia, prouidẽtia, & voluntate diuina infallibili, & immutabili, ex quibus consequens videtur, omnia quæ fiunt ex necessitate absoluta euenire, quo admisso prorsus euerti videtur liberum hominis arbitrium. In quarto argumentorum genere assumam scripturas & argumenta de ęterna prædestinatione, & reprobatione diuina, ex quibus consequens videtur salutem hominum electorum, & damnationem reproborum pendere in sola voluntate dei, pro sua gratia, quem voluerit eligentis, aut pro sua iusticia, quem voluerit despicientis, quibus admissis prorsus videtur liberi arbitrij potestas euersa. Prioris generis argumenta sunt.

Primum in scriptura sacra liberum arbitrium non reperitur vspiam, neq; in lege, neq; in prophetis, neq; in euãgelicis, Apostolicisq; doctrinis, sed solus deus legiť in scripturis omnia facere in nobis opera bona, & tollere a nobis peccatum, malam seu duram voluntatem, & dare seu creare in nobis cor nouum, & spiritum nouum. Ipse loquitur in scripturis, Ego auferam cor lapideum de carne vestra, &

dabo vo

dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum, cor lapideum. i. duram voluntatem, cor carneum . i. bonam & humilem vo luntatem. Deus, inquit Paulus, operatur in vobis velle, & operari ꝓ bona voluntate. Vna cois est scripturarũ, & oim orthodoxorũ patrũ sententia, oia opera bona, oia merita bo na, esse in nobis dei dona, etiã preceptorũ opa, dicẽte Paulo, Ipsius sumus factura in Christo Iesu creati in opibus bonis. Vnde orat Aug. Dñe da quod iubes, & iube qđ vis. Et ꝙ solus deus hęc in nobis operetur, videtur ex ꝟbo creatiõis, quod creatur, solus deus operatur. Vnde orat propheta, Cor mundum crea in me deus. Secundum argumentũ.

Si voluntas hominis in opere bono cooperaret̃ deo, ho mo ipse sua voluntate deũ adiuuaret in operibus bonis, hoc autem falsum, dicẽte scriptura, Quis audiuit, inquit Esaias, spiritũ domini, aut quis cõsiliarius illius fuit? Pręterea lutũ in formatiõe vasis nõ cooperatur figulo, Ergo videt̃ ꝙ neq̃ homo in reformatione ad vitã spiritualem cooperetur deo. Nã sicut lutũ, inquit Herem. in manu figuli, Ita vos in ma nu mea, dicit dñs. Itẽ Paulus, An nõ habet potestatẽ figul⁹ luti facere aliud vas in honorẽ, aliud in contumeliam?

Tertio si in operatione bona est cõcursus liberi arbitrij, simul & dei, perinde atq̃ duo hoies concurrũt in tractũ na uis, consequẽs erit liberũ arbitriũ suis viribus aliqd agere, quemadmodũ vterq̃ trahentiũ nauem suis viribus operat̃. Qđ videt̃ esse contra Paulũ in epistola ad Corin. Neq̃ qui plantat est aliquid, neq̃ qui rigat, sed q incrementũ dat de⁹. Deinde homo si aliquid suis viribus agat libera sua volũta te, ergo aliquid habet, vnde possit gloriari aduersus alterũ nõ sic operantẽ, quod est contra eundẽ Paulũ, Quis, inquit, te discernit? quid habes quod non accepisti? Quod tractãtes Cypri. Augu. & Ber. In nullo, inquiunt, est gloriandũ, quia nostrũ nihil est, & propterea tutiores viuimus, si totum deo damus, non illi ex parte, & nobis ex parte. Rursus Ber nardus in fine libri sui, de gratia & libero arbitrio, non par tim gratiam, partim liberum arbitrium, sed vt totum in il lo scilicet libero arbitrio, ita totum ex illa scilicet gratia.

Ex quibus videtur consequens esse quod volun tas hominis deo non cooperetur, quod & plane videtur ex verbo Apostoli demonstrasse Augustinus in epistola ad Six tum.

tum. Quod Apostolus dicit non esse volentis, neq; curretis sed dei miserentis, non idcirco inquit, dictum est, quia est est hominis, & diuinę voluntatis cōcursus in operādo, sed idcirco quia nihil potest homo, nisi deus misereatur. Et in Enchiridio capite. 32. sic argumentatur, Si propterea, inquit, dictum est, non est volentis, neq; currentis, sed dei miserentis, quia non est solius hominis volentis, aut currentis, sed dei etiā miserentis, & cooperantis, ac si velit dicere ex vtroq; simul op⁹ fieri, vt sic dictūaccipiamus, nō est volētis neq; currentis, sed dei miserentis, tanq̄ diceret non suffi cit sola voluntas hominis, si non adsit etiam dei misericordia, sequeretur etiam recte posse dici econtrario, videlicet nō est dei miserentis, sed volentis & curretis, hominis, quia illud solius dei misericordia non impletur, sed nullus Christianus audebit dicere, non est dei miserentis, sed volentis hominis, ne apertissime apostolo contradicat. Ex his igitur videtur cōsequens Apostolū hæc propterea dixisse, quia totum deo dandum. Hęc & id genus alia multa, de quibus latius in libro de natura & gratia, sunt, ex quibus videtur concludendum esse hoc quod vocamus liberum arbitrium nihil agere, sed solum tanq̄ subiectum bonarum affectionū & bonorum operum capax in se suscipere quę deus operaƭ.

Secundi generis argumenta sumptis videlicet medijs de captiuitate & seruitute liberi arbitrij, & vulneratiōe, ac impotētia recte agendi sequuta per Adę peccatū sunt huiuscemodi. Primū tota scriptura sacra, totaq; sanctorū patrum doctrina plena est testimonijs plane docentibus humanū gen⁹ ab initio conditum a deo liberum & in paradiso collocatum, ab omni miseria & captiuitate immune, sed ipsum hanc libertatem perdidisse, & per Adę peccatum esse mortuū in seruitutē adactum, vinctū, captiuū, infirmū, languidum, ad oē opus bonū, vt ex supioribus līquidū est. Hæc quoq; est ecclesiasticę fidei regula, & totius doctrinæ in religione Christiana fundamentum. Ex quo videtur cōsequens esse per Adæ peccatum de humano genere arbitrij libertatem perijsse, siquidenm seruitus ac captiuitas sub vinculis peccati, & sub potestate diaboli, non videtur posse stare cum libertate. Quod & sermone plano videƭ docuisse Aug. in Enchiridio cap. 30. Homo male, inquit, vtēs libero arbi

to arbitrio, & se perdidit, & ipsum. Sicut enim, qui se occidit vtiq; viuendo se occidit, neque seipsum poterit resuscitare cum occiderit, Ita dum libero arbitrio peccaretur, vincẽte peccato, amissum est liberum arbitrium. Qui facit peccatum, inquit Christ⁹, seru⁹ est peccati, a quo quis deuict⁹ est hui⁹ & seruus addictus est, A diabolo captiui, ingt Paulus, detinentur ad ipsius volũtatem. Secundũ argumẽtum.

Augustinus in primo libro retractationum, capite nono, quasi regulã ponit eorum dogmatum, quæ in suis scriptis de libero tradiderat arbitrio. Cum de libera, inquit, voluntate recte faciendi loquimur de illa, inquit, in qua factus est primus homo loquimur. Iam vero ad bene agendum libertas arbitrij ad bonum perijt, & sequuta est dura necessitas habendi peccatum. Et in libro de spiritu & litera. Ad nihil, inquit, nisi ad peccandũ valet liberum arbitriũ, si lateat veritatis via. Ecclesiasticę fidei regula est per Adæ peccatum liberum arbitrium adeo esse infirmatum factumq; lãguidum & vulneratum, vt per illud nequeat se vllus homo de fouea damnationis erigere, aut de luto peccati eripere, nisi quem gratia dei miserentis erexerit. Vnde & huius consideratione Augustinus, & Bernard⁹ plane docent, hęc duo precepta. Diliges dominum tuum ex toto corde, & nõ concupisces, in hac vita esse viribus liberi arbitrij impossibilia, nam propter peccatum in oĩ carne propagatũ ab Adã habitans, quod per vnum hominem intrauit, non totis viribus possumus in hac vita diligere deum, neq; vitare omnẽ concupiscentiæ motum. Vnde Amb, & August ex doctrina Pauli dicentis, Ego autem carnalis sum venũdatus sub peccato, quod odi malũ, hoc facio, plane docet hominem non posse neq; suggestiones supprimere, neq; vitare omnia peccata, neq; viuere sine peccato, eumq; esse infirmum ad præcepta legis seruanda, & plerumq; inuitum peccare, & ex necessitate Tertium argumentum. Quicumq; liber est, facit quod vult, sed homo per Adę peccatum tam carnalis est factus, adeoq; venundatus est sub peccato, vt iuxta Pauli doctrinã, non faciat quod vult, Non quod volo bonum hoc ago, Caro concupiscit aduersus spiritũ, et spũs aduersus carnẽ, vt nõ quæcũq; vultis, illa faciatis. Hæc & id genus alia multa sunt, ex quibus videĩ cõcludendũ esse libe

rum arbitrium nihil iam esse, sed periisse de humano genere, argumentis sumptis ex seruitute & captiuitate, quæ intrarunt in humanum genus per Adæ peccatum, de quibus peculiariter in hoc libro longe lateq; dicturi sumus.

Tertij generis argumenta, sumptis medijs ex præscientia, prouidentia, & voluntate diuina infallibili, immutabili, sunt huiuscemodi. Primum, Aliter fieri non potest, q̄ deus futurum ordinauit. Prouidentia diuina, non est ab vlla creata causa impedibilis, aut superabilis, nō est inquit, qui de manu mea eruat, operabor, & quis auertet illud ? & alibi, Verbum quod egredietur de ore meo, fiet, & nō reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcumq; volui, & prosperabitur in his, ad quæ misi illud. Propterea non poterant Iudæi credere, quia hoc futurum prædixerat Esaias, cui dei pręscientia hac in re fuerat reuelata. Vnde & in scripturis mandat deus, vt abijcientes omnem sollicitudinem industriæ nostrę totam rerum nostrarum curam proijciamus in eum, qui prouidet omnibus, quemadmodum volatilibus cœli, quæ neq; ferunt, neq; metunt, deus prouidet, & pascit illa. Secundum argumentum. Omnis creata causa sub deo operatur, & est tanquam instrumentum, quo deus vtitur ad perficiendum opera secundum suæ voluntatis beneplacitum, cui nulla creatura valet resistere. Ergo voluntas hominis sub diuina voluntate non libere agit, sed agitur potius & trahitur, quemadmodum securis aut serra mouetur ab homine artifice, neq; aliter, neq; ad alia sese potest vertere, quam deus voluerit. Non est ergo libera hominis voluntas, potens agere, & non agere. Non est, inquit Hieremias, in homine via eius, nec viri, vt dirigat gressus suos, sed a deo gressus hominis diriguntur. Item in voluntate tua cuncta sunt posita, & non est, qui resistit voluntati tuę. Cor regis in manu dei est, quocumq; voluerit inclinabit illud. Deus habet super humana corda omnipotentissimam potestatem, gubernans non solum vt causa permittens, aut sinens illa agere, sed vt causa efficiens cuiuslibet actionis & motus. Tertium argumentum.

Omnis potentia, quæ in suis actionibus efficaciter regitur ab immutabili causa, est ad suum actum, & motum determinata, & non potest non agere, sed voluntas homi-

nis in actionibus suis efficaciter regitur a diuina volunta-te immutabili, Non habet ergo in sua potestate non agere, quippe per diuinam prouidentiam, quæ frustrari non potest, determinata ad suum actum & motum. Preterea diuina voluntas non potest aliter facere, quam ab æterno proposuit. Deus enim nunquam pœnitet voluisse illud, quod semel voluit. Neq; enim, vt ait Samuel, homo est, vt agat pœnitentiam. Sine pœnitentia, inquit Paulus Apostolus, sunt dona dei & vocatio, Ergo & humana voluntas, quæ non aliter potest facere, quam deus voluit, non potest ea quę futura sunt, non facere.

Quarti generis argumenta, sumptis medijs ex ęterna prędestinatione, & reprobatione diuina, sunt huiuscemodi.

Primum Impossibile est prędestinatum damnari, quemadmodum & impossibile reprobatum saluari. Neq; enim deus potest incipere prędestinare Antichristum, quē reprobauit, neq; item potest incipere reprobare Paulū, quē prędestinauit, quia diuina voluntas est immutabilis, quod semel voluit, ab ęterno voluit, neq; vnq; pœnitet illū voluisse quicq;. Videtur ergo prędestinatio electorum ad vitam ęternam, sicut & reprobatio impiorum in ignis gehennam esse necessaria, & ab humana voluntate ineuitabilis, & nō impedibilis. Secundum argumentum. Prędestinatio diuina, quemadmodum demonstrat August. ex scripturis sacris, non solum dat posse bene velle, posse recte viuere, & iuste operari, sed etiam dat ipsum bonum voluntatis motum, rectam vitam, & iusta opera, oīa eni illa sunt dei dona, quę deus ab ęterno suis electis prędparauit. Deus, inquit Apost. est q operaī in vobis velle, et opari p bona volūtate.

Tertiū argumenū. Secundū scripturas sacras credere in Iesum, est dei donū, dicēte Christo, Nemo venit ad me, nisi cui datū est a prē meo. Venire ad Christū, est credere, inquit August. in Christū. Gratia, inquit Paulus, saluati estis per fidē, & hoc non ex vobis, dei enim donum est, nō ex operibus. Causam aūt cur illi credere volūt, isti contradicūt, designat Aug. in libro de prędestinatiōe sanctorū, quia in illis, inquit, prępatatur volūtas a domino, in istis non prępataī, dicēte Christo, Nemo venit ad me, nisi cui datū ē a prē meo. Quid est, Nemo venit ad me, nisi nemo credit in me?

Oo ii Prę-

Præterea prædestinati omnino peccare non possunt vsq; in finem, dicente Ioanne, Qui ex deo natus est, non peccat, & non potest peccare, Non potest arbor bona fructus malos facere. Hominem reprobatum nemo potest corrigere, aut emendare, dicente scriptura. Considera opera dei, quia nemo potest corrigere, quem ille despexerit. Despicit autem deus, quosdam indurans, aggrauans, excæcans, vt percipere non valeant diuinæ vocis, aut lucis influxum, quemadmodum testatur in euangelio Christus de Iudæis, ꝑpterea, inquit, non poterant credere, quia dixit Esaias, excæcauit oculos eorũ. Iuste inquit Augu. damnanẽ etiã hi, qui fidẽ Christi audire nõ potuerũt, nõ habentes a quo discerẽt. Rursus recte, inquit, nõ admittiẽ in regnũ cœlorũ, nõ regenerat⁹, etiã ꝗuis Christian⁹ nõ solũ nõ fuerit, sed nec esse potuerit. Idem in lib. de correptione & gratia, Quicumq; in præsciẽtia dei & prouidentia sunt prædestinati, etiam nondum nati, iam in præscientia sunt filij dei, & omnino perire nõ possunt. Quod dedit mihi pater, inquit Christus, nemo potest rapere de manu patris mei. Ex quibus omnibus consequẽs videtur, prædestinationem ac reprobationem necessitatem quandam imponere humanis voluntatibus. Hæc sunt quatuor generum argumenta, ex quibus forsitan prorsus videbitur esse euersum liberum hominis arbitrium, quæ tam & si iam olim fuerunt frequentius a patribus tractata, euentilata, & declarata, ex eis tamen perperam intellectis hæretici huius temporis, firmantes sibi sermonem nequam, sic defendere moliuntur dei gratiam, vt adiutoriũ gratiæ prorsus tollant, & iniuriam faciant deo conditori naturę, asserẽtes non esse vllam nostri arbitrij vim libere agendi quicꝗ, ipsumq; liberum arbitrium in scripturis sacris non reperiri, & idcirco ipsum nihil esse, sed rem de solo titulo. Nec his contenti vniuersa contemnunt, quæ veneranda nobis tradidit antiquitas. Hoc hominum genus, inquit, non nouum, nam & de his ipsis diuus loquitur Bernardus, pro suo tpe in homilijs. 65. 66. super Cantica. Sacramenta, inquit, ecclesiæ inter se certatim dilacerare contendũt, ecclesiã se esse dicũt. Irrident nos, quia baptizamus infantes, q̃ oramus ꝓ mortuis, q̃ sanctorum suffragia postulamus, negant posse esse episcopum, qui peccator est; & id genus alia multa in

occul

occultis docent in angulis, in conuenticulis susurrant. Sed vile, inquit, hoc genus hominum, ac rusticanum, & sine literis, & prorsus imbelle, conflictus omnino ab his, & defensio perijt. Nã & illa, in quibus male sentiũt, defensibilia nõ sunt, nec tam subtilia, q̃ suasibilia, & id dumtaxat mulierculis, rusticis, & idiotis, nec rationibus conuincuntur, quia nõ intelligunt, nec autoritatibus corrigũtur, quia nec recipiũt, nec flectuntur suasionibus, quia subuersi sunt. Mulieres relictis viris, & item viri dimissis vxoribus, ad illos se conferunt. Clerici & sacerdotes, relictis ecclesijs, intonsi, atq; barbati apud eos inter textores & textrices plærumq; inuenti sunt. Probatum est, mori magis eligunt, q̃ conuerti, & inter eos aliqui non modo patienter, sed læti, vt videbatur, ducebantur ad mortem, diabolo illorum corda possidente.
Et q̃uis non esset opus multa aduersus homines istos stultissimos & obstinatissimos dicere, quippe qui rusticani homines sunt, & idiotæ, & prorsus contemptibiles, sed sufficeret innotuisse illos, vt vitentur, tamen nõ est cũ eis negligenter agendum, multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum, vt cancer, late serpit ad decipiendum, præsertim simplices & idiotas, quales vtiq; omnes, inquit Bernardus, sunt, quotquot adhuc de hac secta esse expert⁹ sum. Omnibus vna intentio semper hæreticis fuit, captare gloriam de singularitate scientiæ, sola ista malignior cæteris, versutiorq; hęresibus damnis pascitur alienis, propriæ gloriæ negligens, cuius professores solius euangelij se profitẽtur ęmulatores, & solos, nec tamen inter se omnes per oĩa concordant. Hactenus Bernardi sententię de suis temporis hæresibus iam hoc nostro sæculo resuscitatis. Dicturi autem in sequentibus libris de omnibus supradictis hęresibus latius, nunc quantum ad pręsentis libri attinet materiam, compendio quodam tractabimus cuncta, quę in alijs libris prolixe satis disputantur.

¶ *Sequitur secunda huius capituli pars, in qua ponuntur rationes ad contrariã partẽ, quibus demõstratur esse liberũ hominis arbitriũ.*

NVNC ergo ad habendum secundum ecclesiasticam traditionem verum & catholicum de gratia & libero arbi

ro arbitrio afferemus.4.rationū gñā supradictis.4.generib⁹ prius cōtraria,et quasi cōtrarijs medijs respōdentia,qb⁹ plane demōstrabitur in humano genere esse vim rationalē libere agēdi. Primū genus rationū assumit scripturas sacras et testimonia sanctorū patrū,ex qbus plane demōstrat, qđ credere & interius poenitere,oīaq; bona opa & merita sunt act⁹ voluntatis ex libero arbitrio seu iudicio operātis.

Secundum genus rationum assumit sibi scripturas & rationes,quibus plane demonstratur,quod natura humana post captiuitatem & seruitutem,quæ intrauerunt per Adæ peccatū adhuc potest per vim liberi arbitrij libere agere atq; producere tam naturę,q̄ gratiæ opera. Tertium genus rationum assumit sibi scripturas & rationes,quibus plane demonstratnr pręscientiam,prouidentiā, & volūtatē diuinā,neq; impedire,neq; tollere vi aliquid agēdi ex libero ratiōis iudicio. Quartū gen⁹ rōnum assumit sibi scripturas & ratiōes,qb⁹ plane videbit eandē vi liberi arbitrij per diuinā prędestinationē & reprobationem nō esse euersam.

Prioris ergo generis rationes sunt tres. Prima est. Tota scriptura sacra plena est sententijs, vim illam seu facultatem in homine,quam liberum vocam⁹ arbitriū, plane demonstantibus,quibus conuenitur seu admonetur homo,vt inter multa sibi proposita dijudicet,discernat,consulat,discat,oculos,aures,cæteraq; membra, aut moueat in opus,aut prohibeat ab opere,ad cor redeat, peccata recogitet, temporis pręsentis,præteriti & futuri rationē habeat. Vnde ad populum impium, & iam sub peccato captiuum loquit deus,vt iudiciū ferat,Popule meus, inquit,quid feci tibi,aut qđ molest⁹ fui tibi?respōde mihi. Habitatores Hierusalē,& viri Iuda,iudicate inter me & vineā meā. Quid quod vltra debui facere vineæ meę,& nō feci? & actuū.4. inqt,Si iustū est in cōspectu dei vos potius audire,q̄ deū,iudicate,recte iudicate filij hominū. De semetipso & de actibus suis dijudicare,discernere inter sacrū, & profanum,inter licitum & illicitū,inter temporalia & ęterna sunt liberi arbitrij opera. Vnde etiā gentilium hominū,& hui⁹ mūdi siue philosophi,siue iudices,siue sapientes secundū suas leges iudicant,definiunt, decernūt,quid liceat eligere, quid deceat quod paci,conseruationi suarū rerū expediat,& secūdum le

dum legem quandam naturæ etiã iudicãt inter causã & causam, inter facientem & patientem iniuriã, & nũc passionibus sua sponte consentientes, nunc naturalis cuiusdã honestatis, aut verecundiæ rationem habẽtes secundum legem intus scriptam definiũt. Vñ & in vnamquamq; gentem deus proposuit rectorem, qui de rebus ad huius vitę rempublicam attinentibus, & de omni medio ad finem, quem sibi præstituit respublica, diligẽter, inquirit, deliberat, iudicat. Hæc omnia, inquit Saluator, gentes inquirũt. Si non fuerit in gentibus libera facultas examinandi euangeliũ sibi propositũ, quid op⁹ erat, qđ apostoli ỽbũ euangelij gentib⁹ proponerent. Vnde & ipsi hęretici hac in parte absurdissimi seipsos destruũt, se reuincũt, & se liberum habere arbitrium plane ostendũt, in eo plane quod liberum arbitrium negant sua pertinacia malignaq; volũtate ratiocinantes, excogitãtes, & inuestigantes scripturas, & argumenta ad defendẽdum falsas suas sententias. At dices hominem semper quidem habere libertatẽ male operãdi vel cessãdi ab opere, sed nos de libertate iuste opandi nũc loquimur, de qua libertate & scriptura loquitur. Respondeo. Aliud est libertas iuste operandi, Aliud libertas arbitrij. Illa est accidentalis rationali creaturæ, quemadmodum & iustitia. Proinde & hanc libertatem nõ habet homo, q̃ diu caret iustitia, sine qua nõ potest aliquid gratum deo, seu placitũ & acceptum ad regnum cœlorũ velle aut operari. Hęc vero libertas, quę est arbitrij absq; vlla coactiõe cõsentiẽtis est aut dissentiẽtis substãtialis rõnali creaturę. Et hoc est qđ docuerũt patres sancti, Bernar. in li. de grã & libero arbitrio, q̃ tam post peccatũ, q̃ añ, semp libertatẽ arbitrij tenuit homo incõcussã, Nequaq; ob hos, inqt, iã perijt liberũ arbitriũ ab hoie, quia iã non potest non peccare, licet perierit libertas a peccato & libertas a miseria. Si nõ esset liberum arbitriũ, quomodo de⁹ iudicaret genus humanum. Qua ratiõe dicit Eezechiel propheta, Ego vnũquemq; iuxta vias suas iudicabo, Impius si egerit pœnitẽtiam, vita viuet, Iust⁹ aũt si auerterit se a iustitia morietur. Non veniunt beluę & irrationalia in iudiciũ, quia nõ habent liberum arbitriũ, non iudicant, & idcirco non iudicabuntur. Et hanc esse omniũ orthodoxorum sententiam ex scripturis sacris demonstratam, planissime in sequentibus sumus ostensuri.

Seccunda

Secunda ratio. Quamuis nemo valeat proprie adiuuare spiritum domini, aut cōsiliarius esse, cū deus omnipotens omnium rerum conscius, neq; vllius auxilio, neq; vllius consilio indigens, vtiq; tamē hominem cooperari deo, qui potestatem illam cooperandi dignatus est creatis causis communicare, est ex scripturiis manifestissimum, docentibus in opere bono vnumquemq; adiuuari a deo. Scripturæ omnes, quę designant deum nos adiuuare, plane etiam demonstrant nos aliquid agere, Non enim adiuuatur, inquit Augustinus, nisi qui aliquid etiam operatur. Vnde adiuuare alterum, & consiliarum esse alterius proprie acceptis vocabulis, sunt superioris causę ad inferiorem, & idcirco non deum nos adiuuamus, quis ipse nos adiuuet. Verum quidem est nos esse in manu dei, sicut lutū in manu figuli, quātum ad aliquid, quantum vero ad aliquid non sic, quia qui creauit nos sine nobis, non iustificat nos sine nobis. Proinde per omnem locum scripturę exigitur motus voluntatis humanę, quod non potest fieri iustificatio impij sine motu liberi arbitrij pœnitentis & credentis in eum, qui iustificat impium. Sicut ergo lutum est in manu figuli pręparantis ipsum, aut ad accipiendum formam honoris, aut contumeliæ, Ita nos sumus in manu dei aut deserentis nos sub peccati maledictione naturę humanæ debita, aut præparātis nos ad accipiendum formam salutis, & gratiæ supra naturę humanę meritum. Tertia ratio. Si in operatione bona non esset concursus liberi arbitrij, simul & dei facientis animā libere, & spontanee credere, consentire, pœnitere, & bene viuere, falsum esset quod ipse decet in scripturis, Ego dabo vobis cor nouum, ego faciam vt vos faciatis, & in præceptis meis ambuletis, hoc est ego faciam vos facere & in præceptis meis ambulare. Vnde & hac ratione deus ipse, q dicit, Ego dabo vobis cor nouū, is itidem pręcipit nobis, vt nos faciamus nobis cor nouum. Facite vobis, inquit, cor nouū, & spiritū nouū. Vnde Augusti. in lib. de gratia & libero arbitrio, ca. 15, Ne putent, inquit, homines nihil facere per liberum arbitriū, ex eo quod scriptura dicit, Auferam a vobis cor lapideū, & dabo vobis cor nouū. Idcirco in psal. dicitur, Hodie si vocē eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, & per ipsum Ezechielem, Proijcite a

vobis

vobis omnes iniquitates, & facite vobis cor nouum & spiritum nouum. Ecce, qui dicit, Ego dabo vobis cor nouũ, is & iubet, Facite vobis cor nouum. Quare iubet nisi vt homo faciat? Quomodo dat, si homo faciat? nisi quia ipse dat quod iubet, hoc est ipse præueniens hominem ita iuuat vt voluntarie faciat. Deus inclinat cor nostrum in testimonia sua, inclinatio tamen illa non alienæ, sed nostræ naturæ est motus. Vtrũq; significauit scriptura, in qua dicimus orantes, Inclina cor meum deus in testimonia tua, & rursus, Inclinaui cor meum ad faciendum iustificationes tuas in æternum. Deus igitur inclinat, & homo ipse inclinat, sed quẽadmodum homo orare non posset, Inclina cor meum deus, nisi iam pridem tractus a deo, haberet cor suum vtcumq; inclinatum, Ita quod dicit, Inclinaui cor meum ad faciendũ iustificationes tuas, non sibi arrogat, sed deo tribuit. Nã & in eodem psalmo iam dixerat, Super inimicos meos prudentem me fecisti, mandato tuo lucerna pedibus meis, verbum tuum, & lumen semitis meis. Prouidꝰ sanctus scripturę spiritus omnibus obuiat erroribus. Nam interdum exaggerando & inclinando gratiam tacita libera voluntate totũ tribuit diuinę misericordiæ, ne homo putet aliquid boni esse suum quod non sit ex dei munere. Interdum tacita gratia totum tribuit homini, ne ita in deum cuncta rejiciat homo, vt se putet posse otiosum & segnem esse. Hęc est per omnem locum prophetica, euangelica, & Apostolica doctrina, quę nec superbos vult nos esse nec desides. Vnde deus & liberum arbitrium simul ad opus bonum nõ perinde concurrunt atq; duo homines ad nauis motũ, vbi vterq; suis agens viribus trahit, vbi tametsi ipsius nauis motus nõ fieret nisi vterq; traheret, tamẽ nec alter ab altero vim accipit agendi, nec impetum, inclinationẽ, aut affectionẽ trahendi, sed concurrit ad opus bonum deus cum homine, quẽadmodum sol cooperatur aeri, ceram mollienti per acceptũ ab ipso sole lumen, ac calorem, quemadmodum & ductor concurrit viam monstrans, & erigens ducit languidum & imbecillum. Proinde & per omnem scripturæ locum gratia Christi comparatur lumini, & duci nobis infirmis in tenebris, in vijsq; lubricis ambulantibꝰ. Vnde Ambrosiꝰ, Quiuis illuminatarum mentium pius motus alienari qui

dem non poteſt a propria hominis poteſtate, ſed vt ad id quod æquum & vtile eſt animi tendat intentio, de incommutabilis inſpiratione voluntatis concipitur. Et ſicut arte medici fit in oculis caligantibus, vt poſſint videre, quod pridem non viderant, nec tamen non ipſorum eſt viſio, quã medicina contulit, Ita & in cordibus hominum habitantium in tenebris agitur, vt de vero lumine lumen accipiant quo videant, & ambulent in via ſalutis. Atq; ita liberum arbitrium cooperari deo non obuiat apoſtolo Paulo dicẽti, Neq; qui plãtat eſt aliquid, neq; qui rigat, ſed qui incremẽtum dat deus. Quis te deſeruit? Quid enim habes, quod nõ accepiſti? Siquidem Paulus hæc dicens intendit docere non q̈ liberũ arbitriũ nihil agat, ſed q̈ ex ſe nihil boni faciat ſine gratia dei ſic præuenientis, præparantis, illuminantis, atq; ducentis, vt hilari & ſpontanea voluntate illi obediat, ac ſeruiat. Ex huiuſcemodi autem gratia ſic ex dei præuenientis & præparantis tractu accepta ſimul & quotidiano illius auxilio fiunt omnia, quę ſequuntur opera bona a libero hominis arbitrio. Quo fit vt totum corpus bonorum operum ſit deo dãdum, Totum, inquam, id eſt quodlibet opus in homine bonum. Proinde ſegregatus ex maſſa perditionis non habet ex ſe, vnde in ſe glorietur aduerſus alterum in eadem maſſa perditionis derelictum, quamuis habeat a deo vocante & præparante, vnde glorietur in domino. Nemo venit ad patrem niſi credat in Chriſtum, Nemo aũt credit in Chriſtum, niſi vocetur, atq; ita etiam vocetur, vt ſibi perſuadeatur. Ipſa vocatio quæ fidem in nobis, pręuenit, neq; eſt voluntatis noſtræ opus, neq; in poteſtate eius. Velle itaq; iuſte & bene non eſt volentis hominis ſemetipſum pręuenientis, excitantis, & mouentis, vt fiat promiſſionis filius, ſed dei præuenientis & miſerentis, qui hominem pręueniendo excitat, & ad hanc ſalutem accipiendã præparat, eligit, & ſegregat. Item incipere credere, aut bene velle, & bene currere non eſt hominis volentis & currentis, id eſt, non eſt propter merita volẽtis aut currẽtis homini datũ, ſed eſt hoĩ pręparatũ ex gratia miſerẽtis dei, qui ſua vocatiõe interna gratis iuſtificat, & inſtigat credendi voluntatem, ſed non inde conſequens eſt nos non habere ad vllum opus vim liberi arbitrij. Nam & ante hanc ſalu

tis ſuę

tis suæ gratiam, quamuis homo nihil iuste & bene opere-
tur, vtique tamē de multis operibus huius vitę libere iudicat,
discernit, deliberat, consultat, definit, & ex libero iudicio
mouet membra in opus priusque etiam gratiam & salutem
accipiat libere de gratia, & salute iudicat, consulit pro illa
supplicat, & suspirat. Deinde post acceptam gratiam ex libe
ro iudicio suę rationis secundum eandem gratiam libere vi
uit & operatur bene. Et ita quamuis nemo te discernat seu
segreget a vilitate conditionis debitę humano generi nisi
deus, qui per Christum Iesum tui miseretur, largiens gra-
tiam non tibi debitam, vtique tamen facultas liberi arbitrij
etiam ante manebat in te integra, tametsi nō ad faciendum
opera bona. Quod autem Cyprianus, Augustinus, & Ber
nardus ex scripturis sacris demonstrant in nullo esse glorià
dum, nostrum nihil esse, totum deo dandum; non illi ex par
te, nobis ex parte, & non partim gratia, partim liberum ar
bitrium operari, sed totum in illo & totum ex illa plane vo
lunt nullum esse in nobis opus bonum, quod non sit dei do
nū, quia sine gratia nihil boni potest facere liberū hominis
arbitrium, & ita in congerie bonorum operum totum deo
dandum, id est quodlibet opus bonum dei est opus. Hæreti
ci autem errāt tribuentes non totum deo, sed nobis ex par
te, deo ex parte, arbitrantes in congerie bonorum operum
vnū opus bonum nobis tribuendū, aliud bonum opus deo
soli tanque vicissim operarentur gratia & liberum arbitri-
um, quæ in omnibus bonis operibus simul operantur, Sic
diuus Ambrosius in pręfata epistola ad Demetriadem vir
ginem, si tamen titulus suum non mentiatur autorem, coar
guit eos, qui docent hominem in quadam suarum actio-
num parte indigere dei auxilio, in quadam autem non
indigere, quasi vllum tempus sit, vllumue momentum,
in quo pernitiosum illi esse non possit, si ab eo spiritus san
ctus defuerit. Et ita sancti hoc dicentes, non solum volue-
runt non excludere, sed etiam includere cooperationem,
seu cōcursum liberi arbitrij in operibus, seu meritis bonis.
Ex quibus scripturis & sanctorū patrū doctrinis hęretici
falso moliunt̄ concludere, liberum arbitrium nihil agere.
Ex ijsdem plane demōstratur cōtrarium videlicet liberū ar

bitrium etiam agere. Vnde ipse Bernardus vbi dicit, Non partim gratia, partim liberum arbitriũ, sic plane loquitur. Gratia ad hoc prçuenit liberum arbitrium, vt iam deinceps illi cooperetur, & ita quod a sola gratia est cœptum pariter ab vtroq; videlicet a gratia & libero arbitrio perficitur, vt mixtim, non singillatim simul, non vicissim per singulos profectus operentur, non partim gratia, partim liberum arbitrium, non vnam partem operum gratia sola, alteram partem liberum arbitrium solum, sed totum. i. totam congeriẽ operum, & quodlibet opus bonum, hoc scilicet liberum arbitrium operatur, totum illa scilicet gratia operatur, sed sicut totum in illo scilicet libero arbitrio, ita totum ex illa scilicet gratia. Credimus, inquit, placere lectori, q a sensu apostoli nequaq; recedimus, & quaq; versum euagetur oratio, in eadem pene ipsius Apostoli verba fræquenter recidim⁹. Quid enim nostra oratio aliud sonat, q illud? Ergo neq; volentis, neq; currentis, sed dei est miserentis, quod sane nõ ideo dicit, quasi quis velle & currere possit inuanum, nec ideo solum, vt inquit Augustinus, q concursus sit dei & hominis, sed quia is qui vult & currit, non in se, sed in deo a quo accepit & velle, & currere, debeat gloriari, neq; enim potuisset velle & currere in vitam æternam, nisi præuentus gratia dei excitantis & iustificantis. Nemo impius potest semetipsum iustificare, nemo mortuus peccato, potest seipsum resuscitare, hoc ẽ non potest vitã spiritualem sibi infundere. Itaq; qui gloriatur, in domino glorietur. Et hçc est plana omnium ecclesiasticorum patrum doctrina, ex scripturis sacris euidentissime demonstrata, & præsertim Augustinus multis in locis, Vt velim⁹, inquit, deus operatur incipiens & præueniens, qui volentibus cooperatur, pficiens vt velimus, sine nobis operatur deus, cum autem volumus, & sic volumus vt faciamus, nobiscum operatur de⁹, hoc est, vt incipiamus velle bene, qui eramus malç voluntatis. Deus in nobis operatur sine nobis solus sua vocatione sancta, nos excitãs & suggerens, & gratiã immittens. Sicut autem de malis motibus, dicit Apost. quædã se facere, quæ nõ ipse facit, sed qd' habitat in ipso peccatũ, vbi aliud sensus illiciti, aliud cõsensus in illicitum. Ita & in motibus honestatis, quædã facit homo, quç tamẽ non ipse facit, sed spirit⁹ dei

de prȩueniētis & excitātis ad illa, vbi & aliud est sensus honestatis, aliud cōsensus. Sufficit aūt hic obiter trāsire & succinctim transcurrere. Nā prolixe demonstrātur hæc oīa lucidissime ex scripturis sacris in li. de natura & gratia, & in lib. de concordia liberi arbitrij, & prȩdestinationis diuinȩ.

Secundi generis rationes demonstrantes per captiuitatem & seruitutē, quȩ intrauerūt per Adæ peccatū liberū arbitrium de humano genere non perijsse. Ratio prima.

Tota sacra scriptura, totaq; sanctorū patrū doctrina, est plena testimonijs plane docētibus etiā post Adæ peccatū permansisse in humano genere liberi arbitrij seu iudicij facultatem, qua rationalis anima libere valeat de rebus agendis sibi propositis consulere, deliberare, easq; examinare, & examinatas iudicare, eisq; examinatis spontanee consentire, aut dissentire seu acceptare vel refutare, alioquin spiritus sanctus in scripturis frustra peccatores ad credendum, & ad fugiendum ac refutandum carnis desideria ad viuendū secundum leges, regulamq; præceptorū inuitaret frustra, proponeret consilia, exhortationes, præcepta, prohibitiōes, correptiōes, poenarum cōminationes, & premiorum pollicitatiōes. Vñ neq; talia pponit quisq; beluis, infantibus, insanis, aut dormientibus, qui non possunt de vllis rebus sibi propositis iudicare, discernere, examinare ad rationem iusti ac iniusti attendere, an præceptum, an vetitum considerare. Sic arguit venerabilis pater Augustinus. Si non esset liberum arbitrium, quomodo deus iudicaret hunc mundū? Nemo arguit, aut obiurgat eū, quem habere rationis iudiciū nō ȩstimat. Nihil enim aliud est arguere aliquē, q̄ in memoriā eius peccata seu turpiter facta reducere, et cōmonstrare, ac añ oculos ponere errata, vt se videat, deformē se iudicet, & accuset, inci piatq; sua sponte refutare ac detestari ea, in quæ pridem sua spōte consentiebat. Hȩc oīa sunt in hoīe liberi arbitrij officia. Experit quisq; in se facultatē examinādi res sibi ppositas, & spōtanee cōsentiendi ac eligendi in vnū aut alterū, et animā intus præsidentē, finē aliquē sibi cōcipere, & in illū libere cōsentire, & pro illo prȩstituto, media quȩdā excogitare, & inter media multa proposita examinare, deliberare, cōsulere, & tandē iudicare, & habita consideratiōe tēporis præteriti & futuri decernere, quid cōueniat, deceat, aut oporteat

porteat, & pro fine illo preconcepto assequendo eligere, aut fugere vnū aut alterū, & imperare mēbris, mouēdo ea in opus, vel prohibendo ab opere. Experit̄ hęc quisque in se, cū pro arbitrio se ꝟtit, & voluit nunc ad illud, nūc ad aliud cogitandū vel operandū, nūc mouēs mēbra in opus, nūc prohibēs ab opere. Vñ scriptura dicēs, Qui facit peccatū, seruus est peccati, a ꝙ quis superatus est, huius & seruus addictus est, cōcludit, quidē hoēm per peccatū, factū esse seruū peccati, seruumq́ꝫ diaboli. Illumq́ꝫ preterea nō esse liberū a culpa & miseria, sed non inde consequēs est per peccatū perire vi illā arbitrij a coactione liberam, quę est facultas libere cōsentiendi aut dissentiendi. In superioribus generū rationibus declarauimus hoc pręcipuum esse, qđ hæreticos fallit incautos, ꝙ aut nesciūt, aut nolunt distinguere inter facultatē liberi arbitrij, seu vim per liberū, seu spontaneum iudiciū eligendi seu consentiēdi in aliquid, & libertatē, quæ est ab oī malo et miseria, quarum libertatum distinctio est ex scripturis sacris manifestissima, quemadmodū deo adiuuante, ostēdemus in lib. de captiuitate & libertate liberi arbitrij, vbi demonstrat̄ hoēm per Adæ peccatum nō perdidisse libertatē sui arbitrij, ꝗuis iam peccati seruus, & sub potestate diaboli, reus damnationis perdiderit libertatē a peccato, & miseria, a quibus iā olim in paradiso erat liber & immunis. Iam olim Pelagius hęreticus, suiq́ꝫ complices male intelligentes beati Augustini, & catholicę ecclesię doctrinam de diuina gratia calumniabātur eiusdē Augu. doctrinam, dicentes, ꝙ ipse ita defenderet gratiam, vt liberum negaret arbitriū. Quorum sane iniustam calumniam multis in locis a se refellit, & præcipue in libro. 1. contra duas epistolas Pelagianorum, capite. 2. Nemo, inquit, nostrum dicit, ꝙ per peccatū primi hoīs liberū perierit arbitriū de humano genere, sed quod perierit libertas a peccato & miseria, quę sane libertas in paradiso fuit libertas quędam habendi plenā cū immortalitate iustitiā, sed nō perit liberū arbitriū.

Secunda ratio. Ecclesiastica prędicatione ex scripturis sacris est definitum, Adam ante transgressionem mandati, de fructu arboris fuisse prorsus a peccato & miseria liberum, habuisse libertatem arbitrij, qua poterat peccare, & non peccare, sua sponte consentiendo & obediendo

deo

deo præcipienti, aut diabolo suggerenti, eademq; hac potestate abutentem, fuisse constitutum in ira dei, & in miseria. Quamuis autem per Adę peccatum, homo sic factus sit iræ filius, iusticiaq; perdita, deo inimicus, non potens absq; illius gratia aliquid recte ac iuste velle aut agere, quod sit illi gratum vel acceptum, vtiq; tamen quisq; experitur, quod & ex scripturis demonstratur sese habere vim, qua potest de hoc suo peccato, & de lege dei, & iusticia eius, & vita æterna, & regno eius, altero docente iudicare, deliberare, & sese posse vni aut alteri sua sponte assentiendo subijcere, aut dissentiendo spernere & contemnere, & sese aliquo persuadente, posse pro venia ac iusticia gratis impetranda ad deum suspirare & orare. Hęc & id genus alia, sunt rationalis creaturæ officia in scripturis sacris designata. Ex eo igitur, q̄ quisq; aliquid patiatur inuitus propter cōmissum peccatum, non oportet consequens esse, perijsse vim liberi iudicij, seu consensus. Vnde Augu. li. primo retractationū, cap. 22. Nisi quisq; mutauerit voluntatem, bonū operari nō potest, quod in nostra potestate esse positū, docet saluator, dicens, Aut facite arborem bonam, & fructū eius bonū, aut facite arborē malā, & fructū ei⁹ malū. Verū bn̄facere in potestate nōstra nō esset, nisi misericordia dei hoēm prępueniret. Nā & hoc deo prępąrante debemus prędicare, firmiter credere, & nullatenus dubitare, quod per peccatum primi hoīs ita genus humanum sit incuruatū, vt nullus postea aut credere in deum, aut diligere illum, sicut oportuit, aut bene operari potuerit, nisi eum gratia diuinę misericordię præuenerit & erexerit, largiens consiliū, auxiliū, & pręsidiū. Consilium quidem, quo cognoscat in terra veram salutis viam. Auxilium, quo erigatur & trahatur de lacu peccati, & statuatur in viam rectā. Pręsidium, quo deus sit illi turris fortissima a facie inimici, adsit illi ambulanti inter medios hostium cuneos, ductor, & protector assiduus. Verum quidē est præcepta viribus nostris solis esse impossibilia, sed idcirco de⁹ pręcipit ea, quę p̄ nosmetipsos implere non possum⁹, vt sciam⁹ qd ab illo petere & orare debeamus. In eo qđ iubet, admonet facere qđ possis, et petere qđ nōdū possis. Propterea, inqt Au. iubet deus ea, quę facere nō possum⁹, vt in nobis deficiētes, ad illū cōfugiam⁹, ī li. de spi. & lit. ca. 17.

Ratio

Ratio tertia. Rationalis anima ꝗuis plęrumqꝫ patiat aliquid in carne, aut in membris coacta nolens & inuita, nihil tamē ex volūtate agit inuita, nihil eligit & acceptat, in nihil cōsentit, nisi libere et spontanee. Manus, pedes, cęteraqꝫ corporis mēbra plærūqꝫ patiuntur voluntate aut inuita aut non consentiēte, sed nihil vnquam ex voluntate homo agit per suū corpus & membra, nisi volūtas intus præsidens libere consentiat, et moueat illa. Caro & mēbra martyrum fuerunt in potestate torquentium, sed nō corda, quæ manserunt libera. Fecerunt in eos quę voluerunt, sed in mēbra, non in corda, non habentes, quo cogerent illa, vt consentirent. Corpus deijcitur in vincula, in compedes ligatis manibus & pedibus, non tamen inde est consequēs eum perdere liberum arbitrium, quia adhuc ei liberū est de suis vinculis ferre iudiciū et causas ꝑpter quas hęc patit̄, examinare, an iuste sint, an iniuste, adhuc ei liberum est consentire, & non consentire in vincula & compedes, Sic & plærūqꝫ rationalis voluntas patitur aliquid inuita, sentiens etiā plærumqꝫ illicita desideria, nihil tamen ex voluntate agit inuita, & proinde iuxta apostoli Pauli doctrinam non peccat, si neqꝫ obediat neqꝫ consentiat. Hæc est irrefragabilis Hieronymi, Augustini, Bernardi, omniumqꝫ orthodoxorum patrum doctrina de gratia & libero arbitrio tractantium ex scripturis sacris demōstrata. Ex his igitur manifestum est liberum viatoris arbitrium pro hoc statu non esse definiendum, quod ęqua potestate, aut facultate inter bonum & malū vertatur, hęc enim sunt libertas voluntatis, secundū quā voluntas libera erat a peccato & miseria sub innocente statu, nūc autem voluntas necessitate & inuita est miserię seruituti, & captiuitati subiecta, manet tamen in actibus sui consensus libera a coactione, quia ad consentiēdum nulla vi, nulla cogitur necessitate.

Tertij generis rationes sunt, quibus demonstratur pręscientiam & prouidentiam dei cuncta infallibiliter gubernantis non tolli liberum hominis arbitrium. Prima.

Deus ipse quicquid facturus est, id pręsciuit & ab ęterno proposuit, & quicquid nō ē facturus, id pręsciuit, et proposuit non facere, sed ex scripturis sacris est manifestissimū deū multa & præsciuisse, & proposuisse facere, quę tā

poteſt

potest facere, & rursus multa proposuisse, se facturum esse, quæ tamen potest non facere, Matthęi .3. Potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahę. Itē Mat.26. An putas quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plus q̄ duodecim legiōes angelorum? Item Danielis tertio, Sidrac Misaac,, & Abdenago, dixerunt ad regem Nabuchodonosor. Deus quem colimus, potest nos eripere de camino ignis ardentis, & de manibus tuis o rex, q̄ si noluerit, notum sit tibi, quia deos tuos non colimus. Item Sapientiæ vndecimo, Immisisti eis multitudinē mutorum animalium in vindictam; vt scirēt per quæ quis peccat, per hæc & torquet. Non enim impossibilis erat omnipotens manus tua, quæ creauit omnia ex nihilo, immittere illis multitudinem visorū. Dominus qui Lazarum, inquit Augustinus, suscitauit in corpore, potuit & Iudam suscitare in mente, potuit quidem, sed noluit. Ex quibus manifestum est deum aliter q̄ præsciuit & proposuit posse facere, & ita diuinam præscientiam & prouidentiam immutabilem non imponere rebus vllam necessitatem. Proinde & præcipit deus homini, vt sollicite ambulet cum domino deo suo, & curam gerat salutis suę, & omni custodia seruet cor suū, & talentum desuper acceptum non defodiat in terram, non sinat manere otiosum, sed negotietur in eo, quę omnia plane indicāt, non sic omnia esse committenda diuinę prouidentię, tanq̄ nos debeamus esse otiosi, sed comouēt & excitant liberum nostrum arbitrium ad operandum.

Secunda ratio, ex scripturis sacris luce clara demonstratur rationales creaturas multa posse facere, quę non faciunt, & posse multa non facere, quę faciunt. Talem intellectum habuerunt sancti patres ex scripturis sacris ab initio. Vnde Genes.31. Dixit Laban ad Iacob, Nūc valet manus mea reddere tibi malum, sed deus mihi dixit, Sane non loquaris cum Iacob quicq̄ durius, Item ecclesiastici.31. Iustus potuit transgredi, & nō ē transgressus, potuit facere mala, & nō fecit, Item secundi Macha. sexto, ait Eleasarus, Domine qui habes scientiam manifeste, ita scis, quia cū a morte possem liberari, duros corporis sustineo dolores, secundum animā vero ꝓpter nomē tuū libenter hæc patior. Ex prędictis cōsequēs ē primo ea quę fiunt non ex necessitate fieri. De-

inde ea quę diuinitus præſcita ſunt & pręordinata poſſe nõ fieri. Tertio Deum quod præſciuit & pręordinauit ſe facturũ, poſſe nunquam pręſciuiſſe & pręordinaſſe. Quarto deũ plærumq; dare rationali creaturę auxilium, q̃ poteſt facere aliquid ſi velit, quod tamen non facit, quia non vult facere. Vnde & huius cõſideratione plærũq; legim⁹ in ſcripturis hominem reſiſtere deo, illiusq; voluntati, & ſpiritui ſancto. Proinde hęc, cũ deus aut Chriſt⁹ in ſcripturis dicit ſe nõ poſſe facere hoc vel illud, vel oportere facere aut pati hoc vel illud, indigent interpretatione & intellectu ſano. Quod Geneſ.17. dicit dominus ad Abraham, Num potero celare Abraham quæ geſturus ſum? quaſi dicat, non. Et Gene.19. Dixit dominus ad Loth, Feſtina, & ſaluare ibi, quia nõ potero donec ingrediaris ibi. Item Saluator Marci.6. Non poterat ibi facere virtutem vllam. Tertia ratio.

Qua demonſtratur per diuinam præſcientiam & prouidẽtiam, non euerti liberum hominis arbitrium, impoſſibile ẽ, quod voluntas hominis velit aliter, vel alio moueatur modo, quam deus vult eam velle. Sed deus quotieſcumque vult hominis voluntatem velle, vult eam libere velle, & non coacte, Ergo neceſſarium eſt, quod voluntas hominis libere, & non coacte velit, quicquid voluerit. Quemadmodum deus vult cauſas naturales non libere, ſed ex neceſſitate agere naturę, Ita vult cauſas liberas nõ ex neceſſitate, ſed libere operari. Reguntur quidem hominum volũtates a diuina ꝓuidentia, quę omnipotẽtiſſimam habet poteſtatem in hoĩm corda, non ſolum vt cauſa permittens hoẽm agere, & nõ cooperans, ſed vt efficiens & mouens cauſa, ita tamẽ ſuauiter mouens ac dirigens liberum hominis arbitrium, vt ſecundum ſcripturę teſtimonia relinquat in illius poteſtate, etiã ea quę facit, poſſe non facere, & multa, quę nõ facit, poſſe facere. Propterea ergo homo eſt liberi arbitrij, quia diuina prouidentia ita gubernat illũ, vt in quodlibet conſentiat, aut diſſentiat, nõ coactus neceſſitate vlla, ſed volũtate libera & ſpõtanea cõſentit aut diſſentit. Pręſcientia igitur & prouidentia diuina, ex quibus hæretici moliũtur liberũ hoĩs arbitrium euertere, non ſolum non euertunt, ſed & planiſſime ipm eſſe demonſtrant. Hanc ergo dei prouidentiam infallibilem, ſuamq; voluntatem vnicam, fixam, ſempiternã, & immobi-

mobilem, cuncta gubernantē stare cū rerum, quæ fiunt, con tingētia fide teneas, etiam q̄uis intellectu idipsū penetrare nō valeas, & noli curiose scrutari, si nō velis errare, noli altū sapere, sed time, magisque studeas ex fide in deum ambulare, q̄ intellectu & scientia illius immensitatē inuestigare. Ipse enim deus magnus & incomprehensibilis, vincens sapientiam nostram, dicasq; cum Apostolo Paulo, O homo tu quis, qui correspondeas deo? O q̄ incomprehensibilia sunt iudicia tua, & imperuestigabiles viæ tuæ?

Pergamus nunc ad quartam viam rationibus demonstrantes per diuinam prędestinationem & reprobationem non esse euersum hominis liberum arbitrium. Primū argumentū ex scripturis sacris est manifestū, iustū prędestinatū posse trāsgredi legē dei & facere multa, quę nō facit, eumq; posse a charitate et fide semel accepta deficere, et in mala volūtate pseuerare vsq; in finē. Quēadmodū de iusto loqtur Paul. Qui stat, videat ne cadat, & de iusto dicit, q potuit facere mala, & nō fecit. Paulus vas electionis, certus erat se prædestinatum esse, tñ sibi timuit, castigans corpus suū, & in seruitutem redigens, ne ipse dū alijs prædicaret, fieret reprobus. Q uis contingere nō possit, q aliquid aut fiat, aut futurū sit aliter, q̄ de⁹, aut prędestinauerit, aut reprobauerit, tñ secundū canonicas scripturas firma fide tenendū est deū ea quę factur⁹ est libera sua volūtate & cōtingenter facturū esse, ex quo cōsequēs est hominē, qui prædestinat⁹ est, posse dānari, & eū insuper, qui est reprobatus, posse saluari, cū sit ex scripturis sacris manifestissimū, deū ea posse non facere quę ꝓposuit facere, & eundē insup multa posse facere, quæ tamen ipse facturus non est, prędestinatum quoq; hominē posse facere mala, quę non facit, & a charitate cadere vsq; in finem vitæ posse perseuerare in mala voluntate. Verum quidem est, deum non posse incipere prædestinare hominem, quem reprobauerit, nec item posse incipere reprobare hominem, quem prædestinauerit, sed non inde consequens est, deum ex necessitate prædestinasse vllum hominē, aut ex necessitate reprobasse, neq; etiā cōsequēs est vllū hoēm prędestinatū, ex necessitate esse ꝑdestinatū, aut vllū hoēm reprobatū, ex necessitate esse reprobatū, nā quę in propositionib⁹ āncedētib⁹ sunt ꝑdicata, significāt quādā scietię

 & volun

& voluntatis mutationem, quæ non potest deo competere. Quemadmodum deus non potest nũc incipere scire aliqd, nam quicquid nunc scit, ab æterno sciuit, ita non potest nũc incipere prædestinare hoẽm, quẽ tamen ab æterno prędesti nauit, potest nũq̃ prędestinasse. Sed hęc arbitror acutiorib⁹ esse relinquẽda, nec temere pscrutãda a tardiorib⁹ ingenijs.

Secunda ratio. Operatur quidem diuina prædestinatio in omnibus prædestinatis bene viuere, & recte operari, non quod ipsi prædestinati nihil agant libero suo arbitrio, sed quod ita attrahat ipsos prędestinatos, ita quoq; iuuet illos, vt ipsi voluntarie bene viuant, & operẽtur opera bona, dicente ipso per prophetam, Ego faciam vt vos faciatis. Tã suauiter, tamq; sapienter deus operatur in iustis hominib⁹ bene velle, & bene operari, vt non adimet eis declinãdi ad vitia possibilitatem, neq; prę scientia, neq; reprobatio cogit reprobos, si conuerti noluerĩt. Dicit enim per Ezechielem deus, Si dixero peccatori mortem morieris, & ille cõuersus, iustitiam fecerit, vita viuet & non morietur. Secundũ morem humanum loquentes, ea quæ in se sunt a nobis incomprehensibilia, accommodat imbecillitati intellectus nostri, ostendens vnicum suum immutabilem, inuariabilem voluntatis suæ actum, non esse ad malum damnationis nobis inferendum, nisi propter causas inuentas in nostris voluntatibus. Si gens illa, inquit, egerit pœnitentiam, agam & ego pœnitentiam super malo quod locutus sum, vt facerẽ eis, tanq̃ dicat, malum quod eis facere decreui propter peccata ipsorum pœnitere nolẽtium, facturus sum, quod si pœnitentiam ipsi egerint, id quoq; prę sciuissem, & nunq̃ malum tale proposuissem illis facere. Quęstio autem illa, quomodo deus prę stinauit suos electos, & attrahit eos, quos in libero dimisit arbitrio, Difficulter, inquit Augu. soluitur. Quomodo enim, inquit, attrahit, vt quos, quod voluerit eligat, & tamen vtrumq;, inquit, verum est, sed intellectu hoc pauci penetrare valent. Diuina prædestinatio iusti homis voluntatem ita dirigit & gubernat, vt ipsa hominis voluntas libere in id quod vult agere consentiat, tantoq; magis libere iustus quisq; operatur, quanto magis suauiter a deo ad faciendum ducitur & inclinatur. Quantumlibet fueris conatus penetrare sempiternæ ac immutabilis prędestinatio

nis & reprobationis diuinæ abyssum stare cum mutabilitate rerum contingentia, & cum potestate humanarum voluntatum ad opposita eorum, quæ sunt ordinata ab æterna immutabili & infallibili prædestinatione, nec cōprehendens, nec prorsus quiescet inuestigatio mentis tuę, nisi in obsequium fidei tuū captiuaueris intellectū, & sub potēti manu dei humiliatus, discas sapere non alta, non plus ꝙ oporteat, sed ad sobrietatē vt credas, quod spiritus dei in ecclesia Christi docet, etiā ꝙuis nequeas humanę ratiōis indagine penetrare. Magis studeas in hac vita deum diligere, timere, & reuereri, q̄ ea quæ dei sunt comprehendere. De his autem in lib. de natura & gratia, & in libro de diuina prouidentia, & rursus in libro de diuina prædestinatione latius.

Tertia ratio. Ex eo quod saluator dicit, Nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit eum, consequens est hominem a patre tractū, aliquid etiā volūtarie agere, scilicet sua sponte venire, q̄uis nequaꝙ venire potuisset, nisi tractus esset. Agit deus aliquid sine nobis, & aliquid agit cooperantibus nobis. Proinde non ait, nisi pater meus duxerit illū. Ne quis, inquit August. aliquo modo voluntatem hominis præcedere credat. Neꝙ rursus dixit, Nemo ambulat in semita mandatorum, nisi pater meus traxerit, ne voluntas hominis nihil agere credatur, cum bene operatur, sed nemo, inquit, venit ad me. i. credit in me. Nemo incipit in Christum credere, vt Christianus fiat, nisi deus vocare sua interna fide inspirata, pręueniat illum, faciens illum credere libera voluntate. Ducitur autem, cum iam ex fide voluntarie operatur, progrediens de virtute in virtutem, vigilando & orando assidue, vt inter tot, tantasꝙ huius vitæ tentationes, dirigatur mutabilis sua voluntas a deo in via Christi, quemadmodum orat propheta, Deduc me in semita mandatorum tuorum, quia ipsam volui; vbi pręcedit voluntas prophetæ, quæ a deo duci desiderat. Sed ne hæc voluntas quæ duci desiderat a semetipso habere putaretur, alibi testatur. Dixi nunc cepi, hæc mutatio dextra excelsi. Quod Apostolus Paulus dicit, Non est volentis, neꝙ currentis, ad hoc dicit, ne quis arbitretur motum voluntatis, aut cursum hominis tanꝙ meritum præcedere dei miserentis gratiam. In omnibus enim dei gratia hominem præueniens, præparat

vt iuste velle & recte in vitam æternam valeat currere. In omnibus iustificandis voluntas præparatur a domino deo, qui excitans, & pulsans hominis animam varijs vtitur me dijs, nunc totum simul infundens, nunc paulatim hominis animam pręparans, nunc incutiens gehēnæ timorem, nunc coram hoc mundo pudorem, nunc ingerens animi merorē, nunc afflictionem, vt animus non delitias, sed miseriæ sola tium potius quęrat, nunc mortis metum, vt ampli⁹ peccare non libeat. Atq; hæc omnia operatur deus, nunc per homines corripientes, nunc per prędicantes, nunc per hostes tyrannosq;, nunc per arma, nunc per leges imperiales, quæ & absq; his omnibus potest occulto, mirabili, & ineffabili mo do quęcumq; voluerit in nobis operari, nunc secundum iudicium suę iustitię, deserens & excitās, nunc secundum iudicium suę misericordię illustrans. Neq; satis est timere ge hennā, aut cessare a volūtate peccandi, sed & oportet amicū fieri deo, vt displiceat peccatum ex amore iusticię per spiritum intus viuificantē. Proinde nō solū op⁹ est excitatione, queādmodū dixit Pelagi⁹, sed op⁹ est gratuita liberatiōe, & viuificatione per spiritum fidei, qua & foras eijciatur princeps huius mundi per fidem in Christum pro peccatis nostris crucifixum. Timent dęmones, & tremunt sine dubio crucem non materialem foris ligneam aut lapideam, sed in tus in corde fidem in Iesum, in quo victi sunt & eiecti foras, nec aliter timebunt te, nec aliter tremor tuus super illos ueniet, nisi viderint in te crucem Christi operari, vt possis dicere cum Paulo. Mihi absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Iam scrutari si velis causam, cur deus qui in potestate habet omnium hominum corda ita pręparat aliorum corda, vt credere velint, aliorum vero corda non ita præparat, noli curiose scrutari, si non velis errare. Qui nō ita trahi tur, iusto dei iudicio deseritur, quia peccator est & supplicio dignus. Quamuis impij pro loco & tempore ita etiam plęrūque intus tangantur, vt valeant ostium cordis aperire, & sese ad accipiendum spiritum fidei & charitatis accommodare. Qui autē ita trahit̄ vt credat, secūdū gratiā dei miserentis trahitur. In huiuscemodi ergo quæ facit deus erga homines iam damnationi obnoxios operatur, nunc secundum

dum suam iustitiam, nunc secundum suam misericordiam. Vbi autem iustitia & misericordia, ibi nulli fit iniuria. Declarantur autem hęc omnia in libro de concordia praedestinationis diuinae, & voluntatis humanae, vbi & argumenta, & difficultates ac difficilium quęstionum nodi ac perplexitates ex scripturis sacris dissoluuntur.

His ergo quatuor vijs vtcumq; apertis ad intelligendū gratiam & voluntatem humanam in vnum concordare facimus. Primi tractatus huius libri finis.

¶ *Sequitur secundum huius tractatus capitulum, in quo demonstratur liberum arbitrium esse, deum autem sua gratia ipsum adiuuare.*

AD aperiendum viam intelligendi ea, quae de gratia & libero arbitrio sumus tractaturi, Sciendum est, primo quod inter hęreses contra gratiam, & liberum arbitrium, duae iam olim ante annos mille fuerunt praecipue ab ecclesia dānatę. Vna Manichęorū, Altera Pelagianorum. Illa liberum arbitrium prorsus tollit, docens non posse oriri malū nisi ex malo. Ista vero defendit omnino liberi arbitrij potestatem ad vtramlibet partem & ad bonum & ad malum omnibus esse communem. Liberum arbitrium si prorsus negetur, inquit Hieronymus, Manichaeorum secta construitur, Ipsius vero libertas, si omnino defendatur, haeresis contingit Pelagiana. Quosdam, inquit Augustin⁹, nimia voluntatis suę diffidentia deiecit in negligentiā, quosdam nimia voluntatis suae fiducia extulit in superbiam. Illi dicunt, vt quid conamur bene viuere, quod in solius dei est voluntate. Isti dicunt, vt quid rogamus deum, ne vincamur tentatione, quod in nostra est potestate.

Proinde & ista quęstio, vbi de libero voluntatis arbitrio & de gratia dei disputatur ita est, inquit Augustinus, ad discernendum difficilis, vt quando defenditur liberum arbitrium, dei gratia negari videatur. Quando autem asseritur dei gratia, liberum arbitrium putatur auferri. Difficultas autem haec inde nascitur. Nam diuina scriptura ita loquitur aliquando, vt nihil videatur liberum arbitrium prodesse ad salutem, sed sola gratia veluti, cum dicit. Non

Non est volētis neq; currentis, sed dei miserētis, deus cui vult miseretur, & quem vult indurat. Neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Aliquando vero ita loquitur, ac si tota nostra salus in libera nr̄a cōsistat volūtate, veluti cum dicit. Si volueritis, & me audieritis, bona terrę commedetis, Si nolueritis, gladius deuorabit vos. Ante hominem bonum & malum, vita & mors, quodcumq; voluerit, dabitur ei. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Quis est homo, qui vult vitam, Prohibe linguā tuam a malo, & labia tua ne loquanť dolū, diuerte a malo, & fac bonū. Proijcite a vobis inīqtates vr̄as. Mūda cor tuū, Facite vobis cor nouum. Ego reddam vnicuiq; secundum opera sua. Ex hisce similibusq; scripturis, quę inter se pugnare videntur gratiam simul cum libero arbitrio docet catholica ecclesia defendere, Authoritas enim diuina in scripturis nequaq;, inquit Augustinus, sic hominem admoneret si nullam libertatis rationem in homine cognosceret, Nec pro meritis bonis & malis, singulis retribueret, si per liberum arbitrium nullū bonum vel malum homo faceret. Rursus scriptura nec gratiā cōmendaret, nec eam ad salutē esse necessariam monstraret, si liberum arbitrium saluari, & bene operari sine gratia domini Saluatoris Iesu sufficeret. Cum Augustinus adhuc viueret, erant qui ex doctrina illius in diuersis libris super defensionem contra Pelagiū æditis arbitrabantur liberum arbitrium hominis tolli, de quibus ipse in epistola ad Valentinum sic loquitur. De vestro monasterio, inquit, venerunt ad nos duo iuuenes Erescontus & Fœlix, qui nobis retulerunt mōasterium vestrū nonnulla dissensione turbatum eo quod quidam in vobis sic gratiam dei prędicent, vt negent hominis esse liberum arbitrium, & quod grauius est, dicūt, quod in die iudicij nō sit redditurus vnicuiq; deus secundum opera eius, etiam hoc tamen indicauerunt, quod plures vestri non ita sentiāt, sed liberum arbitrium adiuuari fateātur per dei gratiam, vt recta sapiat & faciat homo, vt cum venerit dominus reddere vnicuiq; secundum opera eius, inueniat opera sua bona, quæ præparauit deus vt in illis ambulemus, hoc qui sentiunt, bene sentiunt. Obsecro itaq; vos fratres sicut Corinthios obsecrauit Paulus per nomē dn̄i nostri Iesu
Christi

Christi, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Hacten⁹ Augustinus. Plane vides liberum arbitriũ adiuuari per dei gratiam, nõ vt nihil agat, sed vt recta agat, recta sapiat, & ex gratia dei bona faciat opera, quia deus in die iudicij, vt inquit Paulus, reddet vnicuiq; secundum opera sua. Deinde idem venerabilis Augustinus aperiens quo nam pacto gratia dei adiuuat liberum hominis arbitrium. Primo enim, inquit, dominus noster Iesus Christus, sicut scriptum est in euangelio Iohannis, non venit vt iudicaret mundum, sed vt saluaretur mundus per ipsum. Christus Iesus, inquit Paulus, venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Postea vero, sicut scribit Paulus apostolus, iudicabit deus mundum, quando ven tur⁹ est iudicare viuos & mortuos, sicut tota ecclesia in symbolo confitetur. Si ergo non est dei gratia, quo modo saluat mundum? Si non est liberum arbitrium, quo modo iudicat mundum? Proinde librum meum, vel epistolam meam, in qua disputaui de gratia dei secundum hanc fidem intelligite, vt neq; dei gratiam negetis, neq; liberum sic defendatis arbitriũ, vt a dei gratia separetis, tanq̃ sine illa vel cogitare aliquid, vel agere secundum deum vlla ratione possimus, quod omnino non possumus. Propter hoc enim dominus cum de fructu loqueretur iustitiæ, ait discipulis suis, Sine me nihil potestis facere. Vnde & epistolam ad Sixtum Romanę ecclesiæ presbyterum, ex qua quidam vestrum occasionem sumpserunt errandi contra nouos hæreticos Pelagianos, noueritis esse conscriptam, qui dicunt gratiam dei secundum merita nostra dari, & homines a seipsis iustos fieri, in seipsis gloriantes, quasi hoc eis non deus dederit. Talibus dicit Apostolus. Quis te discernit? hoc est, quis te de massa perditionis separat nisi deus? Et quoniam homo inflatus posset dicere, discernit me fides mea, discernit prę uia cogitatio mea bona, discernit me oratio mea, qua merui iustus fieri, Mox Apostolus huic occurrit dicens. Quid enĩ habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Sic autẽ gloriantur, quasi non acceperint, qui se iustos a seipsis fieri putant. Contra quos ego in epistola, inquit, quæ ad vos peruenit probaui per testimonia sanctarum scripturarum tum bona opera nostra, tum rectã

 fidem

fidem, tum pias orationes nullo modo in nobis esse potuisse, nisi hæc acceperimus ab illo, de quo dicit Apostolus Iacobus, Omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est descendens a patre luminum. Nec quisquam dicat meritis operum suorum vel meritis orationum suarum, vel meritis fidei suæ sibi traditam dei gratiam, vt putetur verum esse quod illi hęretici dicunt, gratiam dei secundũ merita nostra dari, quod falsissimum est. Non quia nullum est meritum vel bonum piorum, vel malum impiorum. Alioquin, quomodo iudicabit hunc mundum, sed misericordia dei & gratia conuertit hominem, vt bona faciat merita. Quemadmodũ ait propheta, Deus meus, misericordia eius pręueniet me. Præueniet, inquã, vt iustificetur impius, hoc ẽ, vt ex impio fiat iustus, & incipiat habere meritum bonum, qđ deus coronabit, quando iudicabitur mundus. Multum igitur vos rogo, vt eum, a quo monachi vestri dicunt se turbatos ad me mittere non grauemini, aut enim nõ intelligit librũ meum de gratia differentem, aut forte ipse non intelligitur, quando difficillimã quęstionem & paucis intelligibilem enodare conať. Ipsa enim est quæstio de gratia dei, quæ fecit, vt homines nõ intelligẽtes Paulum Apostolũ putarẽt ipsum dicere, Faciamus mala vt veniant bona. Vñ & Petrus Apostolus in secunda sua epistola, Quapropter charissimi hęc expectantes satagite inuiolati & immaculati reperiri in pace, & domini nři Iesu Christi patientiam, salutẽ arbitremini, sicut & dilectissimus frater noster Paulus, secundum eam, quę data est ei, sapientiam scripsit vobis, sicut & in omnibus epistolis loquens in eis de his, in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles peruertunt, sicut & cæteras scripturas ad proprium suum interitum. Cauete ergo, quod tantus Apostolus tam terribiliter dicit, & vbi sentitis vos non intelligere, interim credite diuinis eloquijs, quia et liberum est hominis arbitriũ, & gratia dei, sine cuius adiutorio liberum arbitrium, nec cõuerti potest ad deum, nec proficere in deo, & quod pie creditis, vt etiam sapienter intelligatis, orate. Et ad hoc ipsum enim, id est, vt sapienter intelligamus est vtiq; liberũ arbitrium. Nisi enim libero arbitrio intelligeremus atque saperemus, non nobis præciperet deus in scripturis, In-

telligi

telligite ergo qui insipientes estis in populo & stulti, aliquando sapite. Eo ipso quippe, quo præceptum & imperatum est, vt intelligamus atq; sapiamus, obedientiam nostram requirit deus, quæ nulla potest esse sine libero arbitrio. Sed si possit hoc ipsum sine adiutorio dei per liberum arbitrium fieri, vt intelligeremus, & saperemus, non oraremus deum, dicentes. Da mihi intellectum, vt discam mãdata tua. Neq; in euangelio scriptum esset, Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. Hactenus Augustinus in epistola ad Valentinum. Et in epistola sequẽti ad eũdem Valentiuum. Sana fides catholica, inquit, neq; liberum negat arbitrium, siue in vitam malam, siue in bonam, neq; tantum tribuit eidem, vt sine gratia dei valeat aliquid, siue vt ex malo conuertatur in bonum, siue vt in bono perseueret, proficiat, siue vt ad bonum sempiternum perueniat, vbi iam non timeat ne deficiat, addens beatissimum Cyprianum super orationem dominicam ostendere omnia quę ad mores nostros pertinent, quibus recte viuimus a patre nr̃o, qui est in cœlis esse poscenda, ne de libero prẹsumentes arbitrio a diuina gratia decidamus. Plane vides resolutionẽ beatissimi Augustini explanantis catholicę fidei regulam, super gratia & libero arbitrio consistere in huiuscemodi pũctis. Primum liberi arbitrij esse hominem, sed ante gratiã nihil boni posse, nec cogitare, nec operari, & idcirco ipsũ sine grã nõ posse conuerti ex malo in bonum, vt fiat homo iustus, q fuit impius, qa deus est, q pręuenit hoẽm seminando talẽ cogitationẽ, taleq; fidei spiritum, q̃ iustificet gratis absq; vllis meritis pręuijs. Et idcirco in errorẽ dãnatũ eos cadere, q putãt ꝑpter aliqđ meritũ humanũ dari grãm, quę liberat hoẽm p Iesum Christũ. Deinde hoẽm iã conuersum & dei grã iustificatũ posse ex libero suo arbitrio deficere, & a diuina grã decidere. Et idcirco illũ oportere orare assidue, vt in huius vitę piculis, et sub põdere corruptibilis carnis, adsit illi deꝰ a dextris, auxiliariꝰ. Postremũ in dãnatã hęresim eos cadere, et manifestissimis scripturis sacris cõtradicere, q putãt qñ ad iudiciũ dñs venerit, nõ iudicari hoẽm secũdũ opa sua, q iã p ętatẽ vti potuit libero volũtatis arbitrio. Soli enĩ paruuli, inquit, q nondũ hñt opa ꝑpria, vel bona, vel mala secundũ solũ originale peccatum damnabuntur,

quibus per lauachrum regenerationis non subuenit gratia Saluatoris. Cæteri autem omnes, qui iam vtentes libero arbitrio propria peccata originali peccato insuper addiderūt, si de potestate tenebrarum per gratiam dei non exuuntur non solum secundum originis, verum etiam secundum proprię voluntatis merita iudicium reportabūt. Boni vero nō solum ipsam bonam voluntatē per dei gratiā sunt assequuti, sed etiam secundum suæ bonę voluntatis merita premium consequentur, & sic defendendo gratiam & liberum arbitrium ostenduntur scripturæ, inquit Augustinus, verissimę esse. Deinde sanctus Prosper venerabilis Augustini discipulus, tradens contra Cassianum duodecim definitiones catholicas super gratia & libero hominis arbitrio, secundum doctrinam eiusdem Augustini ad eūdem Cassianum sic loquitur, Christiana, inquit, corda nullo modo suscipiūt, quod persuadere conat⁹ es eos videlicet, qui gratia dei sunt quod sunt, nec laudem vllā habere nec meritum, & partem Christianorum saluatam ab eo, qui venit saluare quod perierat, partem vero esse susceptam. Insaniam istam superbę eleuationis discipuli Apostolicæ doctrinæ horescunt docentes, quod in toto ecclesiæ corpore, atq; in singulis membris, qđ mortuum erat, viuificantum est, quod captiuum fuerat redēptum est, quod erat cæcatum, illuminatum, quod perierat quęsitum est, quod errauerat inuentum est. Nec secundum nouam traditionem Christus aliorum est Saluator, aliorum susceptor, nec merito, nec laude priuātur, qui a deo accipiunt id quo ęterna mereantur bona, tantoq; beatiores sunt, quanto pauciora habuerant, quæ ipsorum sunt, & quāto plura, quę dei sunt, id est, tanto sunt iusti beatiores, quanto plua opera ex dei gratia habent, & quanto pauciora habent opera, quę ipsorum sunt, id est, ex proprijs viribus facta, sine dei gratia. Neq; conturbet nos superbientium hominum inepta queremonia, qua liberum arbitrium causantur auferri, si & principia & profectus & perseuerantia in bono vsq; in finem dei dona esse dicuntur, qm̄ opitulationes diuinę gratiæ stabilamenta sunt voluntatis humanę. Volentes oramus, & tñ misit deus in corda nostra spiritum clamantem abba pater. Volentes loquimur, & tamē, si pium sit, quod loquimur, non sumus loquentes nos, sed

spiri-

spiritus patris nostri loquitur in nobis. Volentes operamur salutem nostram, & tamen deus est, qui operatur in nobis velle, & operari pro bona voluntate. Volentes diligim⁹ dominum & proximum, & tamen charitas ex deo est diffusa in cordibus nostris. Volentes credimus, & tamen fides ex deo est, Hæc Prosper. Vides plane per dei gratiam, nec voluntatem auferri, nec merita bona tolli nec opera destrui. Vnde & ecclesia catholica vbiq; diffusa semper intellexit ex scripturis sacris per Adæ peccatum perijsse libertatem quidem habendi plenam cum immortalitate iustitiam, qualis in paradiso, & idcirco naturam humanam nunc absq; gratia non esse liberam ad bene iusteq; viuendum, sed non ob id perijsse prorsus liberum arbitrium, quo libere viuimus. Nam liberum arbitrium vsq; adeo, inquit Augustinus, in peccatore non perijt, vt per illud peccent omnes, qui peccant, & maxime hi, qui cum delectatione peccant, & amore faciunt, quod eis placet, quemadmodum per omnem locum contra Pelagianos idem pater venerabilis docet, & signanter in libro contra duas epistolas Pelagianorum, capite quinto. Peccato Adę, inquit, liberum arbitrium de homine perijsse, non dicimus, sed ad peccandum valere in hominibus subditis diabolo. Ad bene autem pieq; viuendũ non valere, nisi ipsa voluntas hominis dei gratia fuerit liberata, & ad omne bonum actionis, sermonis & cogitationis adiuta. Huiuscemodi autem dogmata, quemadmodum patebit ex infra dicendis, fuerunt omnium ecclesiasticorum patrum sacræq; theologię interpretum ab origine nascentis eclesiæ ad hęc vsq; tempora inuiolatæ ac incontaminatæ sententiæ, quas si attendissent hæretici non tam immodeste, non tam elato spiritu in dubiũ reuocassent ea, quę venerãda nobis tradidit antiquitas. Hæc igitur in genere sufficiant.

¶ *Sequitur secunda huius capituli pars, in qua ex simili tudinibus rerum corporalium declaratur modus, secun dum quem deus suæ gratiæ auxilijs iuuat liberum hominis arbitrium.*

TOTA scriptura ē plena tropis, metaphoris, et parabo lis succurrentibus imbecillitati intellectus humani, vt ex imfimis & corporalibus rebus assuescat in superiora ascendere, & ex visibilibus rebus spiritualia intellige re, quod cum spiritus sanctus in diuersis agat spiritualium rerum mysterijs, maxime tamen id solet facere, vbi agit de gratia & auxilijs dei miserentis & adiuuantis, explicans gratiam hanc & auxilia per diuersa adminicula, quibus ho mo in externis suis motibus, paratiōibus, & actionibus adiuuatur. Proinde vt labor nr̄ iuuet etiā paruulorum studia qui minus sunt capaces ad intelligendum ea, quæ per dei gratiam & auxilium intus fiunt in anima, Sciendum est quod multipliciter intelligere seu concipere possumus deū per gratiam seu per auxilium suum gratuitum adiuuare liberum hominis arbitrium. Vno modo, vt concipiatur huiu scemodi gratię auxilium esse tanꝗ organum quoddam seu instrumentum aut talentum aut indumentum aut aliud quoduis desuper datum quo posset homo libere vti, aut non vti. Veluti si diceremus diuinæ gratiæ auxilium esse, velu ti baculum quendam porrectum homini languido, quem ipse languidus si voluerit apprehendere poterit illi ceu sustentaculo innixus ambulare, & facere opera bona, quemad modum dicebat Iacob, In baculo meo trāsiui Iordanē istū.

Et videtur huiusmodi adiuuandi modus fundari in scripturis sacris, quibus dona gratiarum significantur esse talenta quędam, quibus iussum est homini, vt operetur in eis, & ne abscondat pecuniam domini sui in terra, & ne segnis sit, aut ociosus, sed vtatur & non frustra videatur recepisse dei gratiam. Negotiamini, inquit Saluator, dū venio, & Apostolus. Fratres adiuuantes exhortamur ne in vacu-

um

um dei gratiam accipiatis. Item gratia eius in me vacua nõ fuit, vacua, id est, inanis, inutilis. Sed plus omnibus laboraui. Vnde solent nonnulli similitudine quadam ostendere, dicentes deum in donatione gratiæ sese habere peride atq; mater, quæ pomum offert oculis filij, vt hoc inuitatus filius petens pomum accurrat & accipiat. Neq; voluit mater pomum dare ob id quod filius, qui nihil de illo cogitabat voluit accipere, sed econtrario ob id voluit filius accipere, quia mater coram oculis obtulit quod dare voluit. Sic & videtur Augustinus super Ioannem declarasse auxilium gratię, declarans verbum Christi, Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum, ostendis, inquit, oui ramum viridem, & trahis illam vt accurrat. Cęterũ & secundũ venerabilẽ presbyterũ Ancelmũ solet dici gratiam dei esse sicut vestem gratis oblatam pauperi, qui etsi vestem ex sese non habeat, eius tamen est acceptare & non acceptare oblatam, & accepta veste voluntarie vti, & non vti. Scriptura quoq; maxime videtur huic similitudini conuenire, quę auxilium dei assimulat armis aut vestibus, quibus induamur. Induite vos, inquit, armatura dei, & iterum. Induamini dominũ nostrum Iesum Christum. Huc videtur tendere parabola euangelica, Amice quomodo huc intrasti, non habens vestẽ nuptialem. Hanc autem Augustinus interpretatur esse charitatem, quæ iuxta Pauli apostoli doctrinam inter charismatum gratias est eminentissima. Secundum hanc quoq; doctrinam videtur declarasse auxilium seu gratiam dei vetustissimus theologię interpes diuus Dionysius in libro de diuinis nominibus ostendens exemplis duobus, quonãpacto ad deum conditorem nostrum attollimur. Primum est, Si intelligatur lucidissima catena ex summitate cœli ad nos vsq; suspensa, quam semper manibus vicibus alternantibus in altiora porrectis conemur apprehendere, videmur quidem tunc illam catenam deorsum mouere, quasi deum ad nos manentes immobiles trahere, sed reuera nosipsi potius illius catenę adminiculo subleuamur, illique inhærentes non deum ad nos trahimus, sed nosmetipsos trahimus ad deum, qui manens immobilis, nos ad sublimiores illustrium radiorum fulgores promouet.

Secundũ

Secundum exemplum. Si nauim ingressi manibus teneam⁹ funes nauticos ex saxo aliquo in litore fixo ad nos vsq; extentos, eorumq; nitamur auxilio, trahentes toto cor poris nisu, huiusmodi tractione non saxum ipsum ad nos ducimus, sed ediuerso nosipsos vna cum naui ad saxum pro trahimus, Ita sedulo piarum orationum studio nosipsi pro- pinquamus ipsi deo, qui manens in se fixus atq; immobi- lis vbiq;, est prẹsentia & virtute extra omnia & intra oĩa.
Iste autem modus adiuuandi, & si vtcunq; manu ducat humanum intellectum ad cognoscendum dei gratiam esse gratuitum quoddam donum, non plane tamen manifestat aut declarat gratiam auxilium quoddam dei miserẽtis, prę uenientis, & adiuuantis liberum arbitrium, non deseren- tis, sed iugiter facientis liberum arbitrium recte atq; volũ- tarie operari & agere. Deus quidem sua gratia liberũ mo- uens arbitrium quodãmodo sese habet, vt is qui claudo por rigit baculum vel sustentaculum, sed non omnino similiter. Nam is qui baculum porrigit abscedit porrecto baculo, & non amplius cooperatur ambulanti, deus autem suam no- bis porrigẽs grãm, sp p̃sens secũdũ grãm adiuuat hoẽm in oĩ ope bono. Prouidebã domino in cõspectu suo semper, qm̃ a dextris, inquit, est mihi, ne commouear. Tenuisti manũ dextram meã & in voluntate tua deduxisti me. Deinde nõ is qui baculum porrigit, neq; baculus ipse mouet claudum aut languidum hominem, sed homo baculum mouet. Deus autem sua gratia mouet liberum hominis arbitrium ad om ne opus bonum. Tertio posset quispiam huiuscemodi ex emplis facile decipi, arbitrans aliquid boni tribuendum es- se solius liberi arbitrij virib⁹, diuidit nẽpe inter id quod ex gratia est, & id quod ex libero emergit arbitrio. Quamob- rem magis conueniens erit similitudo, si is qui baculum aut manum porrigit languido, concipiatur porrecto baculo aut manu ad se trahere hominem illum languidum aut baculo aut brachio innitentẽ. Et ideo secundo modo auxiliũ gra tuitum, quo deus iuuat animam vt liberetur a peccato, & o- peretur bona, potest intelligi sese habere perinde atq; brachi um seu funiculus, quo deus ad se trahit ac rapit rationalem animam, quemadmodum si homini lapso in puteum porri- gatur funiculus, cui homo ipse lapsus si voluerit inhęrere

atq;

atq; inniti, Iam deo trahente funiculum, homo ipse extra puteum erigitur, subleuatur atq; attollitur, qui iam erectus potest ambulare. Secundum hanc consuetudinem crebro loquitur scriptura, quemadmodum dicit dominus deus in Osee, Ego quasi nutricius Effraĩ portabam eos in brachijs, & nescierunt, quod curarem eos, in funiculis Adam trahã eos. Sic loquitur Christus, Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum. Vnde & deuteronomij primo ad populum Israheliticum, ait scriptura. Portauit te dominus deus tuus, vt solet homo gestare paruulum filium suum in omni via, per quam ambulasti, donec veniretis ad locum istũ. Proinde & scriptura videtur commonuisse humanam naturam, vt nos adhęreamus ipsi deo, nitamurq; & maneamus in ipso, qui nos ad se non inuitos, sed voluntarios gratia sua trahat ad se. Sic beatus Augustinus libro .2. de libero arbitrio opus gratię declarãs, tradit eos, qui sponte ceciderunt, non posse etiam sponte surgere, sed oportere ipsos porrectã sibi dextram, id est Christum fide firma tenere. Quod sane testimonium adeo approbat Augustinus, vt & ipsius meminerit in primo suarum retractationum, dicens se in libris de libero arbitrio conscriptis contra Manichęos non omnino tacuisse de gratia contra Pelagianam hæresim, quæ tunc nondum exorta fuerat. Vnde & talem viam intelligendi gratiam sacra scriptura crebro inculcare videtur, ponens deum porrigere nobis manus suas adiutrices. Extendi, inquit, ad te manus meas, & non fuit qui apprehenderet eas. Item, Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, sed contradicentem mihi. Hæc autem via, tametsi magis, q̃ præcedens, congruat ad commonstrandam, atq; declarandam dei gratiam, qua operamur bona, non plane tamen introducit nos in cognitionem diuinę gratię dei assidue in nobis operantis. Possemus nẽpe ex hac via facile in errorem duci, Primum arbitrantes nos ex viribus nostri arbitrij posse apprehendere & tenere dextram, id est Christum saluatorem. Deinde possemus æstimare nos somniculosos ac otiosos & nihil operantes diuinitus ferri ac trahi a deo in omni opere bono, quemadmodum is, qui dormiens vehitur curru, aut naui fertur.

Proinde scire debes, quod deus sua gratia adiuuans li

berum hominis arbitrium,non prorsus sic sese habet, quem admodum is, qui brachium porrigit, quod oblatum si voluerit potest homo languid9 extendendo manum volũtatis suæ,accipere. Nam & ibi aliquid fit ab homine languido, quod non ab illo fit qui brachium aut funem porrigit. Videre enim huiusmodi brachium,deinde & velle atq; conari ad apprehendendum illud,postremum &extendere manus ad ipsum non fit ab eo,qui corporale nobis porrigit brachium,sed pprijs fit naturę viribus illius solius,cui datur auxilium. Homo autem peccator adeo est excæcatus, adeoq; ob strictus peccati vinculo nascitur, natusq; ad adultam perueniens ętatem ita infirmatur, vt neq; videre valeat salutis suę brachium,neq; manũ voluntatis suæ extendere, neq; in accepto brachio ambulare,nisi de9 sua misericordia,sua gratia suisue auxilijs hominem peccatorem illuminauerit,erexerit,traxerit,sanauerit, & iã sanatũ adiuuerit ac duxerit. Nõ poterit igit̃ similitudo hęc in oĩbus cõuenire actiõi seu motioni,qua deus sua gratia pręueniẽte trahit atq; illuminat,idemq; sua gratia subsequente ducit & adiuuat. Diuidit etiam via hęc inter opus bonum,quod sola fit gratia,& illud,quod a solo fit volũtatis arbitrio. Nẽpe extendere manum,atq; apprehẽdere porrectum sibi funem aut brachiũ a solo fit languido homine in puteum lapso. Tractus autem, quo iam ipse innix9 brachio sursum fertur ac trahitur a solo fit trahente,qui trahit ipsum languidum aut lapsum hominem brachio aut funiculo innitentem. Tertio modo gratia,qua deus mouet liberum hominis arbitrium potest concipi sicut lumen quoddam exęquo omnibus oblatum defluens a deo immẽso luminis fonte,vt videlicet intelligatur deus se habere,vt sol lumen administrans, et gratia sese habere ad liberum arbitrium perinde atq; corporale lumen,quo manifestata via sese habet ad corporis visum. Et hic modus cõcipiendi gratiam reperitur in pluribus scripturę locis,q bus gr̃a nomine lucis,aut luminis designatur. Dicitur enĩ dominus noster Christus in mundum missus ad illuminandum eos,qui in tenebris et in vmbra mortis sedent. Vñ dicitur lumen ad reuelationem gẽtium. De quo iam ante prę nunciauerat propheta,Habitantib9 in regione vmbrę mortis lux orta est eis. Proinde & scriptura admonet,vt ambulemus

lemus in lumine dei nostri. Item accedite ad eum, & illuminamini, appropiquate deo, & appropiquabit vobis. Et hāc viam cōcipiendi gratiam diuus tradit Dionysius libro. 4. de diuinis nominibus. Quemadmodum, inquit, sol iste corporalis non cogitatione aut electione, sed eo ipso quod est, illuminat omnia, quæ pro modo suo participationē luminis admittunt, Ita & summum bonum solem superans, ipsa sua substantia omnibus, quę sunt, ꝓ captu cuiusq; diffundit totius bonitatis radios. Hactenus ille. Item Origenes homilia. 2. super Gene. Sicut sol, inquit, præsens ē oculis etiam cæcis, q̄uis cæci recipere lumen non possunt, Ita & Christus lumen præstat mentibus nostris, & illuminabimur si non cæcitas mentis impediat, quod etiam si accidat, nos esse cæcos, Primum oportet nos sequi Christum clamantes & dicentes, Miserere nobis fili Dauid. Hoc quoq; videtur significasse euangelista, Lux in tenebris lucet, & tenebre eā non comprehenderunt, Erat lux vera, quæ illuminat omnē hominem venientem in hunc mundū. Quod tractās Chryso. sibi obijciens, Si Christus verum lumen, inquit, illuminet omnem hominem, quonā pacto tot homines sine lumine permanent, neq; omnes Christum cognoscunt, Respondet. Illuminat, quantum in ipso est. Si qui vero sua sponte oculis conniuentibus ad huius lucis radios dirigere noluerint, non ex luminis natura in tenebris manent, sed malitia sua, qui sponte sua tanto sese dono indignos reddunt. Pro eadem sententia Cypria. in epistola ad Magnum. Dies si super oēs nascitur, & sol super oēs pari & ęquali luce diffūditur, quanto magis Christus sol & dies verus in ecclesia sua lumen vitæ æternę pari æqualitate largitur, cuius æqualitatis sacramentum videmus in Exodo esse celebratū, cum de cœlo manna deflueret, & futurorum pręfiguratiōe, alimentum, panis cœlestis ostenderet cibum esse Christi venientis, illic enim sine discrimine vel sexus vel ætatis gomor a singulis æqualiter colligebatur. Vnde apparebat Christi indulgentiam, & cœlestem gratiam per Christum secuturam æqualiter omnibus diuidi, sine sexus varietate, sine annorum discrimine, sine acceptione personę super omnem dei populum gratiam spiritualis muneris infundi. Hactenus Cyprianus.

Sunt aliæ scripturæ multę secundum modum istum dei gratiam declarantes, de quibus latius in alijs.
Sed hęc via quãuis multum ducat nos in gratię cognitionẽ, non tamen per omnia similitudo quadrat. Nam & ex illa corporali similitudine facile sumeretur occasio erroris, quo putaretur dei gratia omnibus ex æquo esse oblata, vt effectus quidam naturalis, ad quẽ omnis homo in hac vita possit suæ mentis oculos conuertere, perinde atq; lumen solis omnium hominum oculis proponitur, sed hoc non ita esse, patet ex scripturis sacris. Primum quidem. Nam nascunt omnes homines oculis ad gratiam prorsus clausis, & nube peccati obuelatis, quam sane peccati nubem non potest homo ex semetipso tollere. Deinde misericors deus huiuscemodi tollens nubem non naturaliter, quemadmodum sol, sed misericorditer agit secundum diuitias gratiæ suę ex ęqualiter indispositis & indignis, suos segregat electos.
Tertio, via hæc non omnia facit manifesta, quæ sunt officia dei per suam gratiam miserentis & saluantis. Gratia enim Christi saluatoris non solum illuminat, sed & hominem iã illuminatum, id ẽ, iustũ & Christianũ assidue iuuat & deducit in hac vita adhuc languidum & claudum. Præterea deus adest bonitate sua generali singulis reb⁹, eas in esse cõseruans, & secundum vniuscuiusq; captum dirigit, permittens eas suos agere motus secundum vires & inclinatiões acceptas. Sed hæc luminis pręsentia generalis bonitatis nõ eleuat res supra statum naturæ debitum. Deus autem sua gratia suos electos ab originali vel actuali culpa liberat, sic liberatos supra statum naturę debitum eleuat, faciens eos dignos se, sicq; dignificatos iuuat, nõ pmittẽs illos agere secũdũ vires & inclinatiões proprias naturę iã vitiatę, quas habent non a deo naturam instituente, sed a libero arbitrio naturã vitiante. Ego, inquit, elegi vos de mundo, & posui vos, vt eatis, & fructum afferatis, quo verbo saluator docet a sua gratia esse non solum segregationem hominum ex conuersatione mundana, sed & homines iam segregatos ex eadem ipsius gratia facere fructus bonorum operum. Deus si iam permitteret totum hominum genus absq; gratia saluatoris abire secũdum suas ipsorum voluntates aut vires post lapsum naturæ debitas, nemo saluus esset, omnes enim in

tene

tenebris nascunt,in tenebris habitant,& in vmbra mortis sunt,donec ille qui venit saluare quod perierat, pręueniens nos sua misericordia,lumen suę gratiæ administrauerit & aperuerit mentis nostræ oculos,quibus videamus calamitatis nostrę miseriam,& finem nostrum beatificum,nostręq; salutis viam,& videntes diligamus & ambulemus in ea.

Pro oĩbus ergo modis concipiendi ac intelligendi gratiam Christi saluatoris,de hac enim præsens est doctrina. Sciendum est quod deus naturam humanam instituens,oĩbus in Adam dedit gratiam & vitam æternam,sed Adam peccans omnibus est spoliatus,vitam perdidit, & in mortẽ cecidit, & ita omnes declinauerunt simul,& inutiles facti sunt,omnes in Adam facti sunt cæci,seu ignari viæ salutis, claudi & captiui ad bonum opus ęternæ salutis infirmi.Et ita q̃uis lumen gratiæ coram oculis sit,non recte tamen videmus neq; recte ambulare valemus nisi illuminati & a peccati vinculis liberati fuerimus per gratiam Christi redemptoris.Deus itaq;,quantum in se est,naturam humanã instituens,omnibus dedit lumen,sed iniquitates vestrę, inquit propheta,diuiserunt inter vos & deũ vestrũ,& peccata vr̃a absconderunt faciem eius a vobis. Hæc aũt nisi intelexeris,& syncera fide credideris,sentẽtias scripturæ sacrę & sanctorum patrum intelligere non poteris.Ex his facile perpendes,quod oculorum est vitiũ,non dei culpa,si non illuminentur oẽs,siquidẽ oẽs habent gratiæ impedimentũ, quod non est a deo patre, sed datum ab humana voluntate,quod sane impedimentũ nõ tollitur,nisi a deo excitante, & miserente. Secundũ hũc ergo intellectũ interpretandũ est verbum Chryso. superius allegatum,quę sane interpretatio patet ex homilia .34. super Ioannem. Lux ipsa solis omnibus,inquit,adest oculis mortalium, sed ipsi luci non omnes adsunt oculi, nempe qui excæcati sunt, aut palpebris obuelati,non percipiunt ipsam lucem etiam pręsentẽ, & vt ita loquar,externam oculorum superficiem sua claritate perfundẽtem,Lux in tenebris lucet,inquit euāgelista Ioannes,& tenebrę eam non compreherunt.Ad testimonium autem Cypriani patet quid sit dicẽdum ex suis ipsius verbis,loquitur enim de gratia baptismali,quæ ęqualiter donatur omnibus,qui vera fide baptizantur, nec deserit quemq;

rit quemquam, nisi volentem, negligentem, & deseren-tem. Proinde & mox post allegata verba subiecit Cypria-nus, docens plane quod eadem gratia spiritalis, quæ æ-qualiter in baptismo a credentibus sumitur conuersatio-ne atque actu nostro, vel minuitur, vel augetur. Hanc quoque sententiam approbat scripturæ sacræ exemplum per ipsum Cyprianum adductum. Deus etenim non æ-qualiter pluebat manna super omnes homines, quia non omnibus pluebat, non Aegyptijs, non Babylonijs, non cæ-teris infidelibus, sed Israhelitis, qui iam mare rubrum transierunt. Transire autem mare rubrum, quod signifi-cat baptisma dei, contigit ipsis ex gratia dei, & misericor-dia. Ipsius ergo diuinę misericordię est, si dignetur illumi-nare interiorē mentis visum, dirigere ad regenerationis gra tiā, & deinceps adiuuare liberū arbitriū, & vt secundū cōsi lia & desideria dei agat, nō secundū ꝓprias affectiones, q̄tū-libet enim illuminetur homo vt videat, tū in medio laqueo rū habitat, et inter medias tenebras ambulat. Proinde nisi gratiæ dei in se operanti, suggerenti, atq; inuitanti coopere-tur & conetur ex gratiæ donis acceptis sollicite ambulare, non est permansurus in gratia. Si ad tenebras vanitatum huius sæculi conuertat oculorum aciem, non effulgebit ei gratiæ lumen. Sic loquitur Origenes de his, qui fuerant iam gratia vtcūq; pręuenti. Quemadmodū cęci, qui tametsi Iesum nondū viderant, tū eū iam audiebāt prætereuntē, & ideo clamabāt, Miserere nobis fili Dauid, qui nō potuissēt ex interno corde sic orare, nisi cognouissent Iesū Nazarenū præterire, aut ipsis coram esse. Sicut ergo Iesus corporaliter transiēs sua misericordia fecit sese corporaliter ꝓpinquū cę cis, q illū transire audiētes poterāt clamare & orare, Ita & sua misericordia deus pręuenit nos, & pulsans ad ostiū facit se aliquantulū audiri, quibus fit, vt iā eū sentientes prætere-untē in potestate habeam⁹ accedere & clamare, vt illumine mur, iustificemur, & iustificati iam magis magisq; proficia mus. Et per hoc patet intellectus scripturarum, quibus ad-monetur liberum arbitrium hominis accedere ad deum, & appropinquare illi, vt illuminetur. Et ideo ex hisce & similibus scripturis non est cōcludendum liberum arbitriū

ex

ex sese posse accedere & appropinquare illi, sed potestas liberi arbitrij iam misericorditer præuenti designatur, & gratia dei subsequens commendatur. Potestas liberi arbitrij designatur in hoc, quod ipsa mens iam diuinitus mota & excitata, sentiens adesse Iesum Saluatorem, & vtcunque percipiens præsentem esse medicum, qui paratus est sanare & illuminare, potest ostium cordis aperire, pulsare, orare, clamare. Atque ita gratia dei subsequens commendatur, dum significat illuminatio esse in donãtis dei potestate, et ab illo nos aperiẽtes oculos accipere eã. Accedim⁹ ergo ad eũ libero nr̃o arbitrio, sed vt liberũ arbitriũ sic velit accedere, ipse dignatus est facere, vt accederemus, ipse exhortat⁹ est, ipse suũ lumen aspersit, vt magnifice & diuine se sequi possimus. Et ita oĩa opa nr̃a bona, quibus deus in scripturis sacris gratuitam aliquam facit promissionem, sunt inchoata per misericordiam dei præuenientem, vt in nullo gloriemur, quia ex nobis nihil boni est tanquam ex nobis. Vnde omnes orationes hominum, aut petentium fidem, charitatem, spem, aut desiderantium illuminari, conuerti ad dominum, aut postulantium habere sapientiam, intellectum proficientiũ, sunt eorum, qui vtcunque iam habent initia quędam eorum, pro quibus orant, quia desiderant vt magis habeant & augeatur id quod habent. Nemo cupit credere in Iesum Christum, nisi qui iam vtcunque credit, quomodo enim cuperet credere, nisi arbitraretur fidem in Iesum Christum esse veram. Nemo quippe desiderat falsa pro veris credere. Vñ iusti iã calore fidei accensi dicebãt, Domine adauge nobis fidẽ. Proinde & saluator eos beatos iam prædicat, qui esuriunt & sitiunt iusticiam, id est, qui desiderãt iustificari. Nam sicut esurire signum est bonę valetudinis, ita & desiderare panẽ spiritualis vitæ, fidem videlicet, spem & charitatẽ, est spiritualis sanitatis indiciũ. Vnde & hac ratione propheta in singulis ferme psalmorum locis adhuc sibi petit dari, quod iam ante sese habuisse professus est, habens fidem spem & dilectionem. Hæc nihilominus sibi quotidie postulabat, quando in hac vita, neque arbitrabatur se apprehendisse, neque perfectum esse, sed semper aliquid sibi deesse, quia in hac vita bonarũ rerum nulla sacietas. Proinde quanto plus proficiebat, tanto amplius esuriebat.

Sed pro-

Sed pro intellectu huius tertij modi simul & præcedentium atque sequentium considerandū est, quod doctrina eorum, qui dicunt deum, quantum in se est, omnibus adesse, omnibus lumen suę gratię offerre, omnes adiuuare, eumque non abstrahere vlli homini auxilium suę gratiæ, intelligenda est, deū quantum in se est nullam rationalem creaturam excludere a sui luminis communicatione, neque vllū posuisse luminis sui impedimentum, veluti cum dicimus, deus vult istum saluum fieri, quantum in se est, nihil aliud dicimus, quam quod deus vult illi dare naturam ordinabilem in salutem, nihil in natura faciens, per quod a salute impediatur. Sunt & alij harū scripturarum intellectus in superioribus satis explicati.

Est quartus modus dei gratiam concipiendi, secundū quem deus sua gratia iuuans hominem, potest intelligi sese habere ad liberum hominis arbitrium, sicut artifex sese habet ad instrumentum. Quemadmodum is qui scribit aut ligna secat, ad opus mouet calamum, aut securim, vel serrā, Ita deus, inquiunt, nunc per causam naturalem, nunc per hominis voluntatem facit, quæcumque voluerit. Vnde solet dici, quod liberum hominis arbitrium operatur sub deo instar causę instrumentalis sub principali mouente. Videtur autē hęc via intelligendi gratiam fundari in scripturis docentibus deum mouere hominem ad actionem & motum, illumque per voluntates nostras, sicut & per cęteras creaturas facere quicquid placuerit, quemadmodum enim homo facit calamum aut serram, facere, vt scribere, aut ligna diuidere, Ita & deus significatur in scripturis facere, vt nos faciamus. Ego, inquit deus, faciam, vt vos faciatis, vt ambuletis in præceptis meis. Ego faciam vos velle & operari, nec est qui potest resistere voluntati meæ. Vnde & dominus in Esaia propheta sese comparauit artifici secanti ligna, aut trahenti serram, voluntatem autem ipsius Nabuchodonosor, comparauit serræ aut baculo. Nunquid gloriabitur, inquit, securis contra eum qui secat in ea, aut exaltabitur serra contra eum a quo trahitur? Habēt quidem ista similitudinem, sed non omnimodam æqualitatem. Similitudinem quidē, in eo quod liberum hominis arbitrium a deo recipiat, non vires solum seu possibilitatem operandi, sed & motū et actionem, quā fiunt opera bona. In hoc tamen est dissimilitudo, quod in

quod instrumentum non ex libero suo rationis iudicio, sed necessitate & vi quadam impellitur ab artifice, nullũ hñs iudiciũ, neq; de eo ad qđ fertur, neq; sup medio, p qđ fertur, libera vero hoīs aīa a deo recipit suauitatē quãdã seu inclinationē, qua ex pprio iudicio mouet̄ ex libera & spõtanea voluntate ad actum & motum. Diuinus enim spiritus inspirãs charitatem, quamuis moueat rationalem animam contra carnis concupiscentiam, contra fomitis inclinationem, facit tamen quod rationalis aīa habeat deum sibi charum atq; dilectũ, & moueatur ad obediendum illi ex ratiõis iudicio secundum rationalis voluntatis inclinatiõem & amorem.

Quinto, Deus sua gratia adiuuans hominem ad æternę salutis viam, potest concipi sese habere sicut is, qui trahit rationalem animam e tenebris, e luto peccati, e captiuitatis vinculis, monstrãs veritatis lumen, statuens in statũ libertatis, & illam eductam adhuc languidam & imbecillem, deducens inter medios hostium cuneos, donec ipsa videat deum deorum in syon. Et hic modus conducit plus cęteris ad plene intelligendã gratiã Christi redimẽtis. Proinde & passim per omnem scripturæ locum glorificamus deum, & benedicimus eum, quod illuminauerit, extraxerit, eripuerit, sanauerit, imo & viuificauerit nos habitantes in tenebris, & in vmbra mortis, quod liberauerit seu redemerit de carcere mortis æternæ, & vinculis peccati, quod deduxerit & ita adiuuerit nos iam liberatos, vt ambularemus in lumine dei nostri de virtute in virtutem, oramusq; iam educti deum assidue, vt ipse adsit protector, defensor, conseruator, vt vires adhuc infirmas & languidas deducat per vias rectas in vitam æternam. Quę sit autem rationalis animæ cæcitas, quis visus, quod spirituale lumen, quæ vincula, quis carcer, quę tenebræ in superioribus diximus, dum declarauimus dominum nostrum Christum, non ob id solum esse incarnatum, vt nos viam salutis doceret, aut exemplum nobis daret viuendi, sed etiam, vt liberaret atq; redimeret. Vnde & hac consideratione, in omnibus ducibus & regibus filiorum Israhel designatus fuit Christus omnium hominum Christianorum dux verus. In bellis & in prælijs eorum fuerunt bella designata Christianorum præliantium contra cupiditates, carnis concupiscẽtias, dę

monum insidias, suasiones, cæterosq; inuisibiles illorum laqueos. Sciẽdum est autem, quod de⁹ interdum operatur trahens, interdũ ducens. Aliud autẽ est trahere, aliud ducere. Qui trahitur, præuenitur, vt ex nolẽte volẽs fiat. Qui autẽ ducit iã volẽs est, & sua spõte progrediẽs cooperat ductori. Trahit hõ cũ mutat volũtas ei⁹ cũ venit ad Christũ. i. cũ incipit credere, q noluit credere. Ducit aũt, cũ iã ex fide volũtate sua operat, pgrediens de virtute in virtutẽ. Christ⁹ ait, Nemo potest venire ad me, nisi pr̃ me⁹ traxerit illũ, nõ dicit duxerit illũ, ne qs aliq̃ mõ, inquit Augu. volũtatẽ hois credat præcedere preueniẽtẽ dei grãm. Rursus neq; ait, nemo ambulare potest in semita mãdatorũ, nisi pr̃ meus traxerit illũ, ne voluntas in semita mandatorũ ambulans nil agere credat, sed nemo, inquit, ad me venit. i. nemo credit in me. Nemo icipit iChristũ credere, vt Christian⁹ fiat, nisi de⁹ sua gr̃a preueniẽs illius volũtatẽ auersam & rebellẽ, misereatur eius. Iam aũt gr̃a dei preueniẽte tract⁹ atq; mutat⁹, volũtarie credit, volũtarie sacrificat & orat cũ propheta. Deduc me in semita mãdatorũ tuorũ. Sed audi quid seq̃, quia ipsam, inquit, volui. Ecce precedit volũtas prophete dei ductionẽ, sed & hanc pphete voluntatẽ precedit tract⁹ dei mutãtis volũtatẽ eiusdẽ prophete. Dixi, inquit, nunc cœpi, sed hæc est mutatio dextre excelsi. De⁹ ergo sua gr̃a præueniẽs hoiem trahit, dũ facit eũ credere, qui nõ credebat. Hõ quidẽ credit volẽs, & idcirco credere volũtatis est op⁹, sed suasio, inclinatio, mutatio, inuitatio, qua vocat, inuitat, & itainclinat, vt ex fidei iustificãtis spũ & credat & velit cũ prius nollet, solius dei est op⁹. Solius dei est int⁹ vocare, spũm sanctũ fidei & charitatis infũdere. Nec est hic August. interpretatio cõtraria interpretationi Chryso. in homilia de cõuersione Pau. interpretantis. Qui trahit volentem, trahit humiq; iacentẽ ac manum porrigentem. Nam & hec vera quidem est sententia, sed vt iuste sit volens manum deo porrigens, deus facit sua interna inspiratione præueniens omne bonum voluntatis nostræ consilium, & ex nolente faciens volentem. Ex corporalium igitur rerum similitudinibus cupientes intelligere spiritualia prius quatuor modos supra præfatos simul in istum quintum conferamus, omnes nempe si sane & secundum doctrinam Christiane fidei intelligantur sunt

vtiles

vtiles ad intelligendum dei gratiam, veruntamen in oĩbus hiſce modis non eſt quo magis illuſtretur gratia Chriſti ſal uatoris, q̃ is ſecundum quem dicimus deũ eſſe ſpiritualem medicũ, ac ducẽ illuminatorẽ, quod ex multis quidem cau-ſis poſſumus cõſiderare. Prima, nã ductor, qui vitã & lumẽ p̃bet lãguido aut claudo in lutũ tenebroſũ lapſo, porrecta ma nu erigẽs ac ducẽs illũ, primũ facit illũ videre ĩ quãta iacue rit fœditate. Deĩde oſtẽdit ſeipſũ tanq̃ adiutorẽ & libera-torem, qui ſit paratus eripere illũ, atq; ita inuocatus erigit illum ſuis virib⁹ inualidum ſeu impotentẽ ſurgere. Tertio viam monſtrat, qua ambulet. Quarto manu tenet illũ, ſub-miniſtrans vires, ſuauiter quoq; ducit eũdem, vt progredia tur, & ambulet recte. Hæc oĩa ſi conſideremus ſuo mõ ſpiri tualiter fieri in natura humana, quę non a conditore naturę deo, ſed ex ſuę volũtatis arbitrio, facta eſt cæca, languida, & captiua, delapſa in peccati foueã, facilius poterimus deprehẽ dere, qualiſnam ſit gratia Chriſti ſaluatoris. Cæterum & huiuſcemodi ſpiritualis ducis gratia deſignata fuit in colu-mna ignis per noctem, & in nube per diem, de quibus in Exodo legitur, Armati aſcenderunt filij Iſrahel de terra Ae gypti, Dominus autem præcedebat eos, ad oſtendendũ eis viam per diem in columna nubis, & per noctẽ in columna ignis, vt dux eſſet vtroq; tempore. Sicut petra, vt inquit A-poſt. erat Chriſtus, ſic & mare rubrũ, in quo interficiuntur Aegyptij, erat ſanguis Chriſti, in q̃ interficiuntur Aegyptij .i. expelluntur dæmones in nobis habitantes, nubes ab ęſtu p̃tegens, erat Chriſtus, colũna ignis erat Chriſt⁹, Serpẽs ę-neus, in quẽ ſpectãtes a ſerpentib⁹ vulnerati ſanabãtur, erat Chriſtus, manna erat Chriſtus. Cõgrua igitur aſſimulatio fuerit, ſi Chriſtus ſua gratia cõcipiatur, vt rex, vt dux ex ſua miſericordia illuminãs, liberans, & ſanans eos, qui ſub Ae gyptio Pharaone diabolo ſunt captiui ac lacerati ſerpentum infernalium morſibus ſeu criminib⁹, q̃bus aĩa vulneratur, & vt dux iã liberatos deducẽs inter medios hoſtiũ cuneos, dicẽte ſcriptura, Dux fuiſti in miſericordia populo tuo, quẽ redemiſti & portaſti in fortitudĩe brachij tui ad habitaculũ tuũ. Et p̃pheta, Iuſtũ deduxit dñs p̃ vias. c̃. Et iterũ, Spirit⁹ tu⁹ bonus deducet me, c̃. Deduc me dñe in ſemita, c̃. Qui regis Iſrael, intende, qui deduces velut ouem Ioſeph.

Secundo. Modus iste, quo concepimus deum sua gratia esse nostrę voluntatis ducem, confert ad intelligendũ, quod cor hominis in se vagum, prorsus varium & mutabile spiritu sancto tanq̃ sessore, leniter & suauiter ducitur, immisso in ipsum diuinæ gratiæ freno, quo deus suauiter trahit & gubernat mutabilem atq; indomitam hominis voluntatem. Vnde Augustinus lib.3. Hyponosticon. Recte arbitror, inquit, liberum arbitrium iumento comparari, dicente propheta, vt iumentum factus sum apud te, gratiã vero sessori, quia sicut iumentum animal viuacissimum, vt dometur ad opus homini necessarium de armento vagum apprehenditur, & incipit pro industria domantis ad illius incedere voluntatem, ita & liberum hominis arbitrium gratia apprehenditur de armẽto luxuriæ sęculi, vt deposita prauæ conuersationis fœditate, hmmilietur, & ad obediendũ in opus domino necessarium, corrigatur. Sicut enim iumentum immisso freno sessoris manu regitur, vt iter rectum secũdum sessoris voluntatẽ possit incedere, donec ad locũ veniat destinatum, Ita & liberum arbitrium spiritu sancto apprehensum freno gratiæ illius mansuescit, vt cursim siue leuiter incedat ad voluntatem illius cuius frenis agi, summa libertas est, quod si petulantia calcitrare voluerit, & sessorẽ deijcere, plęrumq; etiam calcaribus, id est, flagellis ceditur. In eadem sententia videbis esse Hieronymum, in epistola quadam ad Saluiam, Nostrum, inquit, Christi amore lasciuiæ iumentum restringere, vt sessorem spiritum sanctũ moderato atq; composito portet incessu. Sicut ergo sessores equites dirigunt equos, vt composito progrediantur incessu ad destinatum terminum, Ita spiritus dei bonus præsidẽs libero hominis arbitrio dirigit atq; deducit ipsum, vt progrediatur in via salutis, de virtute in virtutem. Et quemadmodum equus non solum dirigitur, sed & ipsum portat sessorem, Ita liberum nostrum arbitrium non modo dirigitur a diuino spiritu, sed & ipsum etiam diuinum spiritum portat, vt sessorem quendam insidentem. Verum vt hęc faciat recto & composito incessu operatur spiritus ipse. Nam liberum arbitrium deferre atq; portare diuinum spiritum, non est aliud, q̃ ipsum a deo tractum, deo adhærere, vt in illo manens, recte viuere, & operari valeat, & ita liberum arbitriũ

non

non modo tenet deum & gratiam eius, verum etiam tenet ab illo. Tertio, Modus iste quo concipimus deum esse liberi arbitrij lucernam, solem, & ducem facit nos intelligere deum præuenire hominem, prębendo lumen fidei, & deinceps adiuuare hominem sic præuentum, vt & ipse homo etiam agat, vt in lege dei ambulet, dicente deo in scripturis, Ego faciam, vt vos faciatis, & in præceptis meis ambuletis, & alibi, Non vos me eligistis, sed ego elegi vos, & posui vos, vt eatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Cum dixit non vos me elegistis, sed ego elegi vos, significat lumen suæ gratię pręuenire hominem. Cum adiecit & posui vos vt eatis & fructũ afferatis, significat hominem sic pręuentum lumine fidei, cooperari deo, & facere fructus dignos, id est, opera bona deo grata. Non dixit, Ego elegi vos, vt in vobis ego solus operer, vobis nihil operãtibus, sed ego, inquit, posui vos, vt eatis & fructum afferatis, hoc est, mea electione feci vos ire, & fructum facere. Itidem quoque plane significat propheta, Beatus vir, inquit, cuius est auxilium abs te, & insinuans quod ipse vir, dei auxilio operetur, cõtinuo adiecit, Ascẽsiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum. Et ne suis viribus se putet ascẽdere, benedictionẽ, inquit, dabit legislator, plane insinuãs, quod legifer noster Christus, non solum docet legẽ, qua sciamus quid facere debeamus, sed & desuper pluit benedictionem & suæ gratiæ rorem. Cum ergo is, qui ducitur ita agatur, vt etiam agat, cogruum est intelligere deum esse nostri arbitrij ducem in opere bono. Quarto. Modus iste quo agnoscimus deum in omni actione bona, vt liberi arbitrij lucernam ac ducẽ, docet nos intelligere, quod deus sua gratia adiuuãs hominẽ, neq; cogat liberum arbitrium, neq; impellat necessitate, neq; impediat potestatem libertatis illi⁹. Is nempe qui ducitẽ in via, ita agitur, vt suauiter & leuiter etiã suæ progressioni cooperetur, habẽs in sua potestate nõ cooperari suo ductori, Sic & deus trahit rationalẽ animam, non cogens, non vim faciens, sed ita eum præparans, vt voluntarie aut spontanee incedat recte. Et hac ratione prophetę in omnibus passim scripturis, petũt dirigi, gubernari, & deduci in viam domini. Illud proprie destinatur, deducitur in aliquem finem, quod non in se, sed in alio habet, cui⁹

ope in-

ope in illū finem venit. Hac ratione in scripturis sacris prę destinatus dicitur hō in ea, ad quæ nō potest suis naturę viribus ptingere, cuiusmodi sunt grā & gloria, de q̄ latius in libro de concordia prædestinationis, & liberi arbitrij.

Quinto, Modus hic q̄ concipimus, vt gratuitū liberatorē, & in operibus bonæ vitę nobis eū ducē cōfert ad intelligē dū deū quędā opari in nobis sine nobis, quędā vero opari in nobis cooperātibus nobis. Illa deus operatur in nobis sine nobis, quæ ipse solus facit, quæ & nō facit nos facere, veluti cū intus vocat, ad cor hois pulsat, excitat, fidē, spē, aut charitatem inspirat. Nō enim homo in se operatur ista, vocatiōem videlicet, inspirationē, bonam cogitationē pręuenientē. Itē fidem, spem, & charitatē, cęterasq́ virtutes, quas vt ait Au. deus in nobis sine nobis operat̄. Illa vero de⁹ facit in nobis, cooperantibus nobis quę ipse facit nos facere, veluti cū nos iam fide, spe, et charitate renouatos facit credere, sperare, diligere, & seruare mādata, hoc est, quod dicit Aug. vt velimus, vt credamus, deus operatur in nobis sine nobis .i. principia vocationis, scilicet & inspirationis, instinctus, cogitationes & virtutes, quibus incipimus velle & credere, deus operat̄ in nobis non cooperantibus nobis. Dū aūt volumus & credimus, & ita volumus, vt operemur, nobiscū operatur deus.

Sexto, Modus iste quo concipimus deum sua gratia esse talē, qui volūtati lucernam præbens, viā monstrat, & ducatum præbet, facit nos, & agnoscere nosmetipsos & deū ipm, vt anima ad semetipsam conturbetur, dei vero memor consoletur, vt cū propheta iam dicere valeat. Ad meipsum aīa mea conturbata est, propterea memor ero tui. Vnde & hac ratione Pelagiani a sanctis patribus coarguūtur, q̄ gratiam dei, non ducem, sed comitem dixerunt esse humanę voluntatis, nā econtrario rem sese habere, humanam videlicet voluntatem esse pedissequam, comitē atq; ancillā, Deum aūt sua grā esse ducem significauit propheta. Fortitudinē meā, inquit, ad te custodiā, quia deus susceptor meus es, et dux me⁹, & auxiliator meus, deus meus misericordia eius præueniet me, aperte insinuans nihil esse humanum, quod præueniat misericordiam miserentis dei, Misericordia, inquit, eius præueniet me. Septimo, Modus iste docet gratiam dei non esse possibilitatem, qua bene velle, & bene agere

possu

possumus, sed docet deum esse talem, qui sua gratia & auxilio, facit voluntatem bene velle, & bene operari, & ita deus non solum dat nobis posse bene velle, vt Pelagius credidit, sed & bonum velle & operari, secundum bonam voluntatem ipse facit. Proinde scripturę tradunt sanctos agi, moueri, atq; deduci a dei spiritu, Qui spiritu dei aguntur, inquit Apostolus, hi sunt filij dei, aguntur, id est, ducuntur. Si spiritu, inquit, ducimini, non estis sub lege. Vnde Augustinus in libro de gratia & libero arbitrio. Sanctis in regnū dei prædestinatis, non solū datur adiutorium, sine quo perseuerantes esse non possunt, cuiusmodi erat adiutorium Adæ datum sub innocentię statu, sed etiam datur eis adiutoriū, quo nō nisi pseuerantes sint, loquitur enim illis Augustinus, de prędestinationis, seu perseuerantię gratia, qua ex massa perditionis electi, certissima dei præscientia, & indeuiabili prouidentia liberantur, quicumq; liberantur.

Octauo. Modus iste quo concipimus deum esse humanæ naturę lapsæ ducem, & liberatorem, docet quod quisq; a Christo liberatus diuinę misericordię tribuere debet si eductus extra peccati seruitutem, in lege dei ambulat, & custodiat mandata illius, sed non ob id deo tribuere potest, si aut in lapsu maneat, aut iam erectus ceciderit, quemadmodum languidus & imbecillus non sibi, sed ductori suo tribuere debet, quod erectus ambulat, sibi autem tribuere debet si suauiter ductus nolens cooperari, in lutum denuo cadat. Quemadmodum ad cœnam magnam vocati, qui venire voluerunt, non sibi debent tribuere quod venerint, qa vocati venerunt, quę vocatio añ oē meritū operata est in eis voluntatem, qūa venire voluerunt. Illi autē qui venire noluerūt non possunt in deū culpam reijcere, quod nō venerit, qui vt venirēt vocati, in libera habebant volūtate. Hęc Au. li. 83. quęstionū, quæst. 68. Deus pręterea tametsi quosdam vocare nolit, veluti infātes in vtero morituros, quibus non dat tempus, quo possint esse vocationis participes, non iniuste tamen agit si misereri noluerit, quia vbi denegatur misericordia & gratia, non potest esse iniusticia. Possit forsitan homo in deum conditorem habere aliquā querelæ rationem, si deus naturam humanam vulnerasset, fecissetq; eam esse languidam, cæcam, infirmam, & captiuam.

Nunc au-

Nunc autem, quia deus ab initio condidit hominem rectũ, ab omni captiuitate liberum, & ipse homo libero suo arbitrio sese ab hac rectitudine præcipitauit in hanc miseriæ conditionem, nihil est quod causetur deum in corde suo.

Nono, Modus iste quo concipimus deum esse rationalis animę lucem ac ducem, facit intelligere, quod deus non deserit hominem iam illuminatum & liberatum. Deus enĩ q̃uis vt medicus quidam sanet animam, non tamen solum vt medicus sese habet, medicus nempe deserit languidũ iam sanatum, suis eum relinquens viribus. Deus autem iustis hominibus est in via dux assiduus, dicente propheta, Prouidebam dominum in conspectu tuo semper, qui a dextris ẽ mihi, ne commouear. Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me. Si ambulauero in medio vmbrę mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.

Frustra nititur humana voluntas quicquam boni facere, si non duci suo innitatur. Quicquid ergo boni voluntarie facimus siue corde, siue verbo, siue opere, id deo duce facimus. Verum quia huiuscemodi rationalis animę deductio, non corporaliter, sed spirituliter est accipienda, dubitaueris forsitasse; quid sit deum in omni opere bono, quod facimus esse humanæ voluntatis ducem. Respondemus. Deus sua gratia præueniens seminat salutis nostrę cogitatum, suggerit exhortationibus, monet exemplis, terret periculis, incitat miraculis, dat intellectum, inspirat consilium, illuminando, & fidei affectionibus imbuendo. Voluntas autem ad hoc prędictis excitatur præsidijs, vt diuino in se cooperetur operi. Ducit itaq; deus animam, cum facit eam voluntaria, & spontanea voluntate credere & diligere ex fide & charitate sibi obedire, vt delectabiliter, & spontanea voluntate incedat in mandatis domini, sicut in omnibus diuitijs.

Quicquid enim diuinum auxilium diuinę charitatis circa nos agit, iam vsum habentes proprię voluntatis, id totum agit, vt nos faciat credere, quod indigeamus gratia Christi saluatoris, vt gratis saluos faciat nos sibi cõsentientes, volũtatesq; nr̃as ad delitias hui⁹ corporalis vitę affectas ablactet, & ad se prorsus vertat, inclinet, & amore suo afficiat. Hoc significauit propheta, cum orans pręmisisset, Deduc me in semita mandatorum tuorum, quia ipsam volui,

mox ostendemus, quid orãdo cupiat. Inclina, inquit, cor me um deus in testimonia tua, & nõ in auaritiam, Auerte ocu los meos ne videant vanitatem, aperte insinuans, quod de um ducere hominem in semita mandatorum sit deum inspi rare homini inclinationem & affectionem, qua delectabi liter incedat in testimonia illius, & auersionem seu odium contra huius sæculi vanitates. Et ita Hieronymus, Chryso stomus, Ambrosius, August. Bernar. cæteriq; patres eccle siastici, declarãtes q̃nã pacto rõnalis aĩa a deo ducit̃, trahit̃, ac rapitur. Votis, inquiunt, fertur anima, trahitur, ducitur q; desiderijs, & amore, cęterisq; affectiõibus. Amor me⁹, põ dus meũ, eo feror quocumq; feror, da amantem & sentiet se tractum, da desiderantem, & sitientem ad fontem æternę vitæ suspirantem, & sentiet se duci in viam mandatorum dei Et iste est magnificus atq; gloriosus Christi ducatus, pręfiguratus in deductiõe filiorũ Israhel ex Aegy ptiorum seruitute in pronissionis terram, de qua propheta, Adduxit populum suum in exultatione, et electos suos in le ticia. Queãdmodum enim deus tunc populum Israhelitem spontaneum fecit exire captiuitatem, Ita & deus facit nũc populum Christianum agnoscere spiritualem suam captiui tatem, rapiens, & transformans illum in sui amorem, quo reputet totam terrestrem hanc vitam non vt patriam, sed vt Aegyptum, vt captiuitatem, vt auxiliũ, vt peregrinationẽ quandam, omnemq; ornatum huius sæculi iam contemnẽs, ad deum verũ suũ beatificũ bonum per gratiam Christi Sal uatoris suis properet desiderijs. Istum autem du catum, istud regnum debemus intelligere verum esse Mes siç militantis regnum, ipsumque quotidie precantur iusti sibi aduenire, orantes, adueniat regnum tuum, quem sane spiritualem ducatum Iudęi carnales intelligere no lunt, cum tamen proprij ipsorum prophetæ, non de corpo rali, sed de spirituali regno olim loquebantur, vt latius ali bi deo adiuuante de ducatu Christi regis Israhel sumus o stensuri. Siue igitur concipiamus auxilium ope rantis in nobis bona opera, vt finem quendam mysticum, vel vt baculum spiritualem, vt manum seu brachium, aut su stentaculum, quo ad se nos deus trahat, sustentet, & ducat,

aut vt equum quendam spiritualem, seu vehiculum, recte in telligimus, quando concipimus illud quodcunq; sit non per omnia quadrare auxilio gratiȩ, sed vnumquodque di ci secundum aliquam sui similitudinem, per quam etiam crassiora, & minus capacia ingenia ducantur in spirituali um rerum intellectum. Hoc autem magis fiet manifestum, si consideremus tria peculiaria spiritus sancti charismata, de quibus Apostolus inquit, Nunc manet fides spes, charitas, tria hæc, maior horum charitas. Cōsideremus singulorum officia. Spiritus sanctus per fidem monstrat, tā finem rationalis animȩ beatificum, in quem tendat, q̄ Christum viam, qua vadat in illum. Per spem autē ipse homi nis animum infirmum, languidum & imbecillem ad finem illum deo adiuuante, obtinendum, erigit contra omnia ar dua & impedimenta, quæ obsistunt assequutioni illius.

Per charitatem vero idem spiritus afficit animum, vt habeat finem illum præ cæteris omnibus charum, tanq; optimum thesaurum cordis sui, in quo delectetur & immo retur, ac quiescat. Atque ita fide illuminatur intellectus. Spe animus erigitur in deum vt adiutorem, & confortatur, reputans illum, vt sibi necessarium contra omnia huius mū di auocamenta, quibus rationalis anima distrahitur & ra pitur a deo conditore, & beatificatore suo. Charitate vero rationalis volūtas, vt vinculo quodam eleuatur atq; at tollitur in quoddam deitatis consortium. Nam & ipsa cha ritas diffusa in cordibus nostris per spiritum sanctum, in anima nostra est vita fidei, animum iam illuminatum viuifi cans, & inclinatio quędam & instinctus ac impetus, quo ve lut hamo quodam aut tractu suauissimo nos ad se rapit de us diuino fulgore illustratos. Est deniq; charitas veluti glu ten quoddam seu vinculum, quo deus sibi rationalem vo luntatem nectit & inhęrere facit. Habet deus sua vincula, habet & sua vincula satanas, quemadmodum alias declara uimus. Verum dei vinculis agi summa libertas est, satanæ aūt frenis trahi miseria est & seruitus, & tract⁹ quidam ad mortem in gehennam, verum non vi, vt inquit Origenes ad Rom. res agitur, neq; necessitate in alteram partem ani ma deflectitur, alioqui nec culpa, nec virtus posset asscribi,

nec bo

nec boni electio premium, nec mali electio supplicium meretur, sed seruatur in omnibus libertas arbitrij, vt in quodcumq; voluerit ipse animus hominis declinet, in bonũ habens diuinæ grãæ auxiliũ paratũ, in malũ sua ipsius cõcupiscentia prouocatus, sicut scriptum est, Ecce posui ante faciẽ tuam vitam & mortem, ignem & aquam. Vita est Christus, mors est inimicus noster diabolus. Hæc res, inquit, si adhuc videatur obscura, tali quadam similitudine manifestiorem eam & planiorem reddere possumus. Ponamus esse, inquit, aliquod domicilium, in quo habitet anima cum corpore & spiritu, veluti cum duobus consiliarijs, præ foribus vero huius domicilij fingas astare pietatem, charitatem, omnesque cum ea virtutes. Ex alia vero parte impietatem, omnesque luxuriarum & libidinum formas expectare animæ nutum & consensum, quem ex duobus præsentibus obseruantibus introduci desideret, quem repelli, vt si meliori vsus consilio, spiritui obtemperauerit, alius iste spiritus repudiatus discedat. Hactenus Origenes. Consilium dei non foris intelligatur in voce vel sermone, sed intus illustrans, suggerens, & inclinans rationalem animam. Huic similitudini verbum congruit Christi dicentis, Nemo potest seruire duobus dominis.

Fiunt autem hęc manifestiora, si ad prædicta tria charismata conferamus prædictarum rerum similitudines. Quemadmodum baculus, aut funiculus corporalis, aut brachium est, quo porrecto, bonus pater filium lapsum in puteum tenebrosum trahit atque erigit e tenebris putei, Ita & tractus quidam occultus fit in anima intus, quo pater cœlestis trahit ad se animam e peccati fouea, vt videns iam suam miseriam, suumq; finem, in quem tendat, & viam qua vadat in illum, erigatur in superna atq; cœlestia.

Omnis Adę filius, priusq̃ a domino nostro IESV vero animarum medico noticiam suę calamitatis, in quam delapsus est per Adę peccatum accipiat, delectatur iacere in fœditatibus suis, habensq; oculos clausos bonis cœlestis vitę, visibilibus & carnalibus rebus sese immergit, cuius initiũ salutis est, vt hanc suã miseriã iam videns, incipiat sibi displicere, in se ꝓ odio habere omnia, quibus rationalis

animus degenerat a deo vero suo beatifico fine, medicumq́; quęrat, & sanari desideret. Huius consideratione, ait Bernardus in canticis, absq; cognitione sui & absq; noticia dei neminem posse saluari, si tamen facultatem habet cognoscē di, nā ignorās ignorabitur, siue sese, siue deum ignoret.

Item quemadmodum frenum equo indomito immissum dirigit illum, non vt equus nihil agat, sed vt via incedat recta secundum sessoris voluntatem in finem destinatū, Ita & Charitas est iugum suaue collo peccatoris suspensū, quo spiritus dei bonus liberum hominis arbitrium de campo lato lasciuię huius sęculi apprehensum deducit, vt proficiat de die diem. Pręterea quemadmodum vestes, & annuli sunt ornamenta, quibus teguntur nuditates, & maculę corporum, Sic fides, spes, charitas ornant animam, tegūtq; & abluunt maculas eius. In parabola euangelica, Lucæ. 17. de filio suo prodigo reuertente & pœnitentiam agente, dixit pater ad seruos suos, Cito proferte stolā primam, & induite illum, & date annulum in manu eius, & calciamenta in pedibus eius. Stola, inquit Ambrosius, amictus est sapientię, spirituale vestimentum seu indumentum nuptiale, quo nuda corporis tegūtur, vt corporis infirmitas, sapientię spiritaulis virtute cōuestiatur. Annulus est syncerae fidei signaculum. Calciamentum autem quotidianum auxilium dirigens cursum in cœlestia, vt non secundum carnem, sed secūdum spiritum ambulet. Occiditur illi vitulus pro cibo optimus dominus noster Christus, qui cibus sit animæ ipsius quotidianus. Fides autem spes & charitas in anima quamuis comparentur annulo aut vestimēto nuptiali, non tamen ideo oportet quod huiuscemodi charismata spiritus sancti sint otiosa ornamenta quædam in anima, quibus nō iuuetur anima, quia, vt iā diximus, nō in omnibus debet quadrare similitudo. Vnde Pelagiana est hæresis dicere animam iam deo gratificatam non adiuuari fide spe & charitate ad opera bonæ vitæ, tanq́; charitas sit qualitas quędam otiosa ad solum decorem animæ data, aut tanq̄ ornatus quidam spiritalis, aut nitor, vt quemadmodum obsequia regi impensa in veste splendida placita sunt regiæ maiestati, Ita opera solius liberi arbitrij intelligantur

gantur deo grata ex solo decore operantis, etiam nihil coo-perante spiritu fidei aut charitatis. Vnde Augustinus in libro de spiritu & litera, capite. 32. Charitas dicta est dif fundi in cordibus nostris, non qua nos ipse diligit, sed qua nos facit dilectores suos, sicuti iustitia, qua iusti eius munere efficimur, & domini sal⁹ qua nos saluos facit. Fides igitur spes & charitas ponenda sunt dona quædam celit⁹ infusa, vt sint principia bonorum motuum effectiue secundum eũ operandi modum, quemadmodum virtutes & habitus ex actib⁹ siue cõsuetudine nati inclinant potentiã ad op̃atiões.

Postremum vt finem libri faciamus de significatione nominis gratiæ iã consideremus. Sciendũ est ergo ꝙ secũ dum doctrinam Augustini, cęterorumq́ ecclesiasticorum patrum in concilio Carthaginensi ad Innocentium papam vocabulum gratiæ multis acipitur modis. Vno modo generalissime pro beneficio, quod non pręcedentium aliquo rum operum meritis, sed gratuita dei voluntate donatur. Sic gratia dei dicitur etiam id quod de natura est rei, veluti anima rationalis & caro, ratio seu intellectus, corporis mẽ bra, seu integritas sensuum. Secundo specialius appella tione nominis gratia excluditur accipiẽtis meritum simul & naturæ debitum. Nomen enim gratia sonat indebitum, seu non debitum. Sic gratuitum dicitur beneficium, quod nec ex merito est accipientis, nec debetur conditioni naturæ, & sic ea quæ sunt integritati hominis debita secundũ conditionem naturalis esse, vt ratio, volũtas, quinq́ sensus, corporis membra non veniunt sub appellationẽ gratię. Gratia vero sic accepta, rursus diuiditur in gratiam gratificantem, & in gratiam gratis datam. Gratia gratificans datur, vt per ipsam homo accipiens, fit liberatus a peccato, deoque gratus, & hæc est gratia, quam commendat fides Christiana. Illud vero beneficium, in quod creati sumus creaturæ rationales, habentes sensum & intellectum, vires & potentias speciei humanę naturales, & rationis internæ lu men, quo valeamus inter licitũ & illicitũ discernere, creatorem cognoscere, vt naturę nostræ parentem, appellatur quidem nomine gratiæ generalissimæ accepto, quod sine merito nostro accepimus. Et ideo pro tanto beneficio gratias

tias agere debemus creatori nostro semper. Neq; extinguitur vnq; debitum gratiarum actionis, sed hoc beneficium nō est gratia redemptoris per Dominum IESVM facta, de qua loquutur per omnem locum scripturę sacræ. Neque Apostolus in epistolis suis commendat gratiam, qua creati sumus homies, neq; Christus factus est homo in carne mortali pro hominibus, vt homines ab initio recti & immortales & ad imaginem & similitudinem suam conderentur, aut sani, aut pręstantes corpore, sed vt homines damnati propter peccatum liberarentur ab æterna morte in vitam æternam. Et hanc gratiam homo accipit per fidei motum in Iesum, ac per motum dilectionis, vt ex superioribus patet. Et quia ad motus tales præparatur anima tractu cœlesti vocatione, suasione, seu inuitatione interna, quę omnia etiam nomine gratię, congrua ratione appellantur cum sint gratuita quædam auxilia spiritus sancti in corda nostra, vt credamus & diligamus, & credentes a peccatis liberemur, suggerētis, & operantis. Hinc orta est diuisio gratiæ in gratiam pręuenientem, & subsequentem, in gratiam operantem, & cooperantem, de quibus latius in sequentibus libris, vbi & de gratia creata & increata, de charitate itē creata atq; increata ex scripturis sacris latius differetur. Gratia autem solum gratis data est quam homo accipit, non vt per illam ipse accipiens gratificetur & dignus, seu acceptus sit deo, sed vt secundum ipsam ad iustificationem alterius cooperetur, sicut donum linguarum, donum prophetiæ, potestas faciendi miracula in nomine Iesu, de quibus ait Apostolus. Vnicuiq; datur manifestatio spiritus ad vtilitatem supple aliorum. Vnde non solum gratiam gratum facientem appellari nomine gratiæ, sed multa in vnoquoque dona spiritus sancti charismata gratias dici designat Apostolus dicens, Diuisiones gratiarum sunt. Vnus autem spiritus, qui operatur oīa in nobis. De his latius in sequētibus libris.

Multa de gratia domini nostri Iesu Christi in hoc libro disserui, & quicquid recte de illa sapui, præueniēte gratia incepi, & gratia incessanter adiuuante peregi. Det deus mihi seruulo suo, qui super omnes gratia sua indigeo, inuenire misericordiam coram oculis suis semper, donec vt &

hæc

hæc quæ scripsimus, prosint lectoribus omnibus ad inueniendam & custodiendam gratiam iugiter ad lucrum fidei, ad robur spei, ad fomentum atque incrementum charitatis.

FINIS.

LOVANII ex officina Rutgeri Rescij, quinto Idus Martias. An.M.D.1534.

. [illegible] primitie dei [illegible] [illegible] [illegible]
sine bapismate.

Quere [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible]